TRACTATVS
DE
MAIORATV ET PRÆCEDENTIA AC PRÆROGATIVA
SENIORIS PRINCIPIS IN FAMILIIS REgiis, Electoralibus & Illuſtribus, in tres Libros diuiſus.

IN QVO MENS AC SENTENTIA BVLlarum Cæſarearum, Iurisque Germanici imperialis, præſertim Aureæ Bullæ, dilucidè explicatur, & argumenta in contrarium allata ſolidè, placidè, & amicè præſcribuntur.

SVPER ILLVSTRISSIMA DVCVM SAXONIÆ CONTROVERSIA, PRO ILLVSTRISSIMO Principe ac Domino, Domino Iohanne Erneſto Iuniore, Duce Saxoniæ, Iuliæ, Cliuiæ & Bergæ, Landgrauio Thuringiæ, Marchione Miſniæ, &c. à viro quodam nobili & magnifico, eius Celſitud. Conſiliario conſcriptus.

Cui additus eſt

DISCVRSVS DE IVRE REPRÆSENTATIOnis in primogenitura Imperij Germanici eiuſdem Auctoris.

FRANCOFVRTI

Excudebatur Typis Nicolai Hoffmanni, ſumptibus Rulandiorum, Anno 1619.

Digitized by Google

PARTITIO
Operis.

LIBER I. Πρεσβυτικὸς ſiue de præcedentia & prærogatiua ætatis in honore & dignitate.

LIBER II. Κληρονομικὸς, ſiue de ſucceſſione & iure prælationis in hæreditate defuncti poſſeſſoris.

LIBER III. Ἀντίδικος, habens confutationem argumentorum in contrarium allatorum.

AVCTOR.

Digitized by Google

AVCTOR LECTO-RI ÆQVO ET PHILALE-thæ S.P.D.

QVod ego opus, iuſſu ac mandato Illuſtriſſimæ Principis ac Dominæ, Dominæ Dorotheæ Mariæ, Ducis Saxoniæ, Principis Anhaldiæ, Lantgrauiæ Thuringiæ, Marchioniſſæ Miſniæ &c. viduæ Matris, Dominæ meæ Clementiſſimæ; necnon & Illuſtriſſimi Principis ac Domini, Domini Iohannis Erneſti Iunioris, Ducis Saxoniæ, Iuliæ, Cliuiæ & Bergæ, Lantgrauii Thuringiæ, Marchionis Miſniæ, &c. Domini mei Clementiſſimi, ſuperiore hyeme aggreſſus ſum, vt maturato perſcriberem, id nunc eorundem voluntati, quæ mihi inſtar legis & præcepti eſt, ſatisfaciens, & ea, qua decet, reuerentia obediens, meo nomine proſcribo & in publicum produco. Non quidem limatum nec oratione erudita, ſed populariter ad vulgi ſenſum atq; intelligentiam, &, vt Ariſtoteles loquitur, κατὰ δόξαν καὶ νόμον ἐξοτερικῶς, vt in practicis & ſcriptis forenſibus vſitatum eſt. Dandum quippe & cedendum eſt vſui ac conſuetudini paſſim receptæ, vt de cauſis controuerſis eorum in morẽ agatur, qui (vt Strabonis verbo vtar) θέσεις ληκυθίζουσιν, id eſt, Aduocatorum & Procuratorum conſuetudine, probabiliter diſputant ea, quæ ſunt (vt Alexan. Aphrodiſienſis ait) ἐνδόξως χρήσιμα, *veriſimiliter vtilia*. Itaque vniuerſo hoc in opere alienis verbis malui, quam meis vti, tum quia communi Conſiliariorum nomine ſcriptum hoc inſtitueram, tum quia propoſitionib. vtendũ fuit hominũ opinionib. cõſentaneis, quibus ne quid addidiſſe videar, ipſis incul-

Digitized by Google

PARTITIO Operis.

LIBER I. Πρεσβυτικὸς ſiue de præcedentia & prærogatiua ætatis in honore & dignitate.

LIBER II. Κληρονομικὸς, ſiue de ſucceſſione & iure prælationis in hæreditate defuncti poſſeſſoris.

LIBER III. Ἀντίδικος, habens confutationem argumentorum in contrarium allatorum.

AVCTOR.

Digitized by Google

AVCTOR LECTO-RI ÆQVO ET PHILALE-thæ S.P.D.

QVod ego opus, iuſſu ac mandato Illuſtriſſimæ Principis ac Dominæ, Dominæ Dorotheæ Mariæ, Ducis Saxoniæ, Principis Anhaldiæ, Lantgrauiæ Thuringiæ, Marchioniſſæ Miſniæ &c. viduæ Matris, Dominæ meæ Clementiſſimæ; necnon & Illuſtriſſimi Principis ac Domini, Domini Iohannis Erneſti Iunioris, Ducis Saxoniæ, Iuliæ, Cliuiæ & Bergæ, Lantgrauii Thuringiæ, Marchionis Miſniæ, &c. Domini mei Clementiſſimi, ſuperiore hyeme aggreſſus ſum, vt maturato perſcriberem, id nunc eorundem voluntati, quæ mihi inſtar legis & præcepti eſt, ſatisfaciens, & ea, qua decet, reuerentia obediens, meo nomine proſcribo & in publicum produco. Non quidem limatum nec oratione erudita, ſed populariter ad vulgi ſenſum atq; intelligentiam, &, vt Ariſtoteles loquitur, κατὰ δόξαν καὶ νόμον ἐξωτερικῶς, vt in practicis & ſcriptis forenſibus vſitatum eſt. Dandum quippe & cedendum eſt vſui ac conſuetudini paſſim receptæ, vt de cauſis controuerſis eorum in morē agatur, qui (vt Strabonis verbo vtar) θέσεις ληκυθίζουσιν, id eſt, Aduocatorum & Procuratorum conſuetudine, probabiliter diſputant ea, quæ ſunt (vt Alexan. Aphrodiſienſis ait) ἐνδόξως χρήσιμα, *veriſimiliter vtilia.* Itaque vniuerſo hoc in opere alienis verbis malui, quam meis vti, tum quia communi Conſiliariorum nomine ſcriptum hoc inſtitueram, tum quia propoſitionib. vtendū fuit hominū opinionib. cōſentaneis, quibus ne quid addidiſſe videar, ipſis incul-

tis auctorũ ſuorũ verbis placuit proferre, quã meis exornare. Regitur namq; vniuerſa noſtra Iuriſperitorũ natio ſolis opinionib. In his vero quum ad cõmunem vtilitatẽ diſſeratur, ideo rationes adhibui ſimplices atq; apertas, & turbæ ẽt imperitorum faciles. Hinc turpe eſſe dicitur Doctori ſine lege, hoc eſt, aliqua auctoritate & opinione, loqui. Idcirco paſſus mihi ſum perſuaderi, vt & huic mori modoq;, qui in allegãdis auctoritatib. vulgo obtinuit, ſtylum meũ accommodarẽ. Sed quoniã vnicuiq; in ſua arte credendũ eſt, ea re diligẽter ac ſtudioſe caui, ne alios adhiberẽ, qui hoc in opere mihi ſuppetias ferrent, facerẽtq; ſecundas, quã qui in ſuo quiq; genere excellerent, Grãmaticos, Rhetores, Hiſtoricos, Philoſophos, Theologos, vbi de re Grãmatica, Rhetorica, Hiſtorica, Philoſophica, aut Theologica incidit quæſtio. Hos quidẽ alii Lorarios per me licet appellent: mihi præterire religio fuit multo maxima, ne quis dolere & queri poſſit, ſutori vltra crepidam non eſſe credendum. Viſum autẽ eſt Illuſtriſſimorũ noſtrorũ Principum Celſitudinib. hos libros publicare, vt toti orbi Chriſtiano tandẽ conſtet de iure ac iuſtitia, quã illis haud ſcio ignorantia ne iuris publici, an alia conditio iniquior præreptũ iuerat, & pro qua ſtrenuus Conſiliariorũ labor tã acriter hactenus decertat: nec ſine iuſtiſſimis rationib. quib. mouentur. Siue n. ius naturæ ſpectes, noſtra cauſa potior eſt: ſeu ad gentium conſenſionẽ animũ attendas, non dubio vincimus: ſiue leges ipſas cõſideres & Principũ conſtitutiones, pro nobis faciunt: ſiue ad cõmunes opiniones, quæ maximi æſtimantur, prouocas, ecce palã fauentes habemus: ſiue cõſuetudinem Imperii inſtitutaq; Saxoniæ atteſtaris, ea tibi teſtimonium

Digitized by Google

pro noſtra parte dicunt: ſi deniq; Prudentum reſponſis eam vim tribuis, quam ab Imperatorib. acceperunt, maior pars pro noſtra ſententia concludit. Ita quocumque te vertes, ſemper Illuſtriſſimorum noſtrorum Principum cauſam ſuperiorem fieri animaduertes. Petitur autem præcipue tractatus ampliſſimi & clariſſimi viri, domini Arnoldi Engelbrechti, Conſiliarii Archiepiſcopalis Magdeburg. qui Illuſtriſſimorum noſtrorum Principum ius ac prærogatiuam deſtruere (quod in ſe fuit) ſumma ope niſus eſt, exædificato nouo opere *de ſucceßione in Electoratibus*. In quo quidem, ſi nihil aliud, id tamen mihi præſtitiſſe videtur, vt quanto iudicio quantave doctrina polleat, (quod vtrumque in eo ſummum eſſe ingenue fateor) egregium oſtenderit documentum. Interim obiter etiam & quaſi tralatitie notatur nobiliſſimi & ampliſſimi domini Marquardi Freheri à Keſſingen, Conſiliarii Palatini Electoralis, *Commentarius ad c. VII. Aurea Bulla*, in quo nõ obſcure illuſtriſſimorum noſtrorum Principum cauſam tangere putatur. Inuitus quidem ab amiciſſimo mihi, dũ aduixit, homine, & qui magno Reip. damno denatus in hoc publici iuris ſtudio parem poſt ſe reliquit neminem, ſeorſim ſentio: ſed partim veritas, partim fides mea illuſtriſſimis meis Principib. obſtricta, vt facerem popoſcit.

Et quoniam ampliſſimo clariſſimoq; domino Iohanni Zeſchino, Comiti Cæſareo, & Cãcellario Neoburgico, placuit eãdem prærogatiuã illuſtriſſimorum noſtrorum Principũ publice perſtringere, nauaui & ego operã, vt ipſius petitiones ſuo loco declinarem. Nã quæ ille prætereã de decreto Cæſareo occentat, nõ erat noſtri inſtituti confutare: tametſi non pauca, eademq; minime vulgaria

autprotrita, ſuper quæſtione, *de appellatione à Cæſare male informato ad melius informandum*, mihi notarim, Sed vlceri huic nomen eſt, noli me tangere. ſiquidem Chriſtũ Domini, id eſt, ſacratiſſimum noſtrum Imperatorem tangit, cuius Majeſtati deuotiſſimus ſum, & de cuius ſententia nefas mihi videtur aliter, quam cum ſubmiſſa reuerentia & religioſo horrore loqui. Interea tamen ſubit mirari, qui fiat, cur Dominus Zeſchinus, qui decretum S. Cæſ. Majeſt. in cauſa prærogatiuæ Saxonicæ, nec conſultus nec rogatus, propugnandũ ſuſcepit: idẽ tamen eiuſdem Majeſt. decretum in cauſa Adminiſtrationis Palatinæ (vt nunc de ſententia definitiua in cauſa Abbatiæ Kaiſheimenſis nihil dicam) oppugnare inſtituerit: quum ab eadem plenitudine poteſtatis Imperialis vtrumq; ſit profectum. Taceo, quod Ampliſſimi Domini Conſiliarii Neoburgici longe aliter ſentire memorentur in pari & gemina prærogatiua Palatina, quippe quam iiſdem argumentis Illuſtriſſimo ſuo Principi aduerſus Sereniſſimum Electorem, tanquam Ducem Simerenſem, euindicare ſatagunt, quibus nos hactenus vſi ſumus.

Et hi quidem ſunt retiarii illi, quos contra pugnat hic noſter tractatus. Nam quod ad Chriſtophorum Beſoldum, virum de re literaria præclariſſime merentem, & Academiæ ſuæ Tubingenſis lumen, attinet, non magnopere nobis aduerſari videtur: & Gerlacus Buxdorffius, IC. VVeſtphalus, qui primus inuiam hanc iuris publici viam & nemini ante tritam ingredi auſus eſt, ἐπέχει ac ſubſiſtit.

Et nos quoque hic ſubſiſtimus, teque candide Lector, feliciter valere iubeo.

CAPITA

CAPITA LIBRI PRIMI.

I. ÆTatis ἔτυμον & diſtinctio: quid ve πρεσβύτερος, Maior, & Senior: & de quibus voces iſtæ ſint accipiendæ.
II. Obſeruantia ætatis: eiuſque origo ex iure naturali ſiue Gentium.
III. Aetatis honos & reuerentia generatim oſtenditur è conſentientibus gentium legibus & præceptis communibus.
IV. Aetatis obſeruantia cur πρεσβεῖον & γέρας; eorundemq; Synonymorum metaphora cum deriuatiuis explicatur.
V. Veneratio ætatis quibus in rebus conſiſtat: ſimul de modis ac ritib. τοῦ πρεσβείου.
VI. Seniores parentum honore colendi: Inde verborum, Pater, Patruus, patruelis, parentes, parentela, θεῖος, ἠθεῖος, tralationes edocentur.
VII. Seniores pro magiſtris habendi & verendi.
VIII. Seniorum poteſtas in corrigendis iunioribus.
IX. Iuniorum obedientia erga Seniores: & de horundem Seniorum maioritate.
X. Iuniorum metus reuerentialis erga Seniores: maxime in ſilentio.
XI Iuniorum admonitio ad Seniores errantes debet eſſe ſubmiſſa & verecunda.
XII. De occurſu Seniorum & ceſſione de via.
XIII. De aſſurgendo ſenioribus.
XIV. De deducendis & comitandis ſenioribus.
XV. Proedria ſeniorum in conuiuio.
XVI. Prærogatiua ſeniorum in præcedendo, ſeu procedendo ante alios.

XVII. *Prærogatiua antiquitatis in præcedentia ac proceſſionibus Principum.*

XVIII. *Prærogatiua ſeniorum in magiſtratibus gerendis.*

XIX. *Proedria ſeu præſidentia ſeniorum in conſilio.*

XX. *Prærogatiua ſeniorum in ſententia dicenda.*

XXI. *Præſidentia ſeniorum Principum ſanguinis in Gallia & Britannia.*

XXII. *Præſidentia ſeniorum Principum in Germania.*

XXIII. *Prærogatiua in præpoſitione nominis.*

XXIV. *Prærogatiua ſeniorum Principum in expeditione militari.*

XXV. *Prærogatiua ſenioris Domini in iuramento à vaſallis recipiendo.*

XXVI. *Prærogatiua ſeniorũ in cuſtodia Archiui & inſtrumentorũ.*

XXVII. *Prærogatiua ſeniorum in iudicio familiæ erciſcundæ & diuiſione hæreditatis.*

XXVIII. *In diſcordia forte oborta ſenior ad humanitatem & honeſtatem præire debet; iunior ſequi.*

XXIX. *Ratio ſuperiorum πρεσβείων ex dignitate ætatis.*

XXX. *Epilogus theticus de conſuetudine perpetua in præcedentia ætatis.*

XXXI. *Concluſio hypothetica pro illuſtriſſimis Ducibus Saxoniæ Vinarienſibus; & medio alternationis.*

CAPITA LIBRI SECVNDI.

I. *Quod de ſucceſſione viui Electoris diſputare nefas ſit: & cur in hoc certamen inuiti deſcendere cogamur.*

II. *Textus Aureæ Bullæ originarius, cum declarationibus Imperatorum pragmaticis.*

III. *Ratio decidendi ex poſſeſſione, proximitate & ætate.*

IV. *Ius Aureæ Bullæ duplex, Primogenium & Maiorale, in gemino ordine deſcendentium & tranſuerſorum.*

V. Pri-

Digitized by Google

V. Primogenitus, Maior, Senior; *& earum vocum notiones.*

VI. Senior *pro Domino*; *&* Iunior *pro Domnicello: eiq́ rei ratio reddita.*

VII. *Proximior quis intelligatur.*

VIII. *Proximior dicitur iuxta gradus prærogatiuam, id eſt, vere & naturaliter, non ficte & repræſentatiue.*

IX. *Proximitas conſideranda ex perſona vltimi poſſeſſoris, non primi acquirentis.*

X. *Prior gradu & ætate ſecundum naturam potior eſt.*

XI. *Proximior & Senior verba ſunt naturæ, non iuris; & vere ac proprie capienda ſunt, non putatiue aut fictitie.*

XII. *Senior in ætate quærendus eſt, non in linea.*

XIII. *Verba Bullarum ſtrictim explanantur. Quid ſibi velit,* Conſanguineus, *in Aurea Bulla; quidue clauſula illa,* Quibus omnibus non extantibus: *& additio,* pro tempore, *in Declarationibus & Reſcriptis Cæſareis.*

XIV. *Aurea Bulla nihil noui ſtatuit, nec ius vetus corrigit, ſed extendit, explanat atq́ declarat.*

XV. *Aurea Bulla ad cæteros quoq́ Principatus extendenda eſt.*

XVI. *Legum veterum Germanicarum generalis conſenſio in iure ſuccedendi.*

XVII. *Leges ſucceſſoriæ veterum Germanorum generales.*

XVIII. *Pacta ſucceſſoria Principum Germanorum ſuper iure primigenituræ & maioratus.*

XIX. *Leges ſucceſſoriæ in regno Franco-Gallorum.*

XX. *Leges ſucceſſoriæ in Regnis Anglo-Britannorum.*

XXI. *Leges ſucceſſoriæ in Regnis Gotho-Hiſpanorum.*

XXII. *Leges ſucceſſoriæ in Regno Luſitanico vel Portugallico.*

XXIII. *Leges ſucceſſoriæ in Regnis Huno-Pannonum ſeu Hungaricis.*

XXIV. *Iura & pacta ſucceſſoria in Italia.*
XXV. *Leges ſucceſſoriæ ex iure & conſuetudinibus Feudorum.*
XXVI. *Lex Dei ſeu Moſaica de iure ſucceſsionis & primogenituræ.*
XXVII. *Canones ſucceſſorij ex iure Pontificio.*
XXVIII. *Leges ſucceſſoriæ ex iure Ciuili Romanorum.*
XXIX. *Leges ſucceſſoriæ in imperio Conſtantinopolitano vel Græcorum.*
XXX. *Ius primogenituræ in Imperio Perſico, Macedonico, Parthico, Indico ſeu Aethiopico, Turcico, Tartarico, &c.*
XXXI. *Lex Lacedæmoniorum de iure ſucceſſionis & primogenituræ in regno Spartano.*
XXXII. *Aureæ Bullæ verus intellectus in hypotheſi propoſitus per inueſtituram Mauritij Ducis Saxoniæ.*
XXXIII. *De proſcriptione Iohannis Friderici Electoris Saxoniæ, &c. per quam ius primogenituræ periit.*
XXXIV. *De reſtitutione Iohannis Friderici Electoris in ſtatum Ducalem: & an ea ius primogenituræ importet.*
XXXV. *Verba reſtitutionis Cæſareæ proponuntur, & obiter elucidantur.*
XXXVI. *De parili & æqua conditione omnium Ducum Saxoniæ, Landgrauiorum Thuringiæ, & Marchionum Miſniæ.*
XXXVII. *Concluſio pro ſeniore patruelium Ducum Saxoniæ.*

CAPITA LIBRI TERTII.

I. *Fundamentum iuris primigenij quodnam ſit: & an aliqua Lex per omnia vniformis in vniuerſo genere humano conſtitui poſſit.*
II. *Fundamentum naturæ & legis in primogenitura: indeque duplex primogenitura, vna naturalis, altera legitima.*

III. Sub-

III. *Subdiſtinctio primogenituræ in actualem & ſuſpenſiuam improbatur.*

IV. Παρασυλλογισμοὶ *Antagoniſtarum: cum Scopo Diſcurſus exoterici de iure repræſentationis in primogenitura Imperij Germanici.*

V. Ἀσυλλογιστία *in confuſione iuris in rem cum re ipſa; necnon primogenituræ naturalis cum ſpe conditionali. Declaratur inſuper* πρωτοτοκία *Moſaica.*

VI. *De iure repræſentationis, tranſmiſſionis, transfuſionis, ſurrogationis, &c. in primogenitura.*

VII. *De ordine ſucceſſionis, deq; inſtitutione & nominatione in Bullis Cæſareis expreſſa.*

VIII. *De Saturni ſeculo, & primogenitura Iouis.*

IX. *De Gothorum Regum ſucceſſione, & iure primogenituræ.*

X. *De Luſitanorum Regum ſucceſſione, & iure primogenituræ.*

XI. *De Francorum Regum ac Principum ſucceſſione, & iure primogenituræ.*

XII. *De Legibus veterum Germanorum, quibus nepotes cum patruis pariter vocantur ad ſucceſsionem.*

XIII. *De Legibus Saxonum ſuper iure ſucceſſionis inter patruum & nepotem.*

XIV. *Imperium Romanum fueritne hæreditarium & ſucceſſiuum, an ſuffragarium & electiuum.*

XV. *De vnione, primogenitura & maioratu Principatuum Germaniæ.*

XVI. *De Comitum Palatinorum, S. Romani Imperij Electorum, ſucceſſione & primogenitura.*

XVII. *De Ducum Saxoniæ, S. Romani Imperij Electorum, ſucceſſione & primogenitura.*

XVIII. *De conſuetudine & obſeruantia Aureæ Bullæ interpretatiua, ab exemplis & actibus anteceſſis ac ſubſecutis.*

Digitized by Google

XIX. *De Regum Siciliæ ſucceſſione & primogenitura.*

XX. *De Vandalorum Regum ſucceſsione & maioratu: vbi ſimul de parili aliarum gentium iure ſuccedendi.*

XXI. *De Angliæ Regum ſucceſſione & primogenitura.*

XXII. *De Scotiæ Regum ſucceſſione & primogenitura.*

XXIII. *De Hiberniæ Regum ſucceſſione, & primogenitura, & maioratu.*

XXIV. *De gradus prærogatiua.*

XXV. *Nicolaus de Tudeſchis Abbas Panormitanus Siculus, & Alexander Tartagnus Imolenſis Italus, proximiorem & ſeniorem agnatum aſſerentes, ab afficta illis opinione aſſeruntur.*

XXVI. *De nominatim vocatis in Aurea Bulla.*

XXVII. *Agnati an tantum illi ſint intelligendi, qui à primo acquirente deſcendunt: an etiam cæteri in eadem familia exſiſtentes.*

XXVIII. *Agnatus proximior & ſenior quærendus eſt inter ipſos deſcendentes, qui hodie ſunt Illuſtriſſimi Duces Vinarienſes & Aldenburgenſes.*

SENI-

SENIOR
ΠΡΕΣΒΥΤΙΚΟΣ
Siue
DE MAIORATV
Liber I.

QVI EST DE PRÆROGATIVA ætatis in honore & dignitate.

Capvt I.

Ætatis etymon & diſtinctio: quidue πρεσβύτερος, *Maior & Senior: & de quibus voces iſtæ ſint accipienda.*

1. QVOD priſcus ille Sapiens de Vrbe ſcripſit; *ſemper in ciuitate noſtra ſenectus venerabilis fuit: namq; maiores noſtri pene eundem honorem ſenibus, quem Magiſtratibus tribuebant*; l. 5. in pr. D. de iur. immunit. id nos verius de Orbe dixerimus, ſemper inter mortales ætatem venerabilem fuiſſe. Namque homines quantumuis barbari & feroces, tamen ab humanitate dicti, vt ex Stoicorum placitis Lactantius *lib. 6. Diuin.*

Digitized by Google

inſtit.cap. 17. Eugyppius Abbas in *Hiſtor.S.Seuerini cap.*5. Hildebertus Cenomanenſis Epiſcopus *Epiſtola* 12. Balbus Ianuenſis in *Catholico*, & alij tradiderunt, pene eundem honorem maioribus natu, quem ipſis Senibus, Romani concedebant.

2. *Aetatem* autem quum dicimus, non ſupremum illud æuum ſignificamus aut ſenectutem effœtam, quæ caſcis illis Romanis abſolute *auitas*. vt ad Leges XII Tabularum docuerunt Iac.Ræuardus, Anton Auguſtinus, Ioan.Roſinus, Theod.Marcilius, & cæteri Interpretes; Græcis vero γῆρας dicitur, quaſi γεηρόν τι, terrenum quippiam propediem futurum; Ariſtoteles *de generat.animal.lib.*5. Latinis argute *mala ætas*; Nonius Marcellus *de propriet.ſerm.* Adrian.Turnebus *Aduerſarior.lib* 17.*cap*.21. Iuſt Lipſius *Antiq.lect.lib.*2.*cap.*13. Ianus Gulielmius *Plautin.quæſt.in Aulul.cap.*1. Dionyſ.Lambinus *comment.in Plauti Aulul. act.*1.*ſc.*1.& *Menæchm.act.*5 *ſc.*2. Ianus Douza Pater in *Centurionat.lib.*4.*cap.*13. Frideric.Taubmannus *Notis in Plaut.Aul.act.*1.*ſc.*1.& *Menæch. act.*5.*ſc.*2. Io.Philip.Pareus in *Lexic.Plautin.* interim etiam *exacta* & *ſenecta ætas*; Priſcianus *lib.*9. Hadrianus Cardinalis in *lib.de ſerm.Lat.fol.*138. Ioan.Godſcalcus in *Obſeruat.Lat.ſerm.verb.Agere*, Lambinus *comment. in Lucretium lib.*3.*fol.*372. Ianus Gruterus apud Taubmannum in *Plaut. Amphitr.act.*4.*ſc.*2. Nizolius in *Theſaur.Ciceron.verb. Senectus*: nonnunquam ſimpliciter *Senium*; Non. Marcellus *de propr.ſerm.cap.*1. D. Auguſtinus Hipponenſis Epiſcopus in *Pſalm.LXX.conc.*2. B. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus *lib.*11.*Etymolog.cap.*2 & vt comitatur iuuentutem; *l.*69.*D.de legat.lib.*3 Cicero *de ſenect.* Annæus Florus *lib.*1.*Rer.Roman.in præfat.* vel adoleſcentiam; Iſidorus *d.cap.*2. Michaël Epheſius in *ſchol.ad Ariſtot. de iuuent. & ſenect. in princ.* ita mors ipſam ſequitur; Seneca *lib.*4.*epiſt.*30. æſtimaturque nunc quinquaginta, alibi ſexaginta, nonnunquam ſeptuaginta annis; *l.*3.*D.de iure immunit.l.*11.*D.de decurion.* Albericus de Roſate in *Dictionar.verb.Etas*, Petr.Crinitus *lib.*5.*de Honeſt.diſcipl.cap.*9. Cælius Rhodiginus *Antiq.lect.lib.*19.*cap.*21. Andr. Alciatus *Parerg.lib.*10.*cap.*10. Franc.Valeſius *Medicar.& Philoſoph.controuerſ.lib.*1.*cap.*8. Ioach. Fortius Ringelbergius in *libro de Homine cap.*4. Gentianus Heruetus *comment. in Clementis Alexandr. Stromat. lib.*5.*cap.*6.*in fin.* Iac.Currius Εἰκαστῶν *ſiue var. iuris quæſt.lib.*1.*cap.*36. Gabriel Palæotus Cardinalis *de bono ſenect.part.*1.*cap.*1. Carol. Sigonius *lib.*1. *de*

Antiq.

Digitized by Google

*Antiq.iure ciuium Rom.cap.4.& cap.*17. Theodorus Zuingerus in *ſchol. ad Ariſtot.lib.8.Ethic.cap.*1.Ioan.Fernelius *lib.3. de Temperament. cap.* 10. Iac. Cuiacius ad *l. 2. D. de excuſat.* Franc. Hotomanus in *Partit.iur.ciuil. tit.de nupt.*Germanus Valens Guellius Pimpontius in *lib.* 4. *Georg. Virgilij*,Henric.Stephanus *Schediaſmatum var.lib.4.cap.*21.*in fin.*Franc.Modius *Nouantiq.lect.epiſt.*27.Mart.Ant.Delrius *comment. ad Senecæ Oedip. n.*725.*& Troad. n.* 717. Dionyſ. Gothofredus ad *l.* 5. *D. de iure immunit.* Lælius Biſciola *Horar.ſubſeciu.lib.2.cap.*1.Ioh.Rudingerus *Singular.obſeruat.iuris cent.*1.*cap.*20.Henric.Lindenbrogius in *Notis ad Cenſorinum de die natal.cap.*14.Et hyemi comparatur: vnde etiam χειμών Græcis per translationē,necnon & ipſis Latinis *hyems* dicitur; Stobæus *ſerm.* 263. Ioan.Brodæus in *Annotat.*& Vincent. Obſopoeus in *ſchol.ad lib.* 2. *Antholog.epigrammat.Græc.*Ioan.Weitzius in *Notis ad Prudentij Pſychomach. lib.*1.*nu.*847.

3. Nec *Seniores* intelligimus *Satyros*; quo nomine prouectioris ætatis viros omnes fuiſſe appellatos apud veteres pleroſque rerum ſcriptores in confeſſis haberi,tradit Nicol Leonicus *lib.2.de var. hiſt. c.* 24. *in princ.*eumque ſecutus Natalis Comes in *Mytholog.lib.*5,*c.*8 & Pierius Valerianus in *Hieroglyph.lib.* 10. Et quorum natu maximi *Sileni* dicebantur,vt ex Pauſania in *Eliacis* docet Philip.Camerarius *Horar.ſubciſiu. cent.*1.*cap.*71.

4. Multo minus *Senior* de eius ætatis viro accipiendus eſt; quam ætatem in muliebri ſexu quæ habet, *anus* proprie dicitur; Cledonius in *Arte,cap.de partib.orat.fol.* 1894.in editione Eliæ Putſchij: in virili autem *ſenex*,quaſi ſeminex,hoc eſt,ſemimortuus,quod acta maiore ætatis ſuæ parte iam morti propinquus ſit; Iacob Spiegelius in *Interpretat. Prudentij n.*109.Ambroſius Calepinus in *Dictionario*,Nanus Mirabellius in *Polyanthea,verb. Senectus.*

5. Sed ætatem intelligimus eam,quæ Græcis πρεσβεῖον appellatur, & πρεσβυγένεια,id eſt παλαιοτέρα φύσις, interprete Suida in *Lexic.* Cyrillo in *Gloſſis ſacræ ſcript.*Philoxeno in *Gloſſar.*& Iſidoro d. *lib.*11. *Etymol. c.*2.Latinis proprie *antiquitas*, hoc eſt maior ætas; Henric. Stephanus in *Theſaur.ling.Græc.tom.*1. & (barbare licet) *ſenioritas,ſenioratus, maioritas,maioratus,prioritas,prioratus*,denique non ineleganter *maiorennitas*, naturaliter accepto vocabulo, non ciuiliter. Quam diſtinctionem

Digitized by Google

noſtram B. Iſidorus hiſce verbis breuiter complexus eſt; *Senioris ætas eſt, quam Græci πρέσβιν* (ſic enim legendum eſt, aut certe reſcribendum, *quem Græci πρεσβύτην*) *vocant. Nam ſenex apud Græcos non presbyter, ſed γέρων dicitur*: lib. 11. Etymolog. cap. 2. in pr.

6. Cæteroqui *Senior* & *Iunior* comparatiui ſunt per imminutionem; Varro *lib. 2. de vita popul. Rom.* Cenſorinus *de die natal. cap. 14.* Seruius Honoratus ad *Virgil. lib. 5. Aeneid.* Iſidorus *d. lib. 11. cap. 2.* Adrian. Turnebus *Aduerſarior. lib. 21. cap. 18.* Henric. Stephanus *Schediaſmat. lib. 4. cap. 21. in fin.* Auſon. Popma in *Coniectan. ad Varron.* vel qui non habent ſignificationem à poſitiuo; Ael. Donatus ad *Terent. Phorm. act. 2. ſcen. 3.* & in *Arte ſecund.* Sergius in *Arte grammat.*

7. Alibi etiam cognomen & diſcriminis nota fuit inter Seuiros, quorum alij Seniores, alij Iuniores; Iuſt. Lipſius *Epiſtolic. quæſt. libr. 1. capit. 1.* De quibus vtriſque non eſt noſtri inſtituti hoc loco diſſertare.

8. Etenim huic noſtræ ætati comparatiuæ nulla definita eſt certa ætas, nulluſque terminus; & in ſola præuentione natiuitatis, naturalique præoccupatione horarum, dierum, menſium & annorum quotorumcumque conſiſtit; Cicer. *de ſeneɛtut.* Nicol. Contarenus *de Perfect. rer. lib. 4. cap. 8* puta vnius, duorum, trium, plurium, &c. Iuuenal. *Satyr. 13* & ibi Eilhard. Lubinus in *commentar.* & Bernhard. Autumnus in *commentation.* Hoc enim eſt, quod opportune B. Beda Presbyter in Orthograph. monuit; *Solet iunior & ſenior ad ſe inuicem dici minor & maior.* Quod ſemel hoc loco monitum diligenter velim cum Lectoris animo reputari, ne mihi ſubinde ſingulis in capitibus ſit repetendum.

9. Is vero, qui hoc modo alium ætate antecedit, non γέρων Græco vocabulo accipiendus eſt, (qui ſic dicitur, quemadmodum Grammaticis placet, ἀπὸ τοῦ εἰς γῆν ὁρᾶν, vt *Silicernium* Latinis quaſi ſilicem cernens, vel παρὰ τὸ τῆς γῆς ἐρᾶν, quod propinquus morti iam de ſepultura ſolicitus ſit) verum πρεσβύτερος, *Presbyter*, Romanis proprie *ſenior*; Ioan. Tortellius in *commentar. de Orthograph. dictionum Græcar.* Neſtor Dionyſius Nouarienſis in *Vocabulario*; Hæbræis שׂיב, & explicationis cauſa Æſchini πρεσβύτερος τῇ ἡλικίᾳ; Philoni Iudæo τῇ ἡλικίᾳ πρεσβύτερος. Cuius vim ſignificantius exprimunt, quibus

quibus apud Latinos placuit *maior* vſurpari, apud Pelaſgos μείζων, & Iudæos גדול *gadul*, 1. Reg. 2. vt obſeruauit Schindlerus in *Lexic. pentaglotto, verb.* גדל; nec non cum adiectione *maior natu, grandior, grandior natu, maiorennior, antiquior, potior, prior, grandæuior, ætate prouectior*, denique *primigenior*, πρωτογενέστερος Gloſſis Veteribus, more Hebræorum, apud quos בכר *bacar*, in eadem notione per metaphoram ſumi, quod primogenitus ſit maior aliis, ex Targum & Septuaginta Interpretibus docuit nos idem doctiſſimus Schindlerus, & ante eum Ioan. Mercerus Theologus Pariſienſis, ſiue eius ſuccenturiator Ceuallerius, in *Theſaur. ling. Sanctæ*. Cui opponitur apud Græcos νεώτερος, μεταγενέστερος, χρόνῳ νεώτερος; & apud Latinos *iunior, minor, poſterior, minor natu*; teſte Laurent. Valla *lib. 1. Elegantiar. cap. 12.* Ioan. Tortellio in *comment. de Orthograph. verb. Senex*, Iuniano Maio *in lib. de priſcor. propriet. verbor. in Senes*, Henr. Stephano in *Theſaur. ling. Græc. tom. 3.* Eleganter Ambroſius Calepinus Camaldulenſis, non contemnendæ eruditionis ſcriptor, in Dictionario; *Quoniam autem presbyter ſenior appellatur apud Græcos, aut maxime (ſicut Scriptura loquitur)* πρεσβύτερος *&* νεώτερος *dicuntur, etiamſi ætates iuuenum comparentur, quod dicimus nos maiorem atque minorem.* Gemina verba alicubi habet B. Auguſtinus, vnde Camaldulenſis ille Cœnobita tranſcripſiſſe videtur.

Capvt II.

Obſeruantia ætatis: eiusque origo ex iure naturali ſeu gentium.

1. IVs huius ætatis, ſiue (quia Græce melius exprimitur) πρεσβεῖον, non ex iure ciuili, nec Conſtitutionibus Principum, nec pactis familiarum Illuſtrium, primitus introductum eſt, ſed ex lege ipſius naturæ, hoc eſt, naturali ratione & æquitate, iureque primæuo, quod apud omnes homines peræque cuſtoditur, deſcendit; Aelianus *lib. 1. de Natura animal.* Ariſtotel. *lib. 1. Politic.* vbi ſcribit, naturaliter ſeniores junioribus præeſſe: & lib. 7. Politi. cap. 14. ait; *Natura quidem humano generi dedit hos ſeniores, hos iuniores: quorum quidem primos principari, ſecundos ſubijci decet*: Alberic. de Roſate in *Diction, verb. Senex*, Angelus

in *l. ſed ſi hac*, §. *ſed ſi per pœnam*, *D. de in ius vocand.* Iaſon *conſil. 192. verſ. ex præmiſſis apparet*, *lib. 2.* & in *l. cum quid*, *lect. 2. D. ſi cert. pet.* Tiraquellus *de Iure primigenij*, *in præfat. n. 85. & n 87. & n. 220.* Iohan. le Cirier *lib. 2. de primogenit. quæſt. 14. verſ. vlterius dicitur*, Anton. Gomezius *in l. 40. Tauri*, *n. 7. verſ. tertio*, *quia* &c. Paul. Olingerus *Ethic. legal. lib. 1. cap. 3. nu. 7. & ſeqq.* & cum ipſo genere humano proditum cunctis gentibus, quæ ſub ſole degunt, commune eſt, haud ſecus atque religio in Deum, obædientia parentibus & patriæ debita, charitas omnium vel naturæ cognatio; *l. 2. & ſeq. D. de Iuſtit. & Iur.* Cicero *lib. 2. de Inuent.* Cornificius *lib. 2. Rhetor. ad Herennium*, & ibi Zaſius in *comment. fol. 210.* Tiraquellus *de Iure primigenij*, *in præfat. n. 86. in pr.*

2. Eſt enim hæc lex diffuſa in omnes, non ſcripta, ſed nata; ad quam non doctrina nos inſtituit; ſed natura imbuit; quæ non tradita nobis; ſed infixa; non inſtillata, ſed inſita eſt; quam vna cum nutricis lacte hauſimus, imbibimus, expreſſimus: Cicero in *orat. pro Milon.* & in *Oratore*, Quinctilianus *lib. 9. Inſtit. Orat. c. 3.* ibique Raphael Regius in *Enarrat.* Quæ naturali inſtinctu vocat ad officium venerationis iubendo, vetando à contemptu & inhonoratione abſterret; Sophocles in *Antigone*, Ariſtoteles *lib. 1. de arte Rhetor.* Cicer. *lib. 3. de Republ.* Lipſius in *Orat. de concord.* Cui neque obrogari fas eſt, nec derogari ex hac aliquid licet, nec abrogari tota poteſt; Cicero *d. lib. 3. de Republ.* Lactantius *lib. 6. cap. 8.* Semper enim firma, ſtabilis atque immutabilis permanet, vtcumque factis hominum aliquando præuaricetur; §. *penult. Inſtit. de Iur. natur. Gent. Ciu.* §. *vlt. Inſtit. de legit. agnat. tut.* §. 11. *Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. def. l. 9. D. de capit. minut.* etiam in hoc iure præcedentiæ; Decianus *Conſ. 21. n. 60. & ſeq. vol. 1.* Tiraquell. *de Iure primigenij*, *in præfat. n. 47.* & ſignantius *n. 85.*

3. Summus ſiquidem ille quaſi Dictator & Imperator omnium Deus, legis huius inuentor, diſceptator, lator exiſtit; Cui qui non paret, eum nec hominum numero cenſendum eſſe apparet: quum nulla vnquam barbaries contra naturæ ſtudia tam vehementer obduruerit, vt hanc legem violaret; Lipſius in *d. Orat. de Concord.*

4. Nam apud omnes gentes honorabilem eſſe ſenectutem, aſſerit D. Ambroſius in *Comment. ad 1. Timoth. 5.* Et vbique gentium ſeniores graui honore recipi ſolitos, eiuſdem loci auctoritate confirmat

Spara-

Spaтanus Barenſis IC. in *tractat. de virtut. & vitior. deteſtat. cap.* 9. & ex eo Paulus Fuſcus Abbas Rauellenſis in *Roſario virtut. & vitior. cap.* 9. *in fin.* Et ſemper honorandos eſſe antiquiores dicit Bartolus in *leg.* 1. *D. de alb. ſcrib.* & in *l.* 2. *C. de decurion, lib.* 10. Quod adeo verum eſt, vt princeps poëtarum Græcorum dicere non ſit veritus; Ἀθάνατοι τιμῶσι παλαιοτέρους ἀνθρώπους: *ipſi Dij immortales honorem habent ſenioribus inter homines*; Homerus *Iliad.* 23.

5. Et tanta eſt apud omnes homines innata quaſi vis maioris ætatis, vt adoleſcentes etiam minorennes maiorem ætatem ſimulent, quo honorentur à minoribus; Franc. Loryotus Ieſuita *lib.* 5. *Secretor. moral. quæſt.* 34. *in pr.* Hinc denique Philoſophi quæſtionem mouerunt, vnde fiat, quod adoleſcentes maiorem ſuam ætatem eſſe plerumque velint perſuadere: de qua videndus idem Loryotus *lib.* 2. *Secret. moral. q.* 17.

CAPVT III.

Ætatis honos & reuerentia generatim oſtenditur è conſentientibus gentium legibus & præceptis communibus.

1. VErum enimuero vt dicta factis exſequamur, iuuat ire per ipſas gentes; quæ tametſi forſitan ſingulæ minus aſſiduæ ac locupletes eſſent teſtes ad perſuadendum, tamen vniuerſæ magnum pondus habere debent ad legem hanc aſſerendam, & mentibus hominum altius imprimendam. Ordiendum autem eſt ab ipſo ſtamine; inde per legitimos populorum, non quidem omnium (id enim commodius in ſequentibus fiet capitibus) ſed præcipuorum tramites ordine quodam progrediemur.

2. Et de Iehoua quidem Legislatore omnis creaturæ, ſcribit Cardinalis Palæotus; *plus ſenioribus à Deo tributum fuit, quam alijs potentibus viris, cum de ijs dictum fuiſſet: Non honores vultum potentis, Levit.* 19. *tametſi hos ipſos vulgus colere & venerari ſoleat: Deus tamen non magni æſtimari iubet. Sed ſeniores quidem vult ab omnibus vehementer obſeruari*; de Bono ſenectut. par. 3, fol. 261. & honorari propter antiquitatem; Chaſ.

Digitized by Google

Chaſſanæus in *Catalog. gloriæ mundi*, *part.1.conſider.5. verſ. quinto honorandi*: ſimiliter & priores in ordine, ſicut antiquitus primogeniti, ſicut Iacob à Pharaone; idem Chaſſan *conſid. 6. verſ.8.*

3. Et Chriſtianis nobis præcipit Apoſtolorum princeps Petrus Epiſt. 1. cap. 2. *Omnes honorate, fraternitatem diligite.* Quibus verbis hortatur, vt minores honorem & obſeruantiam exhibeant ſenioribus: tum, vt ipſi etiam ſeniores mutua charitate & amore amplectantur iuniores ceu fratres ſuos. Hæc eſt enim Lex Chriſtiana, vt ætate maiores reuereamur; Fr. Loryotus Ieſuita *lib. 5. Secretor. moral. quæſt. 34.* Quam rem diligenter ac ſtudioſe exſecutus eſt Abrahamus Langius SS. Theologiæ Doctor & Eccleſiaſtes Aulicus Vinarienſis in ſingulari tractatu *de Prærogatiua ætatis.*

4. Generalem quoque apud Iudæos legem exſtitiſſe, vt iuuenes ſenioribus omnibus honorem exhiberent, quia cunctorum ſenior eſſet Deus, tradit Ioſephus in *lib. contra Appionem. cap. 7.* Card. Palæotus *de Bon. ſenectut. part. 3. fol. 264.* Tiraquell. *de Iur. primigeni. in præfat. num. 82.*

5. Quibus conſentiunt præcepta eorum, quos D. Hieronymus ait Chriſtianis quam ſimilimos eſſe, hoc eſt, ad Chriſtianorum doctrinam quam proxime accedere. Chilo vnus è ſeptem ſapientibus; *πρεσβύτερον σέβου, natu maiorem cole.* Cuius ſententiam refert Demetrius Phalereus in *Apophthegmatib. Septem Sapientum, cap. 3.* vbi Leonhard. Lycius in *Annotat. capito tertio* & Philipp. Beroaldus in *commentar. de Septem Sapientum ſententijs.* Quam Soſiades in Subiectionibus Septem Sapientum ita expreſſit; πρεσβύτερον αἰδοῦ; *maiorem natu reuerere.* Et Periander Corinthiorum Rex, vnus & ipſe Septem Sapientum: πρεσβύτερον αἰσχύνου, *Seniorem venerare.* Pythagoram quoque monuiſſe, ſeniores eſſe honorandos, docet Diogenes Laertius in eius *Vita.* Et Socratis auditor Plato lib. nono, de Legibus: *περὶ οὖν χρὴ τῶν τοιούτων πάντ᾽ ἄνδρα καὶ παῖδα καὶ γυναῖκα ἀεὶ διανοεῖσθαι τὸν πρεσβύτερον, ὡς οὐ σμικρῷ τοῦ νεωτέρου ἐστὶ πρεσβευόμενον ἔν τε θεοῖσι καὶ ἐν ἀνθρώποισι τοῖς μέλλουσι σώζεσθαι καὶ εὐδαιμονεῖν: Seniores non paulo præferendos eſſe iunioribus, inter Deos & homines qui ſeruari ac feliciter viuere volunt.* Xenophon quoque eius condiſcipulus, lib. 1. de Factis & dictis Socratis; Ἄτοπα λέγεις, ὦ Σώκρατες, καὶ οὐδαμῶς πρὸς σοῦ, ὅς με κε-

λεύεις

λέυεις νεώτερον ἡγεῖσθαι. καὶ τιλ᾽ὅτου γε παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις τ᾽ ἀναντία νομίζεται, τὸν πρεσβύτερον ἡγεῖσθαι παντὸς καὶ λόγου καὶ ἔργου: *in more poſitum eſt, ſeniorem quoduis opus & ſermonem ſeu verba praire*, vt loquitur Liuius. Non ab re igitur Antilochus victus ab Aiace grandioris ætatis viro; *Noſti*, inquit, *amice, quod etiam immortales Dij maiores natu venerantur*, apud Homer. *d. lib. 23. Iliad.* vnde illud apud Suidam ex neſcio quo veteri ſcriptore; κατὰ πρεσβυγένειαν τίμηται μᾶλλον: *quia maior natu eſt, honoratior eſt.*

6 De Lacedæmonijs, qui etiamnum tanquam ſingulare exemplum iuſtitiæ & morum æquitatis in toto terrarum orbe concelebrantur, plerique omnes auctores referunt, nusquam gentium maiorem ætatis rationem habitam fuiſſe, quam Spartis. Iuſtinus lib. 3. Hiſtoriar. *Lycurgus maximum honorem non diuitum & potentum, ſed pro gradu ætatis ſolum eſſe voluit. Cuius legis tam rigidi fuerunt obſeruatores, vt apud nullam gentem ætatis maior, quam apud Lacedæmonios, fuerit habita ratio.* Quibus verbis extendenda eſt Ciceronis ſententia in lib. de ſeneϛt. ſcribentis; *Nuſquam enim tantum tribuitur ætati, nusquam eſt ſenectus honoratior.* A. Gellius lib. 2. Noct. Attic. cap. 15. *Apud Lacedæmonios Lycurgi legibus maior rerum omnium honos maiori ætati habebatur.* Xenophon lib. 7. Hellenic. ἐκ δῆλα τοῦ βουλόμενος ὁ Εὔφρων, ὥσπερ παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις ἦν μέγιστος τῶν πολιτῶν, οὕτω καὶ παρὰ τοῖς ἐναντίοις αὐτῶν πρεσβεύειν: *vt quiuque ciuium natu maximus eſt, ita in ſummo eſſe honore ſiue pretio.* Nicolaus Cragius lib. 3. de Republ. Lacedæmon. cap. 3. *Magiſtratibus inprimis honos habitus, tum parentibus, quos natura iubet reuereri: poſt hos autem prout ætate quisque potior, ita & honoratior.* Hinc prouerbium natum eſt, vt dicatur; ἐν Σπάρτῃ μόνῃ λυσιτελεῖ γηράσκειν: auctore Plutarcho in *Apophthegm. Laconic.*

7. Eandem legem ſuper ætatis veneratione Athenienſibus à Solone, qui Apollinis oraculo omnium mortalium ſapientiſſimus declaratus fuit, quæ Spartanis à Lycurgo, traditam fuiſſe, teſtes ſunt Iſocrates in *Archidamo* & in *Areopagitico*, Aeſchines in *Orat. contra Cteſiphontem*, Epiphanius Vlpianus Rhetor in *Exegeſi ad Demoſthenis Oration. 1. in Philipp.* & Cardinal. Palæotus *de Bono ſenectutis part. 3.*

8. Romanorum ergo conſuetudo ab inſtitutis harum duarum Ciuitatum, Athenarum ſcilicet & Lacedæmoniorum, fluxiſſe vide-

tur: Pomponius in *l.* 2. §. 4. *D. de Orig. Iur.* Iuſtinianus Imp. *lib.* 1. *Inſtit.tit.*2.§. 10. & Theophilus Anteceſſor in *Græca paraphraſi.* Sic enim rerum geſtarum auctores memoriæ prodiderunt. A. Gellius lib. 2. Noct. Attic. cap. 15. *Apud antiquiſſimos Romanorum neque generi, neque pecuniæ præſtantior honor tribui, quam ætati, ſolitus: maioresque natu à minoribus colebantur ad Deum prope & parentum vicem, atque in omni loco, inque omni ſpecie honoris priores potioresque habiti.* Valer. Maximus lib. 2. de Dict. & fact. memorab cap. 1. exempl. 9. *ſenectuti* (id eſt, *ſenioribus*, vt explanat Iodocus Badius Aſcenſius in Famil expoſit.) *iuuentus ita cumulatum & circumſpectum honorem reddebat, tanquam maiores natu adoleſcentium communes patres eſſent.* Cicero lib. 1. Offic. *Eſt igitur adoleſcentis, maiores natu vereri,* hoc eſt, honorem habere & tribuere, interprete Ioach. Perionio Monacho Benedictino in *Annotat. ad Ariſtotel. lib. 9. Ethic. cap. 2.* Adde Iohannem Salisburienſem Epiſcopum in *Polycratico ſine de Nugis Curialium l.* 8. Fl. Blondum *lib.* 8. *Romæ triumphant.* Oliuerium Aizignanenſem in *Comment ad Valer. Maximum,* Ald Mannuccium Nepotem in *Explanatione in Cic. Catonem Maiorem, fol.* 172. *& fol.* 191. Anton. Muretum in *Oration. part.* 2. *orat.* 3. Iuſt. Lipſium *lib.* 2. *epiſt* 67. Andr. Wilkium *Orat.* 3. *de Homeri cæcit. fol.* 93. Georg. Drauthium in *continuat. dier. canicular. Simonis Maioli tom.* 5. *colloq.* 2. *in fin.*

9. Apud Arabes maximum ætate in omni re præceſſiſſe cæteros, teſtantur Heraclides in *Politijs*, Strabo Amiſenus *lib.* 16. *Geograph* Diodorus Siculus *lib.* 3 *Bibliothec. cap.* 13. Palæotus *de Bon. ſeneꝏt. part.* 3. *f.* 164. Zach Fridenrichus in *polit. c.* 7. Tiraq de *Iure primigenij, in præfat. n.* 171.

10. Quid Germani noſtri, priſci illi maiorum noſtrorum ſapientes, hac in parte ſenſerint, vetera illorũ prouerbia teſtantur, quæ etiam num in ore vulgi habentur. Exempli gratia, das alter iſt ehrẽwerth/das alter ſol man ehren. Das Alter / Ampt vnd Frawen ſol man ehren. Die jugend ſol das alter ehren/das alter die jugend zum beſten halten: & id genus ſimilia, quæ recenſet Fridericus Petri, Senior & Paſtor Brũſuicenſ in Der Teutſchen Weißheit. Quib. concinit tritum illud noſtrum vulgare; Nicht vnbillich geſchicht mehr ehr einem alten dann einem jungen: apud Andr. Gartnerum in *Dicterijs prouerbial, antiq. verb. Senectus,* & explicat Ioan. Agricola in Sprichwörtern.

11. Quibus gemina germana ſunt non pauca Italorum dicteria.

Ceu eſt illud rhythmicum, quod refertur in neſcimus cuius Bartholomæi Bollæ Bergamaſci *Theſauro prouerb. Italicor.*

Vſa la carita, & fa gentilezza;
Inſegna l' ignorante, quelche tu ſai:
Et in ogni tempo honora la vecchiezza.

12. Finem faciat vetus ille verſiculus prouerbialis, quem refert idem Gartnerus in *Dicterijs prouerbial. antiq. verb. Senectus*, & ſic habet;

Ante ſenex iuuenem merito captabit honorem.

quod eſt, vt Marſilius Ficinus lib. 3. Epiſtolar. præcipit; *Adoleſcens ſeniores honoret.* Ita namque hanc ſententiam laudat Ioh. Bapt. Bernardus in *Seminario Philoſoph. tom. 2. verb. Senior.*

13. In ſumma, quod antiquius alio eſt, id eo ipſo eſt honorabilius, & ei ipſi, cui antiquius, merito præfertur, ait Paul. Olingerus IC. Argentinenſ. *l. 1. Ethic. legal. cap. 3. n. 7.* vbi tractat de honore præcedentiæ.

14. Ex hoc iure omnium gentium conſenſione recepto non deſunt, qui Latinam illam phraſin à Cicerone atq; aliis probatis auctoribus receptam, hinc deductam fuiſſe putent, vt ſcilicet *antiquius* id dicamus non modo quod vetuſtius, ſed etiam quod potius, venerabilius ac melius eſt, maiorique in pretio habetur; Ambroſius Calepinus in Dictionario, Palæotus *d. part. 3. fol. 269.* Tiraquellus *de Iure primigenij, in præfat. n. 86.* Budæus in *Annotat. poſteriorib. ad Pandect. l. poſtlimi. 19. §. filius quoq;, 7. D. de captiu. & poſtlim. reuerſ.* Anton. Schorus in *Phraſib. ling. Lat.* Eilhardus Lubinus in *Antiquario*, Gaſp. Schoppius *Veriſimil. l. 2. c. 17.* Ad quam faciem & Græci quoq; vſurpauerunt. Sic enim apud Pollucem legimus *Onomaſt. l. 2.* οὐδὲν ἐστι πρεσβύτερον, pro οὐδὲν τιμιώτερον; Budæus in *com. Græc. ling.* Et præter alios ſæpe hac metaphora vti Dionyſiū Areopagitam, notau t eius Interpres. Quin etiam Hebræos hoc pacto loqui ſolitos obſeruauit Valent. Schindlerus in *Lexic. pentaglotto.*

15. *Tam venerabile erat præcedere quattuor annis,*
Primaque par adeo ſacra lanugo ſenectæ,

Vt præfatur Iuuenalis *Satyr. 13.* verius multo, quam Vates illi Delphici ex tripode Apollinis. Etenim πρεσβεῖον ſiue honor ætatis non in canis ſolum conſiſtit annorumq; multitudine, ſed in quacunq; natiuitatis prioritate: nec *Sacra* (id eſt, venerandæ) tantummodo ſenectuti, verū cuiuis puberi, ſeu pubertati proximo, ab impuberib. ac inueſtib. ſumatim

omnibus ſenioribus à iunioribus debetur, vt euincit hoc Iuuenalis manifeſtiſſimum omniq;exceptione maius teſtimonium;quod in ſingulis capitibus ſubſequentibus velimus à Lectore ob oculos poni & in animo ſemper repeti,ceu Lesbiam quandam regulam atque cynoſuram.

CAPVT IV.

Ætatis obſeruantia cur πρεσβεῖον *&* γέρας; *corundemque Synonymorum metaphora cum deriuatiuis explicatur.*

1. HÆc autem ætati deſtinata ratio non minus eleganter Græcis quam ſignificanter πρεσβεῖον dicitur, interim etiam γέρας: vtroque vocabulo ab ætate itidem pariter, vt ſuperiora illa, ad honorem & dignitatem tralato. Eſt namque πρεσβεῖον, honor, qui ſeniori habetur; Henr. Stephan. in *Theſau.ling.Græc.tom.* 3. ſiue honorarium, quod meretur ὁ πρεσβεύων, id eſt, is qui natu maximus eſt; ſeu id, quo aliquis πρεσβεύεται, id eſt, honoratur, veluti maior natu aut tempore prior aliqua in re; Budæus in *Comment.ling. Græc.pag.*716. Ad hunc modum exponit Scholiaſtes Sophoclis *pag.*26. nimirum vt ſit ἡ διὰ γῆρας προτίμησις, καὶ τὸ δι' αὐτὸ διδόμενον γέρας κατὰ προτίμησιν. Sed diſertius Plutarchus in lib. *An ſeni capeſſenda Reſpubl.* in hæc verba: τὸ δὲ ἀπὸ χρόνου πρωτεῖον, ὃ καλεῖται κυρίως πρεσβεῖον, ἀζηλοτύπητόν ἐστι καὶ παρακεχωρημένον. Et Euſtathius Archiepiſcopus Theſſalonicenſis in *Homer. Iliad.*8. explicat τὸ ὑπὲρ τιμῆς διδόμενον δῶρον. Cui interpretem adducimus Pollucem in Onomaſt. ſcribentem; πρεσβεῖα, γέρα τὰ τοῖς πρεσβυτέροις διδόμενα. Adſtipulatur Suidas in *Lexic.* τὸ πρεσβεῖον τιμὴ καὶ γέρας ἐστιν. Quod Lucianus quoq; interpretatur τὸ ἐκλεγὲν γέρας τῷ πρεσβυτέρῳ.

2. Recte autem exponunt γέρας. Pariant.n. inter ſe hæc duo, πρεσβεῖον & γέρας; quanquam illud magis proprie conueniat noſtro inſtituto, vt quauis ætate πρωτεῖον; hoc abuſiue tantum, ſi velimus ἀκριβολογεῖσθαι. Vtroq; tamen verbo auctores claſſici ac probati indifferenter vtuntur. Hinc qui πρεσβεῖα, ijdem illi γέρα quoq; vel γέρατα exponũt τὰς τιμὰς, honores, dignitates, decora, præmia, honoraria, &c. q̃ cum ꝓprie ſeniorib. deberentur, de aliis vſurpari figurate cœperunt; Pollux *l.*3. *Onomaſtic.* Euſtathius in *Eclog.ad Homer.Iliad* α.161. Megalus Grammaticus in *Etymol.* Thom. Magiſter in *Eclog.verb.Attic.* Varinus Phauorinus

Ca-

Camers in *Lexico*,&c. Tiraquellus *de iur primogeniȷ,in præfat.n.*87.venuſte Cyrillus in libello εἰς τὰς ἀπορουμένας λέξεις τῆς θείας γραφῆς, gloſſatur; γέρας,ἀμοιβὴ, τιμή. Thucydides *lib.*1.γέρα διδόντες τὰ νομιζόμενα, *reddentes honores debitos.*

3. Ab his duabus quaſi radicibus plurimæ promanarunt metaphoricæ locutiones,quæ paſſim apud Græcos ſcriptores obuiæ ſunt, è queis nos pauca quædam verba ſimplicia per ſatyram recenſebimus, vt conſtare cuiuis liquido poſſit, quantum maiori ætati tribuendum ſit,quum ab eius dignatione veteres illi haud paulo ſanius ſapientes, ipſas etiam loquendi formulas inuenerint.

4. Hinc quoniam natu maioribus honor deferri præ cæteris ſolet,factum eſt vt πρεσβεύειν ſignificet in honore & pretio eſſe, honore atque præſtantia cæteros ſuperare; Ioach. Camerarius in *Annotat. ad Xenophont.lib.*7.*Hellenic.* Tranſitiuam quoque habet ſignificationem, quum ſonat honore afficere vt grandæuum,tali honore proſequi,qualis ætate prouectis hominibus deferri ſolet, primas deferre, προτιμᾶν πάντων, διὰ πλείστης τιμῆς ἄγειν; Budæus in *comment. ling. Græc.fol.*714.

5. Inde deriuatur πρέσβευμα,honorarium. πρεσβεία, honos auguſtior,μείζων τιμὴ Heſychio. Sed & πρέσβεις de ætatis honore dici apud Platonem *lib.*9. *de legib.*notauit idem Camerarius.Πρέσβος,pro honorabili, venerando, ἔντιμος, Homero *Iliad.*5. quod & πρέσβειρα,apud Suidam in *Lexic.*πρεσβύτερος,honoratior,potior,prior. Πρεσβύτατος, maxime venerandus, ἐντιμότατος, honoratiſſimus, auguſtiſſimus, τιμιώτατος. Πρεσβυτέριον,honor ſenectutis; Danielis *Prophet.cap.*14.

6. Ab radice altera originem traxerunt: Γεραιὸς, venerandus, Homer.*Iliad.*3 vbi Euſtathius exponit ἐντίμους.Et ſic legendum eſt apud Manuelem Moſchopulum περὶ σχεδῶν *fo.*39.vbi vulgo editur,πρέσβυς, ὁ γηραιὸς: πρέσβειρα,ἡ γηραιά. vtrimque enim reſcribi debet, γεραιὸς & γεραιά. Quod abſq; diphthongo γερὸς,honorabilis, in Agathiæ ſcholaſtici,vel potius Maximi Planudis *Anthol og.epigram.* Γεραιόμενος, Nicandro in *Alexipharm.*vbi Scholiaſtes interpretatur αὐξανόμενα ἢ κοσμούμενα Γεραρὸς,honorandus,venerandus,auguſtus,ἔντιμος.Γεράσμιος, honorificus Orphæo in *Hymn.*honoratus, præmio dignus, apud Nicandrum in *Theriac.*& Euripidem in *Phœniſſ.*vbi Scholiaſtæ: Ex quo γεράσμιον eſt τίμιον, honor,præmium.Γεραίτερος,honoratior,πρεσβύτερος- potio,

Digitized by Google

potior, prior, apud Ariſtophanem & Xenophontem. Γεραιώτερος, præſtantior. Γεραρώτερος, auguſtior, honoratior, ἐντιμώτερος, Scholiaſtes Apollonij Rhodij *lib.2. Argonaut.* Euſtathius in *Iliad.* 2. Pollux *lib.8. Onomaſt* Ἀγέραστος, præmio vel honore carens, Homer. *Iliad.*1. Γερασφόρος, qui honorē ſiue præmium accipit, ὁ τὰς τιμὰς φέρων, Heſychio in *Lexico*. Γεραίρειν, honorare, τιμᾶν, venerari, ornare: item præmio donare aliquem, munerari honoris cauſſa: pro quo & Γεράζειν legitur apud Grammaticos. Γεραίτεσθαι, τιμᾶσθαι, honorari, coli, obſeruari.

7. Quorum omnium ac ſingulorum verborum vberiores, quæ quidem ad hanc noſtram quæſtionem attinent, explanationes qui deſiderat, is per me licet conſulat ipſos, auctores vnde petiuimus. Nos ad rem pertendemus.

CAPVT V.

Veneratio ætatis quibus in rebus conſiſtat: ſimul de modis ac ritibus τοῦ πρεσβείου.

1. EA reuerentia conſiſtit omnibus in rebus, quas morū honeſtas & diſciplina ipſis hominum mentibus quaſi communi quodam conſenſu inſtillauit, atque ſeruandas generali quadam conſuetudine iniunxit ſanciuitq; ; Zaſius in *comment. ad lib. 2. Rhetor. ad Herenn.* vel quas nobis non tam opinio, quam quædam innata vis inſeruit; Cicero *lib. 2. de inuent.* Cornificius *lib. 2. ad Herenn.* Et vere A. Gellius lib. 2. Noct. Attic. c. 15. *Maiores natu in omni loco, inq; omni ſpecie honoris priores potioresq; habiti.* Et iterum: *Apud Lacedæmonios Lycurgi legibus maior rerum omniū honos maiori ætati habebatur.* Omni ſcilicet iure, & in omni mateoia præferuntur ſeniores iunioribus; Iaſon in *l. cum quid, lect. 2. D. ſi cert. petat. & conſil. 192. verſ. ex præmiſſis, lib. 2.* Tiraquell. *de iur. primigen. in præfat. num.* 217. Chaſſanæus in *Catalog. glor. mundi, parte 11. conſid.* 17. Iacob. Schickfuſius in *Ethic. per aphoriſmos conſcript. diſput. 9. th. 9.* Abrah. Scultetus *Ethicor. lib. 1. cap. 31.* hoc eſt, in omnibus dictis & factis, quæ ſiue ipſius naturæ inſtinctu atque dictatu, ſeu regionum conſuetudine, opinionem aliquam honoris & dignitatis præferre videntur, vt tradit Ariſtotel. *lib. 1. Rhetor. cap. 5.* Iul. Pacius *orat. 1. de Honore. pag.* 12. quia teſti-

teſtimonium honoris non poteſt aliquis ferre, niſi per aliqua ſigna exteriora, vel verborũ, vel factorũ, vel rerum; Chaſſanæus *p.1. conſid.1.*

2. Breuiter, at concinne, Plato de legib lib 9. *ſeniorem ſeipſo quiuis & factis & verbis reuereatur.* Et Xenophon de factis & dictis Socratis; παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις νομίζεται, τὸν πρεσβύτερον ἡγεῖσθαι παντὸς καὶ λόγου καὶ ἔργου: *apud omnes homines conſuetudo eſt, vt ſenior habeat prærogatiuã tam in dicendo, quam faciendo.* Quem ſecutus Ariſtotel. lib. 9. Ethic. cap. 2. inquit: *Omni autem ætati grandiori, pro ætate honos tribuendus eſt, vt ei aſſurgamus, vt de ſede & accubatione honoratiore decedamus, & cætera talia præſtemus.* Et Cicero in Catone Maiore: *Hæc enim ipſa ſunt honorabilia, quæ videntur leuia atque communia, ſalutari, appeti, decedi, aſſurgi, deduci, reduci, conſuli: quæ & apud nos, & in alijs ciuitatibus, vt quæque optime morata, ita diligentiſſime obſeruantur.* Nec inepte Iohannes Nider Theologus Scholaſticus Colonienſis Ordinis prædicatorum in expoſit. Decalogi præcept. 4. cap. 5. *Honorare patrem* ait etiam *conſiſtere in ſigno exteriori & reuerentia, quæ fit aſſurgendo, ſupra ſe locando, verbum porrigendo, loquendo, & ſimilibus.* Sed eo antiquior Antoninus Archiepiſcopus Florentinus in *Summa part. 4. tit. 5. §. 2. in fin.* decem modos honorandi ponit; 1. modus eſt, diligenter præſtare auditum loquentibus; 2. loqui reuerenter; 3. aſſurgere venienti, reuerentiam cum ſalutatione deferre, & ſedendi locum tribuere; 4. decenter aſſurgere ſedenti; 5. comitari incedentem; 6. eſt in ſignis humiliationis, vt inclinationibus, & huiuſmodi; 7. in exhibitione ſeruitiorum; 8. in rerũ honorabiliũ collatione, vt honorabilius ferculũ, & huiuſmodi; 9. in propriæ magnificentiæ depoſitione, vt depoſitio caputij, & huiuſmodi; 10. eſt in alterius præpoſitione in deſcendendo, in ſedendo, in loquendo. Quos decem modos honorandi recitat etiam Bernardinus de Buſtis in *Roſario part. 1. ſerm. 20 lit. L.* & Bartholom. Chaſſanæus in *Catalog. glor. mundi part. 1. conſid. 10.*

3. Et ne veteres tantum in teſtimonium citemus, notat Cuiacius ad *l. 2. D. de excuſat.* & ex eo Gothofredus ad *l. 5. D. de iure immunit.* eam reuerentiam conſiſtere in aſſurgendo, aut loco dando, aut cedendo vel (vt Ariſtoteles ait) ἐν τῇ ὑπαναστάσει καὶ κατακλίσει, & domum deducendo ac reducendo vel (vt ait Plato) ἔργῳ τε καὶ ἔπει, Tiraquellus vero, in ſeſſione, nominatione, ſubſcriptione,

&c id

& id genus cæteris, *de iur. primig. quæſt. 19. in princ.* Dominicus de S. Geminiano, in ſedendo, ſubſcribendo, reſpondendo & vocando, in *ca. diffinimus, diſt. 22.* Petr. Martyr Vermilius, in habendo in honore, quod eſt hoc honoris genus, ſeniores in pretio habere, illorum commercio delectari, exiſtimationem ipſorum tueri, & illorum neceſſitatibus alacriter ſuccurrere, *comment. in Ariſt. Ethic. lib. 1. cap. 5. fol. 118.* Vincentius Madius, in aſſurgendo, genibus obuoluendo, & huiusmodi alijs, quibus eo, quo decet, modo maiores veneramur & colimus, in *orat. de Cognitionis præſtantia.* Flaminius Nobilius, philoſoph⁹ vere nobilis, in ijs, quæ ab exiſtimatione proficiſcuntur, qualia illa ſunt, deducere, reducere, aſſurgere, caput aperire, decedere, &c. in *lib. de Honore cap. 1. & cap. 5.* Antonius Riccobonus, in prioribus conſeſſuum locis, adorationibus, ceſſionibus, &c. in *Paraphraſi in Ariſtotel. Rhetor. lib. 1. cap. 5.* Marta Neapolitanus, in ſeſſione, voto, ſubſcriptione, vel reſponſione, in *tractatu de iuriſdict. part. 1. cap. 16. n. 8. & n. 11.* Illuſtriſſimus Mauritius Haſſiæ Landgrauius, in teſtimonijs, elogijs, præclaris officijs ornamentis honorificis, primis ſedibus, aſſurrectionibus, &c. *lib. 2. Ethicæ cap. 32.* quam Rodolph. Goclenius publicauit in *Philoſophia pract. Mauritiana, part. 1.* Nec minus eleganter, quam dilucide, Fridenrichus in Politic. cap. 7. *Iuniores* (infit) *ab ætate minori dicuntur, quorum officium præcipue conſiſtit in humilitate, qua ſe inferiores ſenioribus gerunt: ex vna profluunt reuerentia, docilitas & obedientia erga ſeniores. Per reuerentiam adoleſcentes ætate ſuperiores, quo par eſt cultu obſeruant & venerantur, eis ſermonis, ſedis, omniſque actionis primatu cedendo, geſtus pro circumſtantijs idoneos exhibendo, titulosque conuenientes tribuendo.* Alios plures & exactiores honorandi modos ponunt Doctores noſtri per diuerſa ſigna, quibus cognoſci poteſt, quod honor adhibetur: quæ accurate collegit Felinus in *rubr. de maior. & obed.* & Chaſſanæus in *Catalog. glor. mundi, part. 1. conſid. 11. & ſeqq.*

4. Vnde colligimus, hanc obſeruantiam eſſe duum generum, internam & externam. Sic Nobilius duas proponit Honoris rationes; altera eſt, cum honoris nomine ſolam exiſtimationem intelligimus: altera, cum non ſolitariam, ſed ſignis etiam externis decoratam, *d. cap. 1. in fin.* Illa conſiſtit in animo, & proprie πρεσβεῖον dicitur, ſi qua fides Ammonio Hermiæ in *Different. vocum*: hæc in corpore conſtituitur Et circa animum quidem verſantur tria præcipue. 1. amor ſacer & religio

ligioſus,qui maioribus natu,ceu parentibus quibuſdam: II. cultus obſequioſus,qui ijsdem tanquam magiſtris: III.metus reſpectiuus,vt ita loquar,qui illis velut magiſtratibus,debetur. Circa corporis vero debitum obſeruatio eſt inceſſu,ſeſſu,apertione capitis, aſſurrectione, adoratione,ceſſione loci,dictu,factu,comitatu, toto deniq; illo ciuili corporis habitu,quem politica ſapientia in vnaquaq; regione præſcribit.

5. Quæ omnia ad duo hæc præcipue reſtrinxerunt, ſcilicet ſeſſionem & prioritatem,Riminaldus *conſ.181.n.11. lib.2.* Schraderus *conſ. 4. n.2.& num.214.lib.2.*Nicol. Cragius *lib.3.de Repub. Lacedam. cap. 4.* Anton. Colerus in *Diſputat. de Iure Imperij German. ſect. 66.* Anton. à Reiger in *Theſaur.iuris,verb. Pracedentia.* Beſoldus *de Appellat.ca.4.n.4.* Alij ad hæc duo,affectum ſcilicet & ſignum: Chaſſanæus in *catalog.glor. mundi.p.11.conſid.16.verſ.reuerentia autem.* Affectus ad animũ,timendo offenſam & obſequendo; ſignum ad corpus refertur, aſſurgendo,inclinando,præponendo,&ſimilia faciendo,quæ ſunt ſigna honoris; Alberic.de Roſate in *l.velutì,n.8.D.de iuſt.& iur.*Chaſſan.*d. conſid.16.*

6. Nos eos ritus rurſum ſubdiſtinguimus, vt alij ſint priuati,alij publici,hoc eſt,aut familiares, aut ſolennes: Illi in priuatis congreſſibus & conuerſatione; hi obſeruantur inter perſonas publicas. De quibus ordine in ſequentibus & diſtinctim, quam diligentiſſime poterimus,accurate exſequemur.

Capvt VI.

Seniores parentum honore colendi. Inde verborum, pater, patruus, patrueles,parentes, parentela, θεῖος, τηθεῖος &c. tralationes edocentur.

1. PRimum hoc eſt ſeniorum,id eſt maiorum natu,πρεσβείων, vt à iunioribus colantur nõ aliter,quam ipſi naturales parentes,omnibus ſtudijs,totaq; vitæ conſuetudine; Franciſc.Aretinus *conſil.24. verſ. & circa,*Claud.Seyſellius in *repetit. l. vt vim, verſ. & illud quod dicitur de patre, D.de Iure Natur.gent.& ciuil.* Tiraquell.*de iure primigen. in præfat. num.*143.Eraſmus Roterod.in *Annot.ad libell. Catonis de Moribus,* Hieronym. Magius *Miſcellan. lib. 4.cap.8.* Anton. Muretus *part. 2. orat.3.* Iuſt. Lipſius *lib. 2. epiſt. 67.* Andr. Wilkius *orat.3.de Homer.cæcit.fol.93.* Ioh. Weitzius *comment.in Terent.Heautont.act.1.ſc.2.fol.324.*

Digitized by Google

2. Quod πρεσβεῖον ab ipſo Iehoua Optimo Maximo præceptum, omnium gentium inſtitutis eſt receptum. Sic enim apud Iſaiam prophetam legimus cap. 9. *Longæuus & honorabilis, ipſe eſt caput.* Quæ verba de ſenioribus familiarum, qui parentum vice funguntur, Dionyſius Chartuſianus in *comment. ad Eſaiam. cap. 9.* Chaſſanæus in *Catalog. glor. mundi part. 1. conſid. 6. verſ. octauo, in fin.* & Palæotus *de bono ſeneƈt. part. 3 fol. 261.* interpretantur.

3. Hinc Ariſtoteles *lib. 1. Politicorum cap. 8. num. 69.* in editione Petri Rami, vel *cap. 12. num. 21.* in Dionyſij Lambini, non ineleganter ſenioris imperium in iuniorem comparat cum patris poteſtate in liberos: vbi docent Interpretes, Regium quoddam vtriuſque eſſe imperium κατὰ πρεσβείαν, ætatis iure, Thomas Aquinas, Auerroes, qui vulgo Commentator dicitur, Sepulueda, Montecatinus, Victorius, Zuingerus, G phanius, Scherbius in *Commentarijs*, Ant. Muretus *Variar. lect. lib. 7. cap* 4.

4. Et de Romanis auctor eſt A. Gellius lib. 2. Noct. Attic. cap. 15. *Maiores natu à minoribus colebantur ad Deûm prope & parentum vicem.* Cui concinit Valer. Maximus *lib. 2. de dict. factiſq́; memorabil. cap. 1. exem.* 10. & Michael Scotus in *Menſa philoſoph lib. 2. cap. 12.* Et in Valerij Familiari expoſitione, Iod Badius Aſcenſius in hunc modum commentatur; *Addit honeſtatem inſtituti circa obſeruantiam ſeniorum, dicens: Multitudo iuuenum reddebat ſenioribus honorem ita auctum & accurate perſpectum, tanquam ſeniores eſſent communes patres adoleſcentum.* Quo pactò intelligendus eſt Plinius Iunior lib 8 epiſt. ad Ariſton. ita ſcribens; *ſuus cuiq́; parens pro magiſtro; at cui parens non erat, maximus quiq́; & vetuſtiſſimus pro parente,* vt quidem ibi explicat Ioh. Maria Catanæus in *Commentar.*

5. Similia de Lacedæmonijs refert Nicolaus Damaſcenus in lib. de Morib. gentium; *ſenes reuerentur non minus quam patres.* quæ verba exſtant apud Iohannem Stobæum *ſermon* 145. Quibus conueniunt hæc Plutarchi in Laconic inſtitut. *Oportebat etiam iuniores non ſolum ſuos patres reuereri, eiſq́; obedire, ſed omnes ſeniores obſeruantia proſequi.*

6. De Perſis ſcribit Ælianus *lib. 12. Var. hiſtor.* & ex eo Ioan. Bapt. Gramaye in *Aſia, in analect. antiquit. & conſuetud. Perſ. ſect. 3.* vbi legitur; *Senes & parentes ſummo apud Perſas loco erant.*

7. De

7. De Scythis memorat idem Damaſcenus in lib. de Morib. gentium: *Inter ſe ſeniores quoſuis patres ſuos appellant. iuniores filios, & æquales fratres.* Scytharum autem magna pars fuerunt Galactophagi, quorum hoc in moribus quam maxime poſitum fuiſſe ibidem affirmat, & è quibus Heluetios eſſe profectos, hiſtoriarum monumentis traditum eſt.

8. Albani item, vt tradit Strabo *lib.* 11. *Geograph.* Senectutem non tantum parentum, ſed & cæterorum quoque præcipue venerabantur. Quod notauit etiam Cœlius Rhodiginus *Antiquar. lect. lib.* 18. *cap.* 27. & idem Gramaye in *analect. antiquit. & conſuetud. Colchidis, Albania, &c. fol.* 479.

9. Iam ſi praxin inter ipſos Imperij Romani Principes deſideres, non deſunt nobis illuſtria exempla. Namque de Diocletiano & Maximiano Imperatoribus ſcribit Pomponius Lætus; *Tanta fuit in gubernanda Republica inter Principes concordia, vt alter alteri, quamuis ſemper honeſta cupiebant, nunquam repugnauerit: verum Maximianus, vt filius patri, Diocletiano obtemperabat.* Quod hauſiſſe videtur ex Mamertini *Panegyrico ad Diocletian.* Quin eundem Diocletianum propter ætatis præcellentiam, non dictus modo Maximianus, ſed & cæteri Cæſares, vt *parentem ſeu Dei magni ſuſpiciebant modo*, vt ait Aur. Victor in *Diocletian.* eumque comiter obſeruarunt; Henning. Arniſæus *de Republ. lib.* 2. *capit.* 1. *ſect.* 2. *numero* 20. & *ſect.* 7. *num.* 85.

10. Memorabile autem eſt cum primis Athenienſium inſtitutum, cuius mentionem facit Iſocrates in *Areopagitico*, vbi de moribus adoleſcentum inter cætera ſic ſcribit; *ſeniori vero aduerſari, aut maledicere, grauius eſſe putabant, quam nunc parentes violare.*

11. Vnde fors eſt, vt lucem capere debeat dictum illud D. Pauli Apoſtoli epiſt. 1. cap. 5. Timotheo præcipientis; *ſeniorem ne increpaueris; ſed obſecra vt patrem, anum vt matrem.* Quod referens Loryotus Ieſuita, addit; *Hac eſt lex Chriſtiana, vt ætate maiores reuereamur*; lib. 5. ſecretor. moral. quæſt. 34. in princip. & Tiraquellus ait, Apoſtolum præcipere iuuenibus, honorare ſeniores, vt parentes noſtros, *de Iure primigen. in præfat. n.* 83. *in fin.*

12. Huius ergo reuerentiæ intuitu Tarteſsiorum Lex vetuit iuniorum teſtimonium admitti contra ſeniores. Cuius legis meminit Nic.Damaſcenus in lib. *de Morib. gent.* vbi inquit, apud Tarteſsios νεωτέρῳ πρεσβυτέρου καταμαρτυρεῖν οὐκ ἔξεστι, *minori natu aduerſus maiorem teſtimonium ferre non licet.* Refert Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus in *Bibliotheca*, Stobæus *ſermon.* 42. Cragius in *Excerpt. de politijs*, Tiraquellus *de iure primigen. in præfat. num.* 82. Quin nec Romanorum inſtituto ipſi ſenes cogi poterant inuiti ad teſtimonium dicendum, teſte Scæuola in *l.* 8. *D. de Teſtib.* Tiraquellus *de iure primigen. num.* 212. neque in ius vocari poterant ſine venia: Tiraquellus *de iure primigenij &c. in præfat. num.* 108. maxime patruus, auunculus, amita, matertera, &c. Alciatus ad *l.*1. *C. de in ius voc.* quia his aliquo modo verba conueniant edicti de parentibus; Alberic. Gentilis *diſput. de nupt. lib.* 5. *cap.* 10.

13. Quod animaduertentes veteres illi philoſophi atque Theologi, plerumque ſolebant Deum, parentes & ſeniores copulare, tanquam pari eademque pietate venerandos, vt exempla ſuperius allata abunde fidem faciunt. Quibus congruenter D. Ambroſius lib. 1. Offic. *bonorum adoleſcentium eſt* (inquit) *timorem Dei habere, parentibus deferre honorem, habere ſenioribus reuerentiam*, &c. Inprimis autem, ſi ijdem illi ſeniores ſint iuniorum cognati, quibus ſecundam à parentibus pietatem deberi auctores ſunt Robertus de Euremodio Monachus Clareuallenſis in *commento*, Anonymus Scholaſticus Theologus in *Gloſſa & Moraliſatione*, Eraſmus Roterod. in *Annotation.* & Marturinus Corderius in *Scholijs ad libellum Dionyſii Catonis de Moribus ad Filium.*

14. Hinc eſt, quod loco ſeniorum Philoſophi nonnulli cognatos ſubſtituerint, velut Pythagoras in Aureis carmin.

Τούς τε γονεῖς, τούς τ' ἄγχιστα ἐκγεγαῶτας,

Ipſe parentes atq; tuos venerare propinquos:

ſi ſcilicet ſint ætate maiores, vt dicit Vit. Amerpachius in *Annotat.* Et Dionyſius Cato modo laudato libello; *Deo ſupplica, parentes ama, cognatos cole.* Quæ poſtrema verba ad ætatem referunt Sparanus in *tract. de virtut. & vitior. deteſtat. cap.* 9. & Paulus Fuſcus in *Roſar. virtut. & vitior. cap.* 9. Maximus Planudes vertit; τοὺς προσήκοντας τίμα, à decore nimirum maioris ætatis.

15. Neque

15. Neque abſonum valde videtur, ſi dicamus, huius paternæ pietatis reſpectu cæptos eſſe cognatos omnes, *patruos patrueles*, & vno communi nomine *parentes*, Vetter/appellari, & *parentelam* pro cognatione ſumi, vt ex Virgilio notauit Nicol. Erythræus in *Indic. Virgil. verb. Parentum*, ex Hegeſippo & Rufino vetuſtis ſcriptoribus notauit Cornel. Gualtherus in *Annotat. ad Egeſipp. lib. 1. de Excid. Hieroſolymit. cap.* 42. ex Capitolino & Lampridio Caſaubonus in *Notis fol.* 124. ex Fl. Vopiſco Alberic. Gentilis *Diſput. de nupt. lib. 5. cap. 10. fol. 544. in pr.* ex Saluiano Conrad. Rittershuſius in *commentar. fol.* 517. ſed res iam vulgo nota eſt vel Feudiſtarum paſſiuo indicio. Contrario plane modo, quam Germani noſtri, qui Eltern appellant quos Latini *parentes*, id eſt, patrem & matrem.

16. Quin Græci illi ſapientes tantum maiori agnatorum ætati tribuebant, vt etiam patruos conſtituerint θείυς appellandos, patrueles vero natu maiores ἠθείυς, id eſt, diuinos, quaſi diuino quodã cultu propter maiorem ætatem colendos; Plutarchus *in lib.* περὶ φιλαδελφίας, Helladius Beſantinus. *lib.* 1. *Chreſtomathia*, Photius Patriarcha Conſtantinopolitan. in *Bibliotheca fol.* 1579. Ioannes Seruinus in *Act. pro Regina Margarita f.* 56. Ann. Robertus *lib.* 3. *rerum iudicatarum cap.* 15. Et de patruelibus quidem, quos inter lis noſtra controuertitur, capiendus eſt Homericus ille verſus

Ἠθεῖ' ἦ μάλα δή σε καὶ ἐσσύμενον κατερύκω &c.

Quem interpretatur Megalus Grammaticus in *Etymologico*: ἐςὶ δὲ προσφώνησις ἱμηλικὴ νεωτέρυ ἀδελφῦ πρὸς πρεσβύτερον καὶ παλαιότερον κατὰ ἱμλω̃: *allocutio ſeu vox iunioris ad ſeniorem reuerentia cauſſa*, vt verſione vtar Iac. Cellarii, ſeu eius, à quo ipſe tranſcripſit, in *Lexic. Græc. Latin.* Item Homer. Odyſſ. ξ. ἀλλά μιν ἠθεῖον καλέσω. Vbi notat Didymus vetus Scholiaſtes; θεῖον ἄνδρα, θαυμαςὸν ἄγαν, πρεσβύτερον ἀδελφὸν, quaſi diuinum hominem, cui hanc venerationem maior ætas conciliarit. Vetus Scholiaſtes Apollonii Rhodii: λέγεται δὲ τὸ ἠθεῖε κατὰ πρόσθεσιν τῦ η, ὥσπερ καὶ τὸ βαιὸς, ἠβαιός; μύω, ἠμύω. σημαίνει δὲ κατὰ τὸ πρόχειρον θεῖε συγγενὲς, ἢ τὸ θαυμάσιε, ἢ τὸ καλὲ. vt ſit ἠθεῖε, quaſi ô diuine fratruelis, ô venerabilis, digniſſime, colende, venerande. Nicol. Valla exponit, ô *maior natu frater*: alibi, ô *primogenite*. Non recte: Eſt enim ἠθεῖος compoſitum à particula ἠ, quę minuit hoc loco ſignificatum

tum vocabuli, & θεῖος, quod eſt patruus, quaſi tu dicas *patruellus*, qui vſuali ſermone dicitur *patruelis*, *frater patruelis, fratruelis*, interim etiam *fratruus* & *fratruellus*: Sed Græco verbo is tantum notatur, qui maior ſit natu. Tantam non potuit non vel inter ipſos patrueles diuina illa particula, & cæleſtis διάνοια, quam mentem animi & intellectum appellamus, cuius eximio munere homo à natura donatus eſt, maioris ætatis prærogatiuam conſtituere.

17. An ex eodem fonte manauit, quod legimus fuiſſe antiquitus paſſim obſeruatum, vt primogeniti fratres nomine parentum vocarentur? vt nonnullos aſſerere auctor eſt Tiraquellus *de Iure primigen. in præfat. n.* 47. & hodie frequenter obſeruari tradit Nicol. Lyranus in *Euangelium Lucæ cap.* 1.

18. Priſci etiam Græci Latiniq; ætate prudentiaq; prouectos, & optimos quosque viros, γέροντας, *Senes* vel *Patres* appellabant; Ioan. Velcurio in *Annotation. ad Liuium lib.* 1.

19. Atque hinc fors eſt vt intelligamus ſolennem illam affectionis formulam, qua viri Illuſtres ætate maiores ab Imperatorib. ac Regibus honorari ſolebant; Cuius crebra fit mentio in Codic. Theodoſiano & Nouellis Imperatorũ, puta; *Haue* vel *vale parens Kariſsime atq; amantiſſime*, &c. & in Reſcriptis ac Conſtitutionib. noſtrorum Imperatorum & Regum, vnſerm lieben Oheim vel Neuen, id eſt, *auunculo vel patruo noſtro dilecto*. De qua formula videndus Accurſius in *gloſſ. ad l. ex D. Pij*, C. *de Locat.* Anton. Nebriſſenſis in *Lexico Iuris, verbo pater*, Calefatus in *tract. de Equeſtri dignitat. n.* 98. Tiraquellus *de Iure primigen. in præf. n.* 83. Iacob. Cuiacius *l.* 1. *Obſ. c.* 15. Ioan. à Wouvveren in *Notis ad Sidonii lib.* 5. *ep.* 16 Franc. Iuretus in *Miſcellan. ad Symmach. lib.* 1. *epiſt.* 26. *& ad Auctarium epiſt.* 21. Ioh. Sauaro in *Notis ad Sidonium lib.* 1. *epiſt. vlt.* Frid. Lindenbrogius in *comment. ad t. Cod ſi quis Imperatori maledix.* Chriſt. Lehmannus in *Chron. Spirenſi, l.* 1. *c.* 10 Mich. Schiferer ſiue potius Dominicus Arumæus in *Diſſertat. de orig. & poteſt. Electorum. theſ.* 21. *& ſeq.* Quo pacto capienda eſt D. Lutheri, Theol. ſanctiſſimi & diſertiſſimi interpretatio *Geneſ. c.* 41. *verſ.* 43. vbi de Ioſepho, quem Rex Pharao iuſſit proclamari; Der iſt des Landes Vatter.

20. Et ante Imperatores noſtros, Romulus Rex, Romani noſtri Imperii cõditor ac fundator, eos quos tã Curiæ Regni & Vrbis Romæ ab ſe

Digitized by Google

ab ſe inſtauratæ Curiones (id eſt, Curatores) quã etiã ſuos ac Reipubl. Conſiliarios conſtituit non modo ab ætate *Senatores*, vt infra dicetur, verũ etiam ab honore, auctoritate & reuerentia, quæ debetur ætati, *Patres* appellari iuſſit; Titus Liuius *l.1.Hiſtor.* Plinius Nepos *de viris illuſtr. c.1.* Velleius Paterculus *l.1.Hiſt.* Aur. Victorinus *de orig.gent.Rom.* Dionyſius Halicarnaſſæus *l.2.Antiquit.Rom.* Meſſala Coruinus in *libello de Progenie Aug.* ibiq; Ioan. Camers in *Comment.* Annæus Florus *l.1.Hiſtor. Rom.c.1.* Eutropius in *Breuiario l.1.c.1.* Iul. Florus Secundus in *Epit. Liuij*, L. Feneſtella ſiue potius Dominicus Floccus *de Magiſtr.Rom.l.1.c.1.* Aſconius Pædianus in *Cicer.* Theodoſius in *Geſtis Rom.* Papias in *Diction.* Robert. Holkot in *Collect.moralib.* Mich. Scotus *l.2.de Menſa Philoſ.c.12.* Pompon. Lætus *de Rom.Magiſtr.l.1.c.3.* Raphael Volaterranus in *Anthropolog.* Henr. Loritus Glareanus in *Annotat.ad Eutropiũ*, Onuphrius Panuinius *l.1.Faſtor.* Cuiacius *Obſeru.l.12.c.30.* Gothofredus ad *l.19. C. de Iud.& calicol.* Lælius Biſciola *Horar.ſubſeciu.l.3.c.17.* Vnde et *Verendi* dicti ab Ouidio; Iac. Pontanus *cõment.ad l.3.de Ponto, eleg.1.f.920.in fi.* Et à quib. qui p virilẽ ſexum deſcenderunt, *Patritij* appellati ſunt; Ludou. Viues in *Epiſtol.* Guliel. Canterus *Nouar.Lect.l.2.c.24* Ioan. Stadius *cõment. in Florũ l.1.c.1.lit.z.* perinde ac plebeiorũ patricij; Wilh. Godeleuæus in *Annotat.ad Liuiũ l.1.* i.e. tribunitij, Ioan. Velcurio in *Annot.ad d.l.1.* Poſtea ſub Imperatorib. *Patritij* dici cœperunt quaſi Principũ patres ac tutores; Ioh. Borcholten ad §. *filiusf.Inſtit.Quib.mod.ius patr.poteſt. ſolu.* Ioh. à Wouvveren in *Notis ad Sidoniũ d.epiſt.16.* Hodie ſic dici poſſunt Cõſiliarij Cæſaris, Regũ & Principum, à quib. tanquã patres coli debent & obſeruari; Borcholt. *d.loc.* Eberhardus à Weyhe in *Aulic.polit.c.43.*

Capvt VII.

Seniores pro magiſtris habendi & verendi.

1. Alterũ hoc eſt Seniorũ πρεσβεῖον, vt ad præceptorũ inſtar & exemplũ à iuniorib. obſeruentur; propterea q̃ ab illis dicere ſimul & facere diſcunt; Homer. *lib.9.Iliad.* de Phœnice, Cicero *l.3.de Orat.* Quintilianus *l.2.Orator.inſtit.c.3.* Plutarch. in *l.de educand.liber.* Petronius Arbiter in *Satyrico circa fin.* vt hoc pacto ſeniorib. deferatur in morũ & literarum inſtructione: Archidiaconus in *c.tanta, diſt. 86.* quia iuuentus regenda eſt à ſenioribus; Ioh. Weitzius *comment.in Terent. Adelph.*

tum vocabuli, & θεῖος, quod eſt patruus, quaſi tu dicas *patruellus*, qui vſuali ſermone dicitur *patruelis*, *frater patruelis, fratruelis*, interim etiam *fratruus* & *fratruellus*: Sed Græco verbo is tantum notatur, qui maior ſit natu. Tantam non potuit non vel inter ipſos patrueles diuina illa particula, & cæleſtis διάνοια, quam mentem animi & intellectum appellamus, cuius eximio munere homo à natura donatus eſt, maioris ætatis prærogatiuam conſtituere.

17. An ex eodem fonte manauit, quod legimus fuiſſe antiquitus paſſim obſeruatum, vt primogeniti fratres nomine parentum vocarentur? vt nonnullos aſſerere auctor eſt Tiraquellus *de Iure primigen. in præfat. n.* 47. & hodie frequenter obſeruari tradit Nicol. Lyranus in *Euangelium Lucæ cap.* 1.

18. Priſci etiam Græci Latiniq; ætate prudentiaq; prouectos, & optimos quosque viros, γέροντας, *Senes* vel *Patres* appellabant; Ioan. Velcurio in *Annotation. ad Liuium lib.* 1.

19. Atque hinc fors eſt vt intelligamus ſolennem illam affectionis formulam, qua viri Illuſtres ætate maiores ab Imperatorib. ac Regibus honorari ſolebant; Cuius crebra fit mentio in Codic. Theodoſiano & Nouellis Imperatorũ, puta; *Haue* vel *vale parens Kariſſime atq; amantiſſime*. &c. & in Reſcriptis ac Conſtitutionib. noſtrorum Imperatorum & Regum. vnſerm lieben Oheim vel Netten, id eſt, *auunculo vel patruo noſtro dilecto*. De qua formula videndus Accurſius in *gloſſ. ad l. ex D. Pij*, C. *de Locat*. Anton. Nebriſſenſis in *Lexico Iuris, verbo pater*, Calefatus in *tract. de Equeſtri dignitat. n.* 98. Tiraquellus *de Iure primigen. in præf. n.* 83. Iacob. Cuiacius *l,* 1. *Obſ. c.* 15. Ioan. à Wouvveren in *Notis ad Sidoniũ lib.* 5. *ep.* 16 Franc. Iuretus in *Miſcellan. ad Symmach. lib.* 1. *epiſt.* 26. *& ad Auctarium epiſt.* 21. Ioh. Sauaro in *Notis ad Sidonium lib.* 1. *epiſt. vlt.* Frid. Lindenbrogius in *comment. ad t. Cod ſi quis Imperatori maledix.* Chriſt. Lehmannus in *Chron. Spirenſi, l.* 1. *c.* 10 Mich. Schiferer ſiue potius Dominicus Arumæus in *Diſſertat. de orig. & poteſt. Electorum. theſ.* 21. *& ſeq.* Quo pacto capienda eſt D. Lutheri, Theol. ſanctiſſimi & diſertiſſimi interpretatio *Geneſ. c.* 41. *verſ.* 43. vbi de Ioſepho, quem Rex Pharao iuſſit proclamari; Der iſt des Landes Vatter.

20. Et ante Imperatores noſtros, Romulus Rex, Romani noſtri Imperii cõditor ac fundator, eos quos tã Curiæ Regni & Vrbis Romæ abſe

Digitized by Google

ab ſe inſtauratæ Curiones (id eſt, Curatores) quã etiã ſuos ac Reipubl. Conſiliarios conſtituit non modo ab ætate *Senatores*, vt infra dicetur, verũ etiam ab honore, auctoritate & reuerentia, quæ debetur ætati, *Patres* appellari iuſſit; Titus Liuius *l.1. Hiſtor.* Plinius Nepos *de viris illuſtr. c.1.* Velleius Paterculus *l.1. Hiſt.* Aur. Victorinus *de orig. gent. Rom.* Dionyſius Halicarnaſſæus *l.2. Antiquit. Rom.* Meſſala Coruinus in *libello de Progenie Aug.* ibiq; Ioan. Camers in *Comment.* Annæus Florus *l.1. Hiſtor. Rom. c.1.* Eutropius in *Breuiario l.1. c.1.* Iul. Florus Secundus in *Epit. Liuij*, L. Feneſtella ſiue potius Dominicus Floccus *de Magiſtr. Rom. l.1. c.1.* Aſconius Pædianus in *Cicer.* Theodoſius in *Geſtis Rom.* Papias in *Diction.* Robert. Holkot in *Collect. moralib.* Mich. Scotus *l.2. de Menſa Philoſ. c.12.* Pompon. Lætus *de Rom. Magiſtr. l.1. c.3.* Raphael Volaterranus in *Anthropolog.* Henr. Loritus Glareanus in *Annotat. ad Eutropiũ*, Onuphrius Panuinius *l.1. Faſtor.* Cuiacius *Obſeru. l.12. c.30.* Gothofredus ad *l.19. C. de Iud. & calicol.* Lælius Biſciola *Horar. ſubſeciu. l.3. c.17.* Vnde ẽt *Verendi* dicti ab Ouidio; Iac. Pontanus *cõment. ad l.3. de Ponto, eleg.1. f.920. in fi.* Et à quib. qui p virilẽ ſexum deſcenderunt, *Patritij* appellati ſunt; Ludou. Viues in *Epiſtol.* Guliel. Canterus *Nouar. Lect. l.2. c.24* Ioan. Stadius *cõment. in Florũ l.1. c.1. lit. z.* perinde ac plebeiorũ patricij; Wilh. Godeleuæus in *Annotat. ad Liuiũ l.1.* i. e. tribunitij, Ioan. Velcurio in *Annot. ad d. l.1.* Poſtea ſub Imperatorib. *Patricij* dici cœperunt quaſi Principũ patres ac tutores; Ioh. Borcholten ad *§. filiuſf. Inſtit. Quib. mod. ius patr. poteſt. ſolu.* Ioh. à Wouvveren in *Notis ad Sidoniũ d. epiſt.16.* Hodie ſic dici poſſunt Cõſiliarij Cæſaris, Regũ & Principum, à quib. tanquã patres coli debent & obſeruari; Borcholt. *d. loc.* Eberhardus à Weyhe in *Aulic. polit. c.43.*

Capvt VII.

Seniores pro magiſtris habendi & verendi.

1. Alterũ hoc eſt Seniorũ πρεσβεῖον, vt ad præceptorũ inſtar & exemplũ à iuniorib. obſeruentur; propterea ꝙ ab illis dicere ſimul & facere diſcunt; Homer *lib.9. Iliad.* de Phœnice, Cicero *l.3. de Orat.* Quintilianus *l.2. Orator. inſtit. c.3.* Plutarch. in *l. de educand. liber.* Petronius Arbiter in *Satyrico circa fin* vt hoc pacto ſeniorib. deferatur in morũ & literarum inſtructione; Archidiaconus in *c. santa, diſt. 86.* quia iuuentus regenda eſt à ſenioribus; Ioh. Weitzius *comment. in Terent. Adelph.*

Digitized by Google

*act.1.ſc.1.fol.*4'0. pro eorum eruditione; Chaſſanæus in *Catalog. glor. Mundi, part.*11. *conſid.*17. non autem pro hereditate inſtituenda, vt abuſus poſtea omnium bene præclareque inſtitutorum corruptor, ętatis officia & iuuenum obſequia deprauauit; Curtius Pichena in *Notis ad Taciti German.n.*44. Ramiretz de Prado in *Hypomnemat.ad Martial.l.*2. *epigr.*56. Frid. Lindenbrogius in *Obſeruat.ad Ammian.Marcellin. lib.*14. *fol.*16. *& lib.*28. *fol.* 399. Georg. Erhardus in *Symbol.ad Petron.f.* 765. Chriſtoph. Colerus in *Not.ad Tacit. German. n.*114.

2. Apud Lacedæmonios quilibet prouectiorum non ſuos modo, ſed aliorum quoque liberos quocumque loco monere & erudire poterat, tanquam qui illis præerat ætatis quadam prærogatiua, teſte Xenophonte in *lib.de Republ. Lacedæmon.* Plutarcho in *Laconic.inſtitut.* Nicol. Cragio *lib.*3.*de Republ.Lacedæm.cap.*4.

3. Et de Romanis ſcribit Plinius Iunior lib.8. epiſt. ad Ariſtonem; *Erat antiquitus inſtitutum, vt à maioribus natu non auribus modo; verum etiam oculis diſceremus, quæ facienda mox ipſi, ac per vices quaſdam tradenda minoribus haberemus.* Quo forſitan alludit Mycon ſenior apud Tit. Calphurinum in Bucolic. ecl.5. vbi Canthum iuuenem informaturus ait;

Cum iuueni ſenior præcepta daturus alumno &c.

4. Et vniuerſim de omnibus gentibus, Soſiades in Subiectionibus ſeptem ſapientum, πρεσβύτερον αἰδοῦ; νεώτερον δίδασκε: *maiorem natu reuerere, minorem doce.* Eumque ſecutus Plato in Lachete præcipit; *Iuniores ſenes audire debent, & ex ipſis diſcere.* Ab his accepit Zach. Fridenrichus in Politic. cap.7. *Seniores ætas grandior notat: quos maxime decet grauitas & iuniorum informatio.* Ex quorum verbis moderandus ſimul & interpretandus eſt Marſilius Ficinus in Philebum Platonis ſcribens lib.1. cap.33. *Iuniores ſeniorum doctrinam exquirere, exorare & extorquere debent*, tanquam à ſuis ſcilicet magiſtris & præceptoribus; Tiraquellus *de Iure primig. in præfat.n.*200.

5. Quo pacto indubie intelligendum eſt illud, quod Germani noſtri dicunt in communi prouerbio, referente Friderico Petri in der Teutſchen Weißheit;

Die jungen ſol man lehren/
Die alten ehren.

CAP.

Capvt VIII.

Seniorum poteſtas in corrigendis iunioribus.

1. Tertium hoc ſeniorum πρεσβεῖον eſt in iure poteſtatis ſeu juriſdictione, quam velut Magiſtratus quidam priuatus habent exercere in iuniores natu; Baldus & Doctores in *l. 1. C. de emend. propinq.* Tiraquell. *de Iure primigen. in præfat. n.* 141. Bartolus in tractatu *de Tyrannide, verſ. quarto quaro*, Læl. Biſciola *Horar. ſubſec. lib.* 10 *cap.* 15. vbi dicit, ſenes eſſe cenſores & caſtigatores minorum.

2. Iacob. Faber Stapulenſis in Hecatomijs Socraticis, ſiue legib. à Socrate propoſitis lib. 1. cap. 5. quod eſt de moribus, leg 38.

Seniores præſint omnibus iunioribus, eosque corrigant. Quod ſumtum eſt ex Platonis *lib. 5. de Republ.* vbi ſtatuit, ſeniorem præeſſe omnibus iunioribus, eosque corrigere, inquiens; *πρεσβυτέρῳ μὲν νεωτέρων πάντων ἄρχειν τε καὶ κολάζειν προστετάξεται.*

3. Apud Iberos in Scythia, qui nunc Georgiani eſſe memorãtur, vnicuique agnationi ſeniorem per familias præfuiſſe, ſcriptum reliquit Strabo *lib.* 11. *Geograph.* & Gramaye in *Hiſtor. vniuerſal. Aſiatic. f.* 479.

4. Vnde ſenioribus propinquis, id eſt agnatis & cognatis, data eſt poteſtas corrigendi minores pro qualitate delicti; Ioh. Borcholten ad §. *ſed & maior, in pr. Inſtit. de his qui ſui vel alien. iur. ſunt.* Sic enim Imperatores Valentinianus & Valens reſcripſerunt ad ſenatum vrbis Romæ; *in corrigendis minoribus pro qualitate delicti senioribus propinquis tribuimus poteſtatem; vt quos ad vita decora, domeſtica laudis exempla non prouocant, ſaltem correctionis medicina compellat: neq; non in puniendis minorum vitijs in immenſum extendi volumus, ſed iure patrio auctoritas corrigat propinqui juuenis erratum, & priuata animaduerſione compeſcat*: l. vnic. C. de Emendat propinquor. & l. vn. C. Theod. lib. 9. tit. 13. Cuiacius in *paratit. C. d. tit.*

5. Quo iure frater ſenior, exempli gratia poteſt corrigere atque plectere fratrem iuniorem delinquentem: Ioan. de Anagnia in *cap. 1. de Cleric. percuſſ.* Ioan. le Cirier *lib. 2. de Primogenitura. quaſt. 1. prærogat.* 20. Idem quoq; in patrueli ſeniore corrigente patruelem iuniorem, quia eadem eſt ratio, vt ait Tiraquell. *de Iur. primigen. in præfat. n.* 141.

D 6. Et

6. Et omnino quiſquis maior ſiue antiquior in domo habet quodam̃odo iuriſdictionẽ in fratres & fratrum liberos; Bartol. in *d. tract. de Tyrannid.* Et pridem olim antiquiſſimis temporibus in eandem cum imperatorib. ſententiam præcepit Phocylides ille Mileſius ſapiens:

Ἢν δέ τι παῖς ἀλίτῃ, κωλυέτω υἱέα μητήρ,
Ἢ καὶ πρεσβύτατοι γενεῆς, ἢ δημογέροντες:
Si vero quid puer delinquat, caſtiget filium mater,
Aut etiam ſeniores familia, aut ſeniores populi.

7. Ex quo poſtremo apparet, etiam non coniunctis ſenioribus hanc poteſtatẽ in iuniores competijſſe: quod & noſtri Doctores volunt, Angelus, *conſ. 397. in fi.* Aymo Crauetta *conſ. 151. n. 17.* Tiraq. *de Iure primigen. in præf. n. 142.* Et Phocylidẽ ſecutus Lycurgus in *Legib.* ſuis ſanciuit. Nam qui ſe præſente ſenior peccantem iuniorem non reprehendiſſet, perinde ac ſi peccaſſet ipſe plectebatur, auctore Plutarcho in *Lycurgo*; Et qui iunior obiurgari ſeſe à ſeniorib. ægre moleſteq; tuliſſet, magna ignominia afficiebatur, in magnoq; erat ꝓbro; Plutarc in *Apophthegmat. ſiue inſtitutis Laconic.* Tiraq. *d. loc. n. 142.* Cragius *li. 3. de Republ. Lacedæm.* Fridenrichus in *Politic. c. 7.* Et ex Lycurgi legib. hauſit Plato, quod refert lib. 9. de Legib. *Decet iuuenem à ſeniore verberatum, id ob ætatis reuerentiam patienter ferre.*

CAPVT IX.

Iuniorum obedientia erga ſeniores: & de horundem ſeniorum maioritate.

1. NAtura hoc fert relationis, vt ſi ſeniores vicem magiſtratuum obtinent, iuniores etiam loco ſubditorũ æſtimentur. Quinimo ipſe ordo naturæ hoc requirit, vt iuuenes ſeniorum ſub diſciplina viuãt, vt quæ à minus perfecto ad perfectum progreſſa, iuuentutis obſequiũ, imperium ſenectutis docet; Ariſtotel. *lib. 7. polit. c. 14.* Caſus in *Sphæra Ciuitat.* Melch. Iunius *Quæſt. politic. part. 1. q 14.* Quod eſt inſigne ætatis πρεσβεῖον, vt ſcilicet minores natu debitam maioribus exhibeant obedientiam, & eorum iuſſis, præceptis ac mandatis legitime pareant; Ald. Mannuccius *Explanat. in Cic. librum de ſenectut.*

2. Docet namque Ariſtotel. naturaliter ſeniores iunioribus dominari, *d. lib. 7. politic cap. 14.* vt quidem laudatur ab Alberico in *Diction.*

verb.

verb.ſenex. Rationemq; ſubdit Philoſophus hiſce verbis; *Nec indignari debet iunior ſubditus futurus: honeſtum enim eſt iuuenibus miniſtrare & obedire ſenioribus*, quemadmodum interpretantur Thomas Aquinas & Auerroes in *comment*. Fr. Niconitius in *repet. c. quoniam contra, verſ. nota ſexto, Ext. de probat.* Anton. Gomezius in 40. *Tauri. n* 7. & vulgati Politicorum interpretes. Et Philoſophi magiſter Plato *lib.* 3. *de Legibus.* inter ſeptem rationes quæ ad dignitatem imperandi faciunt, tertiam ætatem poſuit, vt videlicet iunioribus ſeniores imperent & dominẽtur. Et *lib.* 5. *de Republ.* οὐκοῦν ὅτι μὲν πρεσβυτέρους ἄρχοντας δεῖ εἶναι, νεωτέρους δὲ τοὺς ἀρχομένους, δῆλον: *Conſtat quidem, quod ſeniores imperare oportet, iuniores ſubeſſe.* Charondas etiam Rex præcepit in prooemio Legũ: ἡγείσθωσαν πρεσβυτέρους νεωτέροις &c. *præſint iunioribus ſeniores*: Interprete Iohanne Spondano. Et ex Cicerone laudat Fridenrichus in Politic. c. 7. *Eum, qui ætate nos anteit, tanquam ſuperiorem colere debemus.*

3. Quod quomodo ſit intelligendum, ex ſequentibus diſcamus tractatorib. Inter quos palmam ducit D. Petrus Apoſtolus, cuius hoc eſt diuinum præceptum cap 5. Epiſt. 1. *Adoleſcentes ſubditi eſtote ſenioribus.* Diuinum (inquam) adeo, vt illud natura duce etiam Gentiles principes longe iniunxerint ante, quam Apoſtoli in terris verſarentur.

4. Nec falſum eſt, quod ſcribit Iacobus Magnus Ordinis Erimitarum Antiſiodorenſis lib. 4. Sophologij ſapientiæ, cap. 7. *Lycurgus Rex in ſuis Legibus ordinauit iuuenes ſenioribus famulari, vt tradit Pompeius.* Nam eius ſententiam autoritatibus comprobaut Nic. Cragius *de Rep. Lacedæmon. lib.* 3. & Tiraquellus *de Iure primigen. in præf. num* 83. *& ſeqq.* Et illud ipſum eſt, quod *exhibere ſeruitia* dixit Antoninus Florentin. in *Summa part.* 4. *tit.* 5. §. 2. *in fi. modo* 7. & ex eo Chaſſanæus in *Catalog. glor. mundi par.* 1. *conſid.* 10. grauiter confirmat hic Virgilii verſus in Bucol. Eclog 5.

Tu maior, tibi me eſt æquum parere, Menalca.

Nec non & iſte Aur. Nemeſiani in *Bucolic. eclog.* 1. ex Virgiliano (vt notauit Robert. Titius in Notis) expreſſus, quo Timetas iunior Tityro Seniori reſpondet:

Et parere decet iuſſis & grata iubentur.

vbi *parere*, id eſt obedire, exponit Hermannus Torrentinus in *commentar. ad Virgil.* Ipſam ſententiam Virgilium ſumpſiſſe ab Ho-

Digitized by Google

mero ex *Iliad.*1. opinatur Fulu. Vrſinus in *Virgil. cum Græcis ſcriptor. collato*, Ioan à Meyen in *Notation.* & Gregor. Berſmannus in *Notis ad Virgil.* Ibi vero Neſtor Rex Pyli ſic affatur Agamemnonem Imperatorem Græcorum & Achillem Regem Aeginæ & Myrmidonum;

Ἀλλὰ πίθεσθ᾽, ἄμφω δὲ νεωτέρω ἐστὸν ἐμεῖο,

Ergo mihi ambo ſeni natu parete minores.

Nec minus venuſte Theocritus *eidyllio* 35. iudicante Vito Winſemio in *Annotationib. ad Theocrit.*

Ἀλλ᾽ εἴ μοι πίθοιο νέος πρεσβυτέρῳ,

At ſi mihi obtemperes iuuenis ſeniori.

Et Homerum æmulatus Cointus Smyrnæus *lib.* 5 *Paralipom.* ſcribit, Neſtori ob maiorem ætatem venerabili paruiſſe & obſequium præſtitiſſe cæteros Græcorum Reges, vt ibi obſeruauit Laurent. Rhodomānus in *Notis*, & Ioan. Weitzius in *comment. ad Terent. Adelph. act.* 5. *ſc.* 9. *in fin* Porro ipſum Virgilii verſum in hanc rem adducit Iaſon *in l. cum quid, lect.* 2. *in fin. D. Si cert. pet.* & Tiraquellus *de iur primig. n.* 83. *in fi. & nu.* 217.

5. Apoſtolum ſecutus eſt B. Benedictus Abbas in Regul. cap. 71. præcipiens; *De cætero omnes iuniores prioribus omni charitate & ſolicitudine obediant. Priorib.* inquit, id eſt, ſenioribus, vt interpretatur nobis B. Iſidorus Hiſpalenſis Antiſtes *lib.* 2. *Officior. eccleſiaſt. cap.* 2. mandans Clericis, *vt ſenioribus debitam obedientiam præbeant.* Cuius dictum refertur in *Decret. Gratiani diſt.* 23. *c.* 3 Benedictinam regulam hiſce cancellis circumcluſit S. Blaſius in Inſtitutione: *Pietas mandat, ratio iubet, & modeſtia ſuadet, vt iuniores obedientes ſint ſuis ſenioribus in omnibus ijs, quæ ad honeſtatem & diſciplinam pertinent.* Et Fridenrichus in Politic. cap. 7. *Obedientiam iuniores natu grandioribus præſtare tenentur in his, quæ legitime ab illis iniunguntur.* 1. *Petr.* 5. *verſ.* 5. hoc eſt, in omnibus rebus licitis & adiaphoris; Paulus Buſius *lib.* 1. *Diſquiſit. polític. q.* 11. *lit. a.* non autem illicitis aut ratione naturali inhoneſtis: *Idem lit. b.*

6. Itaque ſapienter, vt in pleriſque omnib. ab eodem Homero fingitur Iris alloqui Neptunum, eiq; dicere, quod parere teneatur Ioui fratri ſeniori iubēti; & minitari niſi pareret, *lib.* 15. *Iliad.* Quin ipſemet Neptunus cōfingitur Iouem reuereri, neq; audere illi palam obſiſtere, quoniā eſſet maior natu: *lib.* 3. *Iliad.* Tiraq. *de Iure primig. in præfat. n.* 83. *& num.*

Digitized by Google

*& num.*143.*& num.*144. Et M. Tullius in *lib. de amicitia* refert, Scipionem, Q. Maximum fratrem nequaquam ſibi parem, quod is anteibat ætate, tanquam ſuperiorem coluiſſe.

7. Docet autem Philoſophus, non eſſe quod aliquis vereatur, ne qui minor ætate eſt, ægre ferat ſtomacheturque, ſeniorem imperium in ſe habere. Neque enim, inquit, hoc aliquis facit, neque exiſtimat ſe meliorem dignumque qui illi anteponatur. hunc enim ſenſum eſſe Ariſtotelicæ lectionis, aſſerit Petr. Victorius in *comment. ad lib.* 7. *Politic. cap.* 14. Omnes enim reuerentur ſenectutem, atque ipſi cedunt: libentius autem (vt addit Philoſophus) hoc faciunt, quia ſciunt venturum aliquando tempus, cum ipſi quoque donum illud præmiumque accipient; Geneſius Sepulueda in *d. cap.* 14. Cum ſcilicet ætas ipſorum huic muneri ſuſtinendo idonea erit; Philip. Scherbius in idem *cap.*14. *lib.* 7. *Politic.*

CAPVT X.

Iuniorum metus reuerentialis erga Seniores; maxime in ſilentio.

1. Conſequitur hoc πόρισμα ex ſuperioribus præceptis. Etenim ſi ſeniores ſunt loco parentum, præceptorum & magiſtratuum, vt metuantur à iunioribus fas & iura dicunt; Iaſon in *l. pactum, in fin. C. de collat.* Franc. Aretinus *conſ.*24. Tiraquellus *de iure primigen. in præfat. num.*143. Chaſſanæus in *Catalog. glor. mundi part.* 11 *conſid.*16. Rabanus Maurus Archiepiſcopus Moguntinus in comment. ſuper Matthæum; *Vera fraternitas eſt, quæ fratrem veneratur, &c. vt maiorem metuit.*

2. Verſatur autem hic metus partim in dictis, partim in factis. Et vt de dictis priori loco dicamus, modeſtia, pudor ac verecundia imponunt ſilentium & taciturnitatem iunioribus in præſentia ſeniorum. Monet enim Ieſus Syrach cap. 32. Eccleſiaſtici; *Vbi ſunt ſenes, non multum loquaris.* Et Cardinalis Paleotus in tract. de Sacri Conſiſtorij conſultationibus, part. 3 quæſt. 4. *Antiquiſſimo Philoſophorum præcepto cautum fuiſſe nouimus, vt præſentibus ſenioribus in publicis conſeſſibus iuniores ſilerent.* Innuit præceptum Platonis, quod exſtat *lib. 4. de Republ.* σιγὰς τῶν νεωτέρων παρὰ πρεσβυτέροις ὡς πρέπει. quibus verbis præcipit, vt iuniores taceant coram ſenioribus. Homerus quoque, vt omnium vir-

tutum parens, tacere facit iuniores omnes, ſolumque ſeniorem loqui. *lib.7.Odyſſ.* ſicut notauit Tiraquell. *de iure primigen. in præfat. n.124.*

3. Idem Palæotus (cuius auctoritate eo libentius vtor, quo in maiori dignitate viuus excelluit) compluribus teſtimonijs docet, adoleſcentes inſtituto Romano, ſenioribus præſentibus, pauco admodum & modico ſermone vti ſolitos; *de Bono ſenect. part.3. fol.* 219. Inſtituti eius particula exſtat apud Valer. Maximum lib.2. de Dict. factisque memorab. cap.1. exempl.9. hiſce verbis relata; *Ex quibus apparet, cana quoque tempore quam parco & quam modeſto ſermone his præſentibus ſoliti ſint vti.* Vbi Aſcenſius in Famil. expoſit. ſubijcit fol. XVI. *His, ſcilicet ſenioribus, præſentibus: quia per argumentum à minori, ſi non auſi ſint ſurgere ante ſeniores, multo minus loqui.* Recte autem ait, *parco*: quia non omnis ſermo iunioribus interdictus in præſentia ſeniorum, ſed intempeſtiuus tantum. Rogati namque à ſenioribus modeſte debent reſpondere, non obloqui nec contradicere. De Phariſæis ſane proditum eſt, tanto in honore maiores natu habitos fuiſſe, vt ne contrarium quidem aliquando minores alicui reſponderent, teſtibus Philone Iudæo, Ioſepho *lib.17. Antiquit. Iudaic. cap.1.* Palæoto *de Bon. ſenect. part.3. fol.264.* Tiraquello *de Iure primigen. in præfat. n.82.*

4. In factis non modo verecundia adeſſe, ſed omne ſimul iniuriandi propoſitum debet abeſſe. Quod in legibus Socratis, Lycurgi & Solonis cautum fuiſſe perhibetur. Iacob. Faber Stapulenſis in Hecatomijs Socraticis, ſiue legibus à Socrate propoſitis, lib.1. cap.5. quod eſt de moribus, leg.39. *Iuniores, principes metuant, & ſeniores revereantur. Sic enim & metus & pudor abſterrebunt ab iniuria, ne iunior in ſeniorem, niſi iuſſu principum ſæuiat vnquam. Metus quidem, ne cæteri omnes, partim vt filij, partim vt fratres, partim vt patres, patienti ſuccurrant. Pudor autem, ne parentes violare ſuſpicentur. Quare omnino his legibus Ciues inuicem in pace vitam agent.* Et Vlpianus Rhetor Exegeſi in Orat. Demoſthenis contra Midiam; *Ego, inquit, adoleſcentulus admodum fui, eius autem ætatis non eſt* θρασύνεσθαι πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους, *laceſſere ſeniores.* Id enim ſanctiſſime in *Legibus* Solonis erat vetitum.

* * *

CAPVT

CAPVT XI.

Iuniorum admonitio ad ſeniores errantes debet eſſe ſubmiſſa & verecunda.

1. QVod adeo verum eſt, vt iuniores ne quidem errantibus aut delinquentibus ſenioribus auſi fuerint obſtrepere, aut acerbius reſiſtere; ſed verbis ſubmiſſis & humilibus viam veritatis commonſtrare, & modeſte benigneq; admonere erroris, Tiraquellus *de iur. primig. in præfat. n.* 145. hoc eſt cum quadam reuerentia; Cardinalis Hoſtienſis in *c.* 1. §. *verum vnctionis ſacram. Extra de ſacra vnct.*

2. Hinc Mopſus reprehenſurus Menalcæ ſententiam ſic à Virgilio *eclog.* 5. introducitur eum alloqui;

Tu maior, tibi me eſt æquum parere, Menalca.

Ad quæ verba Seruius Honoratus commentatur; *Dicit quidem verecunde, ſe illi obtemperare debere: oſtendit tamen, quid ſibi placeat. Nam ex ipſa laude antri, & arborum vituperatione, oſtendit ſuam ſententiam eſſe meliorem.* Et luculenter Chriſtoph. Landinus in Paraphraſi; *Oſtendit, qualiter oporteat eſſe inferiorem erga ſuperiorem. Nam iuſta cauſa diſſentiendi eſt, cum modeſtiſſime diſſentiet, neq; diſcedet à veneratione, quam illi præſtare debet, vt hic, qui nunc Menalcæ omnia conceſſurus polliceatur, tamen occulte & vmbram arboris vituperat, & antrum laudat.* Videndus Iacob. Pontanus Ieſuita in *Commentar. ad Virgil.*

3. Sunt ergo ſeniores rogandi, non obiurgandi, *cap. Paulus dicit*, 2. *quæſt.* 8. Is eſt D. Paulus Apoſtolus, qui Epiſt. 1. ad Timoth. cap 5. hoc πρεσβεῖον ita inculcat; *ſeniorem ne increpaueris.* Quod in hunc modum explicat Palæotus de Bon. ſeneċt. part. 3. fol. 262. *Paulus tantum tribuit ſeniori ætati, vt ſeniores, etiam cum errent, nolit reprehendi, ſed potius obſecrari.* Vnde legitur Philippus Rex Macedoniæ Alexandrum filium obiurgaſſe, quod natu maiores increparet: apud Plutarchum in *Philippo Macedone.*

4. Ad ipſa Apoſtoli verba commentatur B. Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus; *propter honorificentiã ætatis maiorẽ natu cum manſuetudine ad bonum opus eſſe prouocandũ, vt facilius ſuſcipiat admonitionem.* Et rationẽ hanc ſubnectit; *poteſt. n. vereri commonitus, ne poſtea corripiatur, quod*

turpe

Digitized by Google

turpe eſt ſeniori. Et poſt ibi; *Aſperum eſt enim ſenioribus, cum corripiuntur à iunioribus.* Quam eandem quoque rationem reddit Sedulius Scotus Hibernenſ. in collectan *Ne indigne ferens ſe à iuniore correptum, exaſperetur, & non proficiat.* Et B. Haymo Halberſtatenſis Epiſcopus in comment. *quia ſolent ſeniores dure accipere, quando increpantur à iunioribus.*

5. Nec obſtat, quod idem Apoſtolus ad eundem Timotheum ſcribit cap. 4. antecedenti; *Præcipe hæc & doce, nemo adoleſcentiam tuam contemnat.* Loquitur enim hic de publico prædicandi officio, in quo Timotheus erat legitime ordinatus, & cuius reſpectu etiam pater à filio poteſt informari atque inſtitui, tanquam in fide iunior, quomodo nos interpretamur. Et quanquam Timotheus, *quantum ad ætatem pertinet, iuuenis erat, tamen quantum ad mores & conuerſationem, ſenior & grauis* &c. *vt non quaſi iuuenis, ſed quaſi ſenior haberetur.* D. Ambroſ. in Comment. Cui concinit B. Gregorius Magnus Papa *Homil. 2. in Ezech.* & Garnerus ſancti-Victorinus Monachus Parienſis, qui vixit circa Annum Dom. M.C. in ſuo *Gregoriano lib. 3. cap. 7.*

CAPVT XII.

De occurſu ſeniorum & ceſſione de Via.

1. ÆGyptij mortalium omnium antiquiſſimi iudicati & primi ſapientiæ repertores, eam memorantur in cæteras orbis partes propagaſſe, & incolas aluiſſe Abrahamum, Iſaacum, Iacobum, Ioſephum, Moyſen, Hermetem Triſmegiſtum, Iſidem, Thaletem, Pythagoram, Solonem, Socratem, Platonem, Ariſtotelem, alios pleroſq; philoſophiæ humanæ principes. Horum ergo Lex iubet, vt iuniores cedant ſeniorib. in occurſu, ſicut auctor eſt Herodotus *lib. 2. in Euterpe*; id eſt, obuij facti maioribus natu concedant de via, & deflectant, vt exponit Palæotus *de Bon. ſeneſt. part. 3. fol. 264.* Tiraquellus *de iure primigen. in præfat. n. 82.* Fridenrichus in *politic. c. 7.* Nymphiodorus lib. 13. τῶν Βαρβαρικῶν de Ægyptijs ſcribit, *in hoc, vt iuniores ſenioribus de via cedant, eodem, quo nos* (ſcil. Græci) *modo ſe gerunt.*

2. Et de Spartanis ſcribit Plutarchus in Laconic. inſtit. *oportet iuniores obſeruantia proſequi omnes ſeniores, ita vt de via illis decedant,* &c. Quo fors eſt, vt trahi debeat hoc Dionyſij Catonis dictũ in libello de Morib. ad Fi-

Digitized by Google

ad Filium; *Maiori cede.* Sic enim accepiſſe videtur Maximus Planudes, vertẽs; τῷ μείζονι ὑπεξίστασο, ſcilicet τῆς ὁδοῦ, hoc eſt, παραχώρησον. Quod obſeruantiæ adſcribit Anonymus vetus Scholaſticus Theologus in Gloſſa & moraliſatione ad illum locum his verbis; *Obſeruantia eſt obſeruatio dignitatis in aliquo, vel virtus, quæ diſponit hominem, vt impendat cuilibet reuerentiam, qualem debet.* Et Eraſmus Roterodam. ad hunc modum explicaſſe videtur in libell. de Ciuilit. morum; *Si quis occurrerit in via ſenio venerandus, meminerit de via decedere, reuerenter aperire caput, nõnihil etiam flexis poplitibus.* Cum Planudis verſione facit Philoſtratus in Heroicis; ὑπεξίσαντο αὐτῷ ὁδῶν, *ei cedebant viâ.*

3. Verùm, vt cæteros ponam ad compendium, vnus nobis Xenophon inſtar omnium eſto, qui & princeps fuit illuſtriſſimus, & Socratis auditor digniſſimus. Eius hæc ſunt verba; ὁδοῦ παραχωρῆσαι τὸν νεώτερον πρεσβυτέρῳ συντυγχάνοντι πανταχοῦ νομίζεται: *In more poſitum eſt vbique, vt iunior ſeniori fortè obuiam facto debeat via cedere.* Id quod Cyrus Perſarum Medorumque Imperator ſuo exemplo docuit, atque, vt filij ſui imitarentur, hoc vltimo ſuo elogio præcepit; *Inſtitutus fui ita etiam ipſe & à mea & veſtra patria, ſenioribus non ſolùm fratribus, verum etiam ciuibus. & via, & ſedili, & ſermone cedere:* apud eundem Xenophont. *lib. 8. de Pædia Cyri.* Conſulendus Gylbertus Longelius in *ſcholiis ad Eraſmi libell. de Ciuilit. mor.* Vbi ex Græcorum præſcripto docet ſenioribus locum eſſe cedendum in via.

CAPVT XIII.

De aſſurgendo ſenioribus.

1. EAdem lex Ægyptiorum, quam capite ſuperiori laudauimus, vult vt Iuniores aſſurgant ſenioribus prætereuntibus, teſte Herodoto *d. lib. 2. in Euterpe*, Palæoto *de Bon. ſeneƈt. part.* 3. Fridenricho in *Politic. cap.* 7. Cui conuenienter Ariſtoteles lib. 9. Ethic. ad Nicomach. cap. 2. *ſenioribus*, inquit, *honor aſſurgendo. & ſeſſionem cedendo reddendus eſt*; παντὶ δὲ τῷ πρεσβυτέρῳ τιμὴν καθ' ἡλικίαν ἀποδοτέον ὑπαναστάσει καὶ κατακλίσει.

2. Cui reſpondet & Lycurgi lex apud Spartanos: de qua Plutarch. in Laconic. inſtitut. hæc commemorat; *Oportebat etiam iuniores non ſo-*

lum ſuos patres reuereri, eiſque obedire, ſed omnes ſeniores obſeruantiâ proſequi, ita vt illis & de ſedibus aſſurgerent, & quietos ſe continerent, dum illi tranſirent. Planè ad id, quod ſupra de Perſarum Medorumque inſtituto ex Xenophonte retulimus. Et oppido quam dignum eſt relatu, quod ſcribitur ab Æliano lib. 1. de Natura animal. in hunc ſenſum; *Ex omnibus legibus humaniſsimam iudico, qua Lycurgus pracipit natu grandioribus iuniores, cùm vel de ſedibus vel de via decedere debere, tùm verò eoſdem reuerentia aduerſus atatem, quam vt aſſequantur, omnes expetunt, aſſurgere oportere. Elephantorum genus à principio hoc idem ſolo natura ductu ſine Lycurgi, aut Solonis, aut Zaleuci, Charondave praceptione ſanctiſsimè obſeruant.*

3. Atque de præclaro Romanorum more Iuuenalis Satyr. 13.

Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,
Si iuuenis vetulo non aſſurrexerat, & ſi
Barbato cuicunque puer, licet ipſe videret
Plura domi farra & maioreis glandis aceruos.

Exemplum refert Cornel. Tacitus lib. 3. Hiſtor. quod adſcribam. *Domitius*, inquit, *Corbulo pratura functus, de L. Sulla nobili iuuene queſtus eſt apud Senatum, quod ſibi inter ſpectacula gladiatorum loco non deceſſiſſet. Pro Corbulone atas. patrius mos. ſtudia ſeniorum erant. Contra Mamercus Scaurus, & L. Aruntius aliiq; Sulla propinqui nitebantur, certabantq; orationibus, & memorabantur exempla maiorum, qui iuuentutis irreuerentiam grauibus decretis notauiſſent: donec Druſus* (Cæſar) *apta temperandis animis diſſeruit, & ſatisfactum Corbuloni per Mamercum, qui patruus ſimul ac vitricus Sulla, & oratorum ea atate vberrimus erat.*

4. Huic inſtituto rationẽ reddit Telecrus: qui percontanti cuidam, quare mos eſſet apud Spartanos, vt iuuenes aſſurgant ſenioribus: *Vt*, inquit, *aſſueti honorem habere nulla propinquitate iunctis, magis honorent parentes*, auctore Plutarcho in *Laconic. inſtitut.*

CAPVT XIV.

De deducendis & comitandis ſenioribus.

1. HOc πρεσβεῖον in duobus pręcipuè ritibus conſtitiſſe apud rerum geſtarum Scriptores notauimus: nempè in comitatu ad conuiuium

uſum, qui fiebat vel ducendo ad locum conuiuij, vel reducendo ad ædes ſeniores: dein in deductione ad Senatum, & reductione.

2. De prior modo, tradit A. Gellius lib. 2. Noct. Attic. cap. 15. *A conuiuio quoque vt ſcriptum eſt in Antiquitatibus, ſeniores à minoribus domum reducebantur, eumq; morē accepiſſe Romanos à Lacedæmoniis traditum eſt*, &c.

3. De poſteriore ritu Val. Maximus lib. 2. de Dict. factiſque memorab. cap. 1. exempl. 9. *Quocirca iuuenes, ſenatus die, vtiq; aliquem ex patrib. conſcriptis, aut propinquum, aut paternum amicum, ad curiam deducebant* (id eſt honorificè comitabantur, vt exponit Aſcenſius) *affixiq; valuis exſpectabant, donec reducendi etiam officio fungerentur.* Eadem refert Iohannes Saleſburienſis Epiſcopus in *Polycratico ſeu de Nugis Curial. lib.* 8. Flau. Bondus *lib.* 8. *Romæ triumphantis*, Aldus Mannuccius Nepos *Explanat. in Cicer. Catonem Maiorem.*

4. Addit Iodocus Badius in Famil. expoſit. fieri id ſolitum à iunioribus, *ſi non ſemper, ſaltem die, quo ſe congregauerant ſeniores*, hoc eſt, in omni ſolemni actu & conuentu.

5. Hinc Cicero in libro de Orator. ceu inſolitum & inconſuetum exemplum de Galba ponit; *Cumq; maior natu & Conſularis Sergium Galbam affectaretur.*

6. Quo autem ordine comitatus iſte olim procederet, indicat Ouidius lib. 5. Faſtor. hoc diſticho;

Et medius iuuenum non dedignantibus ipſis
Ibat; & exterior, ſi comes vnus erat.

vbi cōſulendi interpretes, & Io. à Wouweren in *Notis ad Sidon. fol.* 156.

Capvt XV.

De proedria ſeniorum in conuiuio.

1. Προεδρία iſtud ſuperiori illi conſequens eſt. Etenim ſi honeſtatis ratio exigebat à iunioribus, vt officij ergò ſeniores ad conuiuium deducerent; multò magis eadem poſtulare videbatur, ne locum ſenioribus in aſſiſtendo præriperent, ſed eorum aduentum præſtolarentur. Hoc tradit Valer. Maximus d. lib. 2. cap. 1. exempl. 9. ſcribens; *Inuitati* (iuuenes) *ad cœnam, diligenter quærebant, quinam ei conuiuio eſſent interſuturi, ne Senioris aduentum diſcubitu præ-*

Digitized by Google

lum ſuos patres reuereri, eiſque obedire, ſed omnes ſeniores obſeruantiâ proſequi, ita vt illis & de ſedibus aſſurgerent, & quietos ſe continerent, dum illi tranſirent. Planè ad id, quod ſupra de Perſarum Medorumque inſtituto ex Xenophonte retulimus. Et oppido quam dignum eſt relatu, quod ſcribitur ab Æliano lib. I. de Natura animal. in hunc ſenſum; *Ex omnibus legibus humaniſſimam iudico, qua Lycurgus præcipit natu grandioribus iuniores, cùm vel de ſedibus vel de via decedere debere, tùm verò eoſdem reuerentia aduerſus ætatem, quam vt aſſequantur, omnes expetunt, aſſurgere oportere. Elephantorum genus à principio hoc idem ſolo naturæ ductu ſine Lycurgi, aut Solonis, aut Zaleuci, Charondave præceptione ſanctiſſimè obſeruant.*

3. Atque de præclaro Romanorum more Iuuenalis Satyr. 13.

Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,
Si iuuenis vetulo non aſſurrexerat, & ſi
Barbato cuicunque puer, licet ipſe videret
Plura domi farra & maioreis glandis aceruos.

Exemplum refert Cornel. Tacitus lib. 3. Hiſtor. quod adſcribam. *Domitius*, inquit, *Corbulo prætura functus, de L. Sulla nobili iuuene queſtus eſt apud Senatum, quod ſibi inter ſpectacula gladiatorum loco non deceſſiſſet. Pro Corbulone ætas, patrius mos, ſtudia ſeniorum erant. Contra Mamercus Scaurus, & L. Aruntius aliiq; Sullæ propinqui nitebantur, certabantq; orationibus, & memorabantur exempla maiorum, qui iuuentutis irreuerentiam grauibus decretis notauiſſent: donec Druſus* (Cæſar) *apta temperandis animis diſſeruit, & ſatisfactum Corbuloni per Mamercum, qui patruus ſimul ac vitricus Sullæ, & oratorum ea ætate vberrimus erat.*

4. Huic inſtituto rationẽ reddit Telecrus: qui percontanti cuidam, quare mos eſſet apud Spartanos, vt iuuenes aſſurgant ſenioribus: *Vt*, inquit, *aſſueti honorem habere nulla propinquitate iunctis, magis honorent parentes*, auctore Plutarcho in *Laconic. inſtitut.*

CAPVT XIV.

De deducendis & comitandis ſenioribus.

1. HOc πρεσβεῖον in duobus pręcipuè ritibus conſtitiſſe apud rerum geſtarum Scriptores notauimus; nempè in comitatu ad conui-

uium

uſum, qui fiebat vel ducendo ad locum conuiuij, vel reducendo ad ædes ſenioris: dein in deductione ad Senatum, & reductione.

2. De prior modo, tradit A. Gellius lib. 2. Noct. Attic. cap. 15. *A conuiuio quoque vt ſcriptum eſt in Antiquitatibus, ſeniores à minoribus domum reducebantur, eumq; morē accepiſſe Romanos à Lacedæmoniis traditum eſt*, &c.

3. De poſteriore ritu Val. Maximus lib. 2. de Dict. factiſque memorab. cap. 1. exempl. 9. *Quocirca iuuenes, ſenatus die, vtiq; aliquem ex patrib. conſcriptis, aut propinquum, aut paternum amicum, ad curiam deducebant* (id eſt honorificè comitabantur, vt exponit Aſcenſius) *affixiq; valuis exſpectabant, donec reducendi etiam officio fungerentur.* Eadem refert Iohannes Saleſburienſis Epiſcopus in *Polycratico ſeu de Nugis Curial. lib. 8.* Flau. Bondus *lib. 8. Romæ triumphantis*, Aldus Mannuccius Nepos *Explanat. in Cicer. Catonem Maiorem.*

4. Addit Iodocus Badius in Famil. expoſit. fieri id ſolitum à iunioribus, *ſi non ſemper, ſaltem die, quo ſe congregauerant ſeniores*, hoc eſt, in omni ſolemni actu & conuentu.

5. Hinc Cicero in libro de Orator. ceu inſolitum & inconſuetum exemplum de Galba ponit; *Cumq; maior natu & Conſularis Sergium Galbam affectaretur.*

6. Quo autem ordine comitatus iſte olim procederet, indicat Ouidius lib. 5. Faſtor. hoc diſticho;

Et medius iuuenum non dedignantibus ipſis
Ibat; & exterior, ſi comes vnus erat.

vbi cōſulendi interpretes, & Io. à Wouweren in *Notis ad Sidon. fol. 156.*

Capvt XV.

De proedria ſeniorum in conuiuio.

1. Προεδρίαν iſtud ſuperiori illi conſequens eſt. Etenim ſi honeſtatis ratio exigebat à iunioribus, vt officij ergò ſeniores ad conuiuium deducerent; multò magis eadem poſtulare videbatur, ne locum ſenioribus in aſſiſtendo præriperent, ſed eorum aduentum præſtolarentur. Hoc tradit Valer. Maximus d. lib. 2. cap. 1. exempl. 9. ſcribens; *Inuitati* (iuuenes) *ad cœnam, diligenter quærebant, quinam ei conuiuio eſſent interfuturi, ne Senioris aduentum diſcubitu præcurre-*

 curre-

Digitized by Google

currerent: ſublataque menſa priores conſurgere & abire patiebantur. Quæ verba accommodanter ad noſtros mores explanat Oliuerius Aizignanenſis in Comment. *Si ad cœnam vocati fuiſſent vel à propinquis vel à ſodalibus, priuſquàm diſcumberent, diligenter ſciſcitarentur, quinam eſſent venturi, ne diſcumbendi officio ſenem quempiam præuenirent, id eſt, ne antequam ſeniores veniſſent, eos diſcubitu præuenirent, quod eis non mediocri vitio aſcribi intelligebatur.* Quod vitium redarguit etiam Dominus noſter Ieſus Chriſtus apud Lucam in *Euang. cap.* 14 *v.* 7.

2. Quid ſi verò, aliis iam diſcumbentibus, forte fortuna ſenior quiſpiam ſuperueniſſet? tum iuniores decebat ei aſſurgere & locum cedere ſuperiorem. *Ariſtot. lib. 9. Ethic. cap. 2.* παντὶ τῷ πρεσβυτέρῳ τιμὴν καθ' ἡλικίαν ἀποδοτέον, ὑπαναστάσει καὶ κατακλίσει.

3. Habita ergò ratio in collocandis conuiuiis, excepta regiminis dignitate, ſolius ætatis, vt quo quisque ætate prouectior, ita priori quoque loco iuxta ordinem poneretur. Vnde Moyſes de Conuiuio Ioſephi Patriarchæ fratribus exhibito, Geneſ. cap. 43. v. 33. *Primogenitus iuxta primogenita ſua, & minimus iuxta ætatem ſuam*: quod eſt, vt Sebaſt. Caſtalio interpretatur, *vt quiſque ætate antecellebat, ita primo ante eum loco collocatus eſt.* Et Ioſephus lib. 2. Antiquitat. Iudaic. cap. 5. in fin. *Acceptos conuiuio iuſſit ordine, quo apud patrem ſolebant, diſcumbere; Cumque omnes comiter haberet, duplicibus partibus Beniaminem honorabat.* Videndus Petrus Comeſtor in *Hiſt. ſcholaſt. c.* 43. & Nicol. de Lyra in *Gloſſ. ad d. cap.* 43. & ante eum Walafridus Strabus in *Gloſſ. ordinar.* Non poſſum quin appingam, Lectoris delectandi gratia, lepidam fabulam, quam narrat B. Ephræm an Ephraim Syrus, grauis cæteroquin & ſanctiſſimus auctor, ſerm. 19. de laudib. S. Ioſephi Patriarchæ, in hunc modum; *Iubet* (Ioſephus) *illos* (fratres ſuos) *accumbere, ſingulos nominatim vocans, & per ordinem ſicut fuerant geniti, ſtatuens. Vtebaturq; per vnumquemque quodam quaſi diuinationis modo. Propoſitus erat illi ſcyphus argenteus, quem tenens ille manu, atq; in læuam transferens, pulſabat eum dextra digito manus. Cumq; pulſaretur ſcyphus, magnum ſonitum edebat in aures omnium aſſiſtentium. Semel igitur pulſans ait: Horum omnium primus Ruben eſt; primus ipſe in honore diſcumbat. Pulſauit ſecundò, & ſecundi nomen edixit: Simeon, inquiens, ſecundus natu eſt, ipſe quoq; ſecundo diſcumbat loco. Tertiò dehinc tinnitum digito exprimens, Leui, ait, diſcumbat, & tertio honoretur loco. Atq;*

ita

ita ſingulos accumbere fecit, nomine illos per ordinem vocans. Ex quibus duo eſt vt diſcamus. Principiò, quantum impoſtura quorundam nebulonum & falſariorum hæreticorumvè ſemper potuerit, vt ſuis ſuperſtitioſis, prophanis & impijs figmentis etiam ſanctiſſimum quemque iam inde ab initio Chriſtianæ profeſſionis tàm callidè ſupplantarint & circumſcripſerint, quemadmodum de Iuſtino Martyre, Tatiano, Clemente Alexandrino, & cæteris Eccleſiæ primitiuæ Doctoribus eruditè oſtendit ὁ ἐν τοῖς μακαρίοις Caſaubonus in ſuis diuinis *Exercitationibus ad Cardinalis Baronij Annales.*

4. Deinde tantam perpetuò fuiſſe ordinis in natiuitate poſitam conditionem, vt in ætate ambigua duxerint ad ſortes potiùs confugere, quàm permittere, vt cuiuſquam ætati iniuria inferretur. Quod animaduertit diligentiſſimus morum Chriſtianorum interpres Petrus Bercharius, Theologus Scholaſticus Pictauienſis, qui in *Repertorio morali, lit. F. Verb. Etas,* moraliter Ioſephi conuiuium hoc modo explanauit; *Animalia bruta, quando habent plures filios, ſicut ſunt ſues & caniculæ, ſolent primò naſcentem plus diligere, & primam & pinguiorem mamillam eidem porrigere & extendere. Ad quod quidem facit illa figura de Ioſeph, qui vocans fratres ſuos ad conuiuium, vnumquenq; iuxta ætatem ſuam primum vel vltimum fecit ſedere, ſicut dicitur Geneſ.43. Quia quanto plus habuerunt de ætate, tanto plus habuerunt in illa menſa de proprietate. Et pro certo talis Ioſeph debet eſſe quilibet ſuperior Prælatus, qui ad menſam Eccleſiaſticorum beneficiorum habet alios promouere, ſituare, & iuuare, quia ſcilicet ipſe debet eos ſituare vnumquemq; ſecundum ætatem ſuam, id eſt, ſecundum ſuam prouectionem & virtutem. Quantò enim eſt antiquior in tali ætate, tantò pro certo debet eſſe prior in dignitate, & potior in beneficij quantitate. Prioribus enim & antiquioribus & melioribus & perfectioribus ſunt potiores mamillæ & vberiores porrigendæ, id eſt, præbendæ vberiores, & ſedes & prælationes priores diſtribuendæ & concedendæ.*

5. Talis autem ordo in accumbendo fuit ſeruatus, vt primogenitus in dextro cornu collocaretur, in ſiniſtro ſecundogenitus; qui duo primi & eximij accubitus: deinde tertius, quartus, ac reliqui deinceps illum ordine ſubſequerentur, qui primus eſt in cornu ſiniſtro. Itaque vltimus (cõtrà atque hodie noſtris moribus fieri conſueuit) primo proximus erat, à primo eodem remotiſſimus ex aduerſo ſecundus. Vnde

Digitized by Google

haud difficile fuerit intelligere, cur aut S. Iohannes Euangeliſta, qui per ætatem vltimus erat, Chriſto proximus in eius ſinu accubuerit, aut B. Petrus Apoſtolus, qui natu maximus è regione Iohannis in ſiniſtro cornu accubabat, innuiſſe Iohanni dicatur, vt Chriſtum de proditore interrogaret, quemadmodum ingenioſè obſeruauit Iacob. Sirmondus in *Notis ad Sidonium fol.* 40. Hinc Paulinus Petracordias *lib.* 3. *de vita S. Martini*, vbi deſcribit conuiuium Maximi Imperatoris in vrbe Treueri;

Ad dextram Regis ſancto venerabilis ore
Conſedit ſenior ——————

Quod & ipſum ſuper eodem conuiuio in hiſtorias ſuas retulerunt Sulpitius Seuerus in *Vita S. Martini*, Idacius in *Chronic.* Gregorius Turonenſis, & alij.

6. Diximus, excepta regiminis dignitate. Extra quam nec Regum quidem aliorumque Principum filij cæteris agnatis ætate maioribus anteponi in menſa ſolebant. Diſcimus hoc ex Priſco Rhetore in *Eclogis Legation.* Vbi deſcribit conuiuium Attilæ Germanorum Imperatoris, & Regis Hunnorum, quo Legatos Romanos & Conſtantinopolitanos excepit. Ibi enim legitur; *In medio ſedebat Attila in lecto, &c. Et primum ordinem conuiuarum exiſtimabant eum, qui eſſet ad dextram Attilæ, ſecundum ad læuam, in quo nos eramus, cum ante nos ſederet Berychus Schyta nobilis. Onegeſius enim in ſella ſedebat ad dexteram Regij lecti & è regione Onegeſij in ſella ſedebant duo ex filiis Attilæ. Maior* (πρεσβύτερος, id eſt, maximus natu) *in eius lecto ſedebat, non propè, ſed in extremo; præ reuerentia, quam patri deferebat, terram ſpectans.* Ecce, Onegeſius ante filios Attilæ, ad dexteram eius collocatur ætatis reſpectu. Nam in primogenito exceptio illa regiminis præualuit, cui iam, adepto cingulo militari, proprior, ipſum patrem quodammodò repræſentare videbatur, & eius vicem abſentis in Republ. adminiſtranda atque Ducatu præſtando gerere, tanquàm Cæſar quidam & deſtinatus Princeps.

7. Qui tamen & ipſe, nondum adepto cingulo militari & baltheo equeſtri, hoc eſt, nondum deſtinatus ſolenniter Princeps, cum fratribus ſuis coniunctus extra Regis lectum infra agnatos natu maiores

res ponebatur. Fidem facit Paulus Warnefridus lib.1. de Geſtis Longobard. cap.23.ſcribens; *Cum peracta Longobardi Victoria, ad ſedes proprias remeaſſent, Regi ſuo Audoin ſuggerunt, vt eius Alboin conuiua fieret* (in eodem ſcilicet lecto eademque menſa) *cuius virtute in prœlio victoriam cepiſſent, vtq; patri in periculo, ita & in conuiuio comes eſſet. Quibus Audoin reſpondit, ſe hoc facere minimè poſſe, ne ritum gentis infringeret. Scitis enim*, inquit, *non eſſe apud nos conſuetudinem, vt Regis cum patre filius prandeat, niſi prius à Rege gentis extera arma ſuſcipiat.* Et poſtea de Gothis, cap.24. *Quem* (Alboinum Regis Longobardorum primogenitum) *benignè ſuſcipiens, ad ſuum conuiuium inuitauit, atque ad ſuam dextram, vbi Turiſmodus eius quondam filius ſedere conſueuerat, collocauit. Inter hæc dum apparatus varij epulas caperent, Turiſendus iamdudum ſeſſionem filij mente reuoluens, præſentemque peremtorem eius loco reſidere conſpiciens*, &c. *Tunc Regis alter, qui aderat, filius, patris ſermone ſtimulatus*, &c. Quo loco notandum eſt, Turiſmodum primogenitum Regis Gothorum ſiue Gepidarum, iam ante arma ſuſcepiſſe, quam ad menſam patris adhiberetur, & Alboinum cingendum habitum fuiſſe pro iam cincto. Sequitur namque: *ſumenſque Turiſendus arma Turiſmodi filij ſui, ea Alboin tradidit*, &c. Quæ quia ſecundogenitus eius filius necdum ſuſceperat, ideò non fuit ad menſam patris cum fratre aſſumptus. Rationem reddit Petr. Bercharius in *Reportorio moral. lit. E. verbo Etas*, vbi tractat de ætate Regis: *Primò requiritur perfecta ætas ad promotionis celſitudinem, quia ſcilicet homo quamdiu eſt puerilis & ætatis imperfectæ, non admittitur ad honorem, nec etiam ad menſam patris recipitur: quia ſecundum Philoſophum; Iuuenes nemo eligit duces.* Et Anonymus Auctor in Chronico Francorum anno Domini M. CCCLXXX. Vbi deſcribit conuiuium à Carolo V. Rege Francorum exhibitum Pariſiis Carolo IV. Imperatori & Wenceslao Regi Romanorum: *Et fut l'aſſiette telle qu'il enſuyt. L'Eueſque de Paris premier, le Roy, & puis le Roy des Romains, le Duc de Berry, le Duc de Brabant, le Duc de Bourgongne, le Duc de Bourbon, & le Duc de Bar. Et pource que des autres Ducs n'eſtoint pas cheualiers, ils mangerent en vne autre table: & leur tient compaignée Meſſire fils du Roy de Nauarre, le Comte d'Eu, & pluſieurs autres ſeigneurs.* Vbi per *des autres Ducs* intelligit Henricum Ducem Brunſuicenſem, Bugeslaum

Ducem

Ducem Pomeraniæ, & Wenceslaum Ducem Troppauiæ, qui quod arma militaria necdum accepiſſent, eaque re legitimi principes non viderentur, more Francorum Regiæ menſæ accumbere non permittebantur.

8. Dixi, legitimi Principes. Vnde nec Wilhelmus Holandiæ Comes, in Regem Romanorum electus, adminiſtrare Imperium legitimè poterat, priuſquàm armis militaribus ab Legato Romani Pontificis & Rege Bohemiæ eſſet inauguratus, vt in hiſtorias ſuas retulerunt Iohannes Beka Canonicus Vltraiectinus in *Chron. Epiſcopor. Vltraiectin. & Comit. Holand.* & Auctor *Magni Chronici Belgici, Anno* 1247. & Goldaſtus in *Collect. conſtitut. Imperial. tom.* 3. *fol.* 400.

9. Qua ratione etiam Delphinus quoque Franciæ in ſupra memorato conuiuio, cum Imperatore, Rege Romanorum, & Rege patre in eadem menſa non fuit collocatus, quod arma necdū ſuſcepiſſet. Sequitur namque apud eundem Auctorem, in prima tabula accubuiſſe Imperatorem, Regem Francorum, & Regem Romanorum, &c. in altera autem Electorem Saxoniæ, Delphinum Viennenſem, &c. Verba eius ſunt: *A' l'autre dois ſeoint premierement le Duc de Saxen, le Daulphin de Vienne aiſné fils du Roy, & apres ſeoint les Ducs de Berry, de Brabant, & de Bourgongne, le fils du Roy de Nauarre, le Duc de Bar, le Duc Henry, &c.*

10. Hodiè, abolitâ illa arma ſuſcipiendi conſuetudine, quam nos appellamus zum Ritter ſchlagen / Electoris aut Principis alicuius filius tamdiu agnatis natu maioribus locum cedere cenſetur; quamdiu manet in domo & familia patris. Vnde legimus Albertum Ducem Saxoniæ in conuiuio, quod Maximilianus primus Imperator Ordinibus Imperij Wormatiæ apparauit Anno MCCCCXCV. Præpoſitum fuiſſe Iohanni Duci Saxoniæ, nepoti ſuo ex fratre Erneſto Electore; Anton. Colerus in *Diſputat. de iure Imperij German. ſect.* 69.

11. Inter cæteros verò agnatos prout quiſque maior natu, ita priorem locum occupabat, nulla primogenituræ habita conſideratione. Exemplo ſint Duces Megalopolenſes, quorum Vdalricus patruus ætatis ratione præpoſitus fuiſſe legitur ſuis ex fratre primogenito nepotibus, Iohanni & Sigiſmundo Auguſto, Auguſtæ Vindelicorū in Conuiuio Caroli Archiducis Auſtriæ, XI. Iulij, & Philippi Ludouici Comitis Palatini Rheni, XII. Iulij; & Ludouici Ducis Wirtembergiæ,

XIV.

Digitized by Google

XIV. Iulij, anno MDLXXXII. apud Petr. Fleiſchman in *Deſcriptione* **deß Reichstags zu Augſpurg/ꝛc.**

12. Nec in ordine tantum ſedendi, ſed in ordine bibendi, ætatis ratio habita fuit. Id apparet ex Daniel. *cap.* 5. Vbi in conuiuio Balthaſaris Babyloniæ Imperatoris *vnuſquiſq; ſecundum ſuam bibebat ætatem*, vt habet vetus Bibliorum Translatio. Et ſenioribus priùs propinari ſolitum, colligitur ex Homeri *Odyſſ.* 3. vbi Piſiſtratus Regius filius vinum circumferens ait ad Mentorem ſeniorem conuiuam;

Da & huic deinde poculum dulcis vini
Libare: ——————
Sed iunior eſt, ætate ſimilis mihi ipſi.
Propterea tibi priori dabo aureum poculum.

vbi hunc morem notauit Euſtathius in *Eclog.* Giphanius in *Obſeruat. ad Homerum*, Mich. Neander in *Annotation.* Simon Schaidenreiſer Mineruius Archigrammateus Monachienſis in *Interpretat. Germanica Odyſſeæ lib.* 3. *cap.* 1. Gramaye in *Hiſt. Aſiatic. in analect. antiquit. Troian. ſect.* 4. *fol.* 716. Quod etiam de conuiuio Attilæ Germanorum Imperatoris idem affirmat Priſcus Rhetor in dictis *Eclogis legationum*, quas ipſemet obiuit. *Requiritur ergò talis ætas prouectior ad obtinendam celſitudinem promotionis*, vt notat ad allegatum Danielis locum Petr. Berchorius in *Report. morali Verb. Ætas.*

13. Quod autem ait Valerius, ſeniores ſublatâ menſâ priores conſurrexiſſe, interpretaturus Aſcenſius in Famil. expoſit. ait; *Iuuenes menſa ſecunda id eſt appoſitione ſecundorum ferculorum depoſitâ, patiebantur ſeniores conſurgere, & abire priores: quia honeſtatis gratia tenebant illis ſocietatem, donec illis placebat. Nunc autem peracto conuiuio honeſtatis eſt ante ſeniores ſurgere.* Cui conſentit Oliuerius in dicto Comment. ſubiungens; *Noſtris temporibus contrarium eſt: nam iuniores priores ſurgunt.*

Capvt XVI.

De prærogatiua ſeniorum in præcedendo, ſeu procedendo ante alios.

1. Præcedentiæ iſthoc πρεσβεῖον non eſt humani generis proprium, ſed quibuſdam etiam animalibus commune. Quod enim homi-

 nes

Digitized by Google

nes naturali ratione inter ſeſe conſtituerunt, id ipſa natura docente ſecutæ ſunt formicæ, apes, grues, elephantes, & cætera quædam animalia; Aelianus *lib. 1. de Natur. animal.* Et de Elephantis quidem tradit Plinius Maior lib. 8. Nat. hiſtor. cap. 7. *Elephanti gregatim ſemper ingrediuntur, ducit agmen natu maximus: cogit agmen ætate proximus.* Quem ſequitur verbatim Solinus in *Polyhiſt. cap.* 38. & Petr. Berchorius in *Repertorio moral. verb. Etas:* & notarunt Petr. Iohan. Oliuarius in *ſcholiis ad Solin. lit. e.* & Dalechampius in *Annotat. ad Plin.* Curautem iidem elephanti in tranſeundis fluminibus & paludibus contrarium ordinem ſeruent, *ita vt præcedat omnium minimus, ipſum verò ſequatur paulò maior, & poſt ipſum alius, ita vt eorum maximi poſtremi ſint*, rationem eleganter & ingenioſe reddit Apollonius Traneus apud Philoſtratum *lib. 2. cap.* 8. De formicis idem Aelianus lib. 8. de natura animal. ſcribit, *cum ad pabulandum proficiſcuntur, natu grandiores ſimiliter eas, ac exercitus duces, ducere.* Vt hinc poſſis liquidò cognoſcere, ab ipſa natura impreſſam hanc eſſe prærogatiuam mentibus hominum Germanorum, adeò vt in publicum etiam abierit prouerbium, quo dici ſolet; Das Alter gehet vor. Et inde forſitan petitum eſt dicterium illud vulgare in ruſtica Gallorum & Italorum lingua; *Barbati præcedant.*

2. Generalis autem conſuetudo in vniuerſo fuit Imperio Germanico, vt inter pares nobilitate atque dignitate Principes, eiuſdem præſertim familiæ, natu maximus cæteros omnes antecedat; Decianus *Reſponſ. 21. num. 60 cum ſeqq.* Qui eo nomine etiam vocatur primus Princeps à Prudentio Clemente *lib. 1. aduerſus Symmach.* vt obſeruauit Iſaacius Grangæus in *Comment. num.* 529. Nec iſthæc ætatis præcedentia non apparet ex Ordinum ſiue Statuum ſubſcriptionibus in Receſſibus & Ordinationibus Imperij, Bullis Cæſareis, Diplomatibus, & Inſtrumentis variis, vnde præcedentiam eorum deſumi tradunt Fichardus *conſil. 77. nu. 12. Vol. 1.* & idem Decianus *Reſponſ. 19. num. 123. & reſponſ. 7 num. 8. Vol. 3* Et eleganter Auguſtinus Cranatus ſcribit Aux raiſons & cauſes de preſeance entre la France & l'Eſpagne, num. 1. *Selon l'ordre de nature communement celuy-la precede, qui eſt le premier né ou venu au monde.* Vt ipſa veritate verius ſit, quod ponit Illuſtris Wackerus ſacri Palatij Conſilia-

ſiliarius, *ſtandum eſſe regulæ generali & communiſſimæ, quod in paritate nobilitatis ſiue Dignitatis Ducalis in eadem familia præferri debeat ſenior Dux, ſecundum omnia iura totius mundi.* Cui adductis allegationibus concinit Tiraquellus *de Iure primigen. in præfat. num.* 118. Vbi tradit, vt primo loco debent ſeniores ſedere, ita quoque in eundo debere cęteros præcedere.

3. Et eorum communem opinionem ſtabilire etiam videtur Procerum Romanorum inſtitutum in ſolemni nuptiarum pompa: in qua patruo ob ætatem hic honos habitus fuit, vt nepotum ſponſorum manus iūgeret, & teneret iuxtim incedens, velut de Galieno Cæſare ſcribit Trebelli. Pollio *in eius vita*, & declarat Iacob. Durantius Caſellius *Variar. lect. lib.* 2. *cap.* 20.

4. Nec diſſentit obſeruantia Regni Gallicani, qua de inferius latius exſequemur. Nunc ſufficiat appoſuiſſe, quæ ſcribit Anonymus Auctor in Hiſtoria Françor. de proceſſu Regis Francorum Caroli V. quum Anno MCCCLXXX. Carolo IV. Imperatori obuiam procederet, inquiens; *En ſa Compaigné* (ſcilicet Regis) *eſtoient quatre Ducs, c'eſt à ſçauoir, de Berry, de Bourgongne, de Bourbon, & de Bar, & les Comtes d'Eu, de Boulongne, de Couzy, &c.*

5. Eadem conditio præcedentiæ etiam in ſequiori ſexu fæminarum obſeruata notatur. Nam in eadem hiſtoria legitur de proceſſu Reginæ in viſitatione Imperatoris; *Et eſtoit noblement accompaignée de grandes Dames, telles, qu'il s'enſuit: de Margueritte Comteſſe d'Artois & de Bourgongne, veufue de Louys Comte de Flandres, & fille du Roy Philippes le Long: de Blanche Duchesſe d'Orleans, veufue de Philippes de Valois, & fille du Roy Charles le Bel: d'Iſabeau Duchesſe de Bourbon, veufue de Pierre premier du nom Duc de Bourbon, mere de la Royne, ſœur du Roy Philippes de Valois, & fille de Charles Comté de Valois: de Bonne, niepce du Roy, fille de ſon frere le Duc de Berry, & femme d'Amé de Sauoye, fils du Comte de Sauoye: de la Dame de Preaux fille du Seigneur de Coucy, &c.*

6. Ex quo dicit Ioan. Sanſoinus, quod ſecundogenitus in oblationibus & proceſſionibus eccleſiaſticis cedere debet primogenito: & ita dicit ſe ſemel reſpondiſſe cuidam Nobili Pictauenſi, in *Comment. ad Conſuetud. Turonenſ. tit. de ſucceſſ. feud. art. 3.* Et facit, quod ſcribit Chaſſanęus de cõſuetudine Burgundiæ inter filios & agnatos æquales, nempe vt, ſi fiat diuiſio alicuius dominij, in quo quilibet habeat ſuam partem hereditariam in tanta iuriſdictione, quantam alter habet, ſi ſint ambo aut omnes eiuſdem parochiæ, ſit tamen deferendum per alios iuniores & minores annis primogenito & maiori natu in oblationibus, & proceſſionibus, & aliis actibus, in quibus poteſt adhiberi honor, ita quòd etiam vxor primogeniti & maioris natu præcedere debeat aliam in oblationibus, & proceſſionibus, in danda & oſculanda pace, in deambulationibus, in conuiuiis, & pluribus aliis actibus, de quibus dictus Chaſſanæus in *Catalog. glor. mundi, part. 1. conſid.* 18. & Ioan. Faber in *§. aliam, Inſtitut. de bonor. poſſeſſ.*

7. Sed hoc loco inſignis ſuboritur quæſtio, An filius Electoris præcedere debeat agnatum eiuſdem proſapiæ natu maiorem & caput ſuæ familiæ, hoc eſt, in regimine principatus conſtitutum? Videtur nonnullis, non debere, motis hac ratione, quod par ſit vtriuſque conditio ac dignitas, nec Electoris filius magis Dux cenſeatur, quàm alius quiuis agnatorum, vt nec olim filius Regis apud Germanos; Lehmannus *lib. 2. Chronic. Spirenſ. cap.* 4. In pari autem dignitate ſolius ætatis ratio habetur, vt ſupra dictum eſt. Vnde nec Delphinus Franciæ, quippe Princeps tantum Viennenſis, præcedere perhibetur cæteros Principes ſanguinis natu maiores, & capita ſuarum familiarum; Tilletus in *tract. Du rang des Grands de France, &c.*

8. Et inde quoq; reperti ſunt, qui argumentum ſumerent demonſtrandi, quod nec Rex Romanorum præcedere debeat Regem Franciæ, propterea quod hic ſit in actuali imperio Regni occidentalis, ille verò tantùm in ſpe & exſpectantia Regni & Imperij Orientalis Franciæ; Theod. Gothofredus in *tract. De la preſeance des Roys de France ſur les Roys d'Eſpaigne*, & in *Annotationibus ſur l'Hiſtoire du Roy Charles VI.* & in *tract. Entreueue de Charles IV. Empereur & ſon fils Wenceslaus Roy de Romains, & de Charles V. Roy de France, à Paris l'an.* 1378. Vbi ex MSSo Chronico Bibliothecæ Regiæ docetur Rex Galliæ præceſſiſſe Regem Roma-

Romanorum. Cui aſſentiri etiam videtur Thomas Campegius Epiſcopus Feltrenſis in *tract. de auctorit. ſacror. Concil. cap.* 16. Surita *lib.* 20. *de los Anales de Aragon. cap.* 78. Mariana Ieſuita *lib.* 25. *de Reb. Hiſpan. c.* 12. quos allegat idem Gothofredus in *tract. de la Preſeance des Roys de France ſur les Roys d'Eſpaigne, cap.* 2. *in Annotat. lit. d.* Qui tamen error iampridem olim exploſus atque diſpulſus eſt ab iis, qui in Goldaſti *Politic. Imperial. lib.* reponuntur *part.* 10. *part.* 11. *& part.* 20. videlicet Henric. Bebelio in *Apolog. pro ſuperioritate & praecellentia Imperij*, & in *orat. ad Maximil. Primum Imp.* & in *Demonſtrat. quod Germani ſunt indigenæ*: Conrad. Peutingero in *ſermon. conuiuial* Hieronym. Gebuilero in *Libertat. Germaniæ*, Ant. Quetta *Conſil.* 1. Franciſc. Irenico in *Exegeſ. Germ. lib.* 1. Beato Rhenano *de reb. Germ.* Hermanno Comite à Nuenar in *lib. de orig. & ſedib. priſc. Francor.* Iacob. Wympfelingio in *Epitom. rer. Germanic. cap.* 9. & nuper ab Illuſtriſſimo Principe Friderico Achille Duce Wirtembergiæ, &c. in *conſultat. de principatu inter prouincias Europæ*, quam ductore præſtantiſſimo viro Thoma Lauſio Tubingæ non minus eleganter quàm eruditè inſtituit. Et profectò ſi inter pares Reges (ponamus ſic eſſe, licet non concedamus) ratio præualet antiquitatis, vtique Rex Franciæ Orientalis, quæ eſt Germania, præponendus erit Regi Franciæ Occidentalis, quæ eſt Gallia, vt poſterioris Regni domino, & quod ab Orientalibus noſtris Francis eſt conditum atque inſtitutum, quemadmodum in ſequenti capite dicetur.

9. Cõcluditur ergò quod inter Principes, Comites & Barones dignitate æquales, nullo habito iuris primigenij reſpectu, is debeat præcedere, qui exſiſtit maior vel ætate vel regimine. Quæ poſterior ratio nititur merâ reuerentia erga imperium, & poteſtatem publicam; Ludouicus II. Imp. in reſcripto ad Baſilium Imp. Conſtantinopolitan. dato Anno Chriſti DCCCLXXI. §. 5. illis verbis; *ipſi patrui noſtri glorioſi Reges abſq; inuidia &c non profectò ad ætatem, qua nobis maiores ſunt, attendentes, ſed ad Romani principatus Imperium, quo ſupremo nutu potimur, aſpicientes*: apud Cardinal. Baronium *tom.* 10. *Annal. Eccleſiaſt. Anno* 871. *nu.* 50. Gretſerum Ieſuitam in *tract de Munificent. Imperatorum, Regum, &c. in ſedem Roman.* Goldaſtum in *Collect. conſtitut. Imperial. tom.* 1. Cuius etiã poteſtatis intu tu pater ſolet cedere filio; A. Gellius *lib.* 2. *Noct. Attic. c.* 2. Val. Maximus *lib.* 2. *de Dict. factisq; memorab. c.* 2. *exempl.* 4. Nicol.

Digitized by Google

Boërius in *tract.de autorit.magni Conſil.in addit.num*.100.Ioan.de Platea *in l.* 2. *C.vt dignit.ordo ſeru.* Antonius de Alexandria *in addit.ad Bartol. in l.*1.*D.de obſeq.à lib. præſt.* Aretinus *in l.cum quid*, *D.ſi cert.pet.* Bartholom. Socinus *ibid.col.* 2. Chaſſanæus *in Catalog. glor. mundi*, *part.*7. *conſid* 24. *& part.*11. *conſid.* 16. Fernand. Vaſquius in *præfat. Illuſtr. controuerſ. num.* 128. Iohan. Brentius in *Poſtilla eccleſiaſtic. Dominic.* 18. *poſt Trinitat. ſerm.* 2 Iulius Pacius *orat.*1. *de Honore fol.*25. & iubenti obtemperare; *l* 13. § *vltim. & l.*14. *D.ad S C.Trebell.* Duarenus *Diſputat. anniuerſ. lib.*1.*c.*5. Corraſius *Miſcellan.lib.*4.*c.*9. Anton. Guibertus *Quæſtion.iuris lib.*1.*cap.*9. Petr Perrenonius *Animaduerſ.iur.lib.*1.*cap.*12. Coſtalius *ad l.*10. *D.de iuriſdict.* Pacius *Enantioph.cent.*1.*cap.*57. Marc. Lyclama à Nyholt *Membranar lib* 5.*Eclog.*5. Et ratio eſt, quia hoc intuitu filius eſt maior patre, & in maiori dignitate poſitus; Lucas de Penna ad *tit. Cod.de priuileg.ſchol.lib.*12.*circa fin.* Chaſſanæus *d.part.*11. *conſid.* 16. *verſ. idem de filio Epiſcopo.*

10. Aliud eſt dicendum, ſi Regis, Electoris, aut alterius Principis filius ſolemni aliquo titulo ad maiorem & cæteris excellentiorem dignitatis gradum collocetur, vt quacumque ætate præditus primas à Rege partes in Regno, & inter cæteros agnatos primatum, ex lege videlicet Regni & decreto Ordinum publico, obtineat. Tunc enim nulla dubitatio eſt, quin eiuſmodi Regius, &c. filius reliquis agnatis omnibus, vtcumque ætate præpollentibus, ſit anteferendus. Cuiuſmodi olim in Imperio Romano fuit *Princeps iuuentutis*, poſteà *Cæſar*, denique *Nobiliſſimus*; in Imperio Germano *Rex Romanorum*; in Conſtantinopolitano Κύριος ſeu Δεσπότης; in Gallia hodiernis moribus *Delphinus*, in Hiſpania *Infans*, in Anglia *Dux Walliæ* ſiue *Gualliæ*, in Dania Heres *Norwegiæ*, quanquam hodiè omnes Duces Holſatiæ eo titulo vtantur; in Suedia *Princeps Finniæ*, in Scotia *Dux Rothſaiæ*, in Aragonia *Dux Gerundiæ*, in Cypro *Princeps Galileæ*, in Africa Tunetana *Regulus Conſtantinæ*, in Burgundia *Comes Flandriæ*. Hi namque tales iam non ſunt amplius pares ſuis fratribus & agnatis, ſed digniores ſublimioreſque non ex lege modò Regni, verùm etiam poteſtate publica. Namque Cæſar & Nobiliſſimus in Romano Imperio non tantùm erant veri & deſtinati Auguſtæ Maieſtatis heredes, vt verbis vtar Ael. Spar-

tiani

tiani in *vita Aelij Veri*; ſed & poteſtatem habebant ab Imperatore ſecundam, & tantùm non æqualem, vt ex *inſcriptionibus Legum Codicis* apparet. Rex Romanorum habet plenitudinem poteſtatis Imperialis in Germania. Delphinus naſcitur ſupremus Princeps Prouinciæ, cuius nomine nihil Regi, ſed Imperio debet, licet nouiſſimis moribus cœperit Delphinus Franciæ dici, &, ſimulatque in dias has luminis oras prolatus eſt, à Rege ſecundus eſſe, caputque omnium Principum ſanguinis conſtitui. Princeps Hiſpaniæ fit Princeps Iuratus: Princeps Caſtiliæ eſt Regulus Aſturiarum: Princeps Angliæ eſt Regulus Walliæ ſiue Galliæ Britanniæ & Par Franciæ, ceu Dux Normandiæ: Princeps Scotiæ eſt præfectus Cumbriæ: Princeps Daniæ eſt Heres Norwegiæ: Princeps Arragoniæ eſt Gubernator Arragoniæ: Princeps Cypri eſt Regulus Galileæ: Princeps in Tuneto eſt Regulus Conſtantinæ: in Burgundia naſcitur Princeps Comes Flandriæ: in Brabantia fit Dux Limburgi: vti hæc exempla ſparſim referunt Henric. Bebelius *de abuſu ling. Lat. cap.* 22. Chaſſanæus in *Catalog. glor. mundi, part.* 5. *conſid.* 41. & 44. Buchananus *lib.* 6. *Rer. Scoticar.* Franc. Hotomanus in *controuerſ. patrui & nepotis, cap.* 13. Hugo Donellus in *comment. iuris ciuil. lib.* 17. *cap.* 24. *fol.* 201. Cabotius *lib.* 1. *Var. iuris diſputat. cap.* 11. Petrus Canaius Fraxineus in *Reſponſ. ad Zampini tractat. de ſucceſſ. prærogatiua primi Princip. ſanguinis num.* 12. Iohan. Roſinus. *lib.* 7. *Antiquit Roman. cap.* 13. Ludouic. Molina ICtus. *lib.* 3 *de primigen. Hiſpan. cap.* 6. *num.* 20. & *ſeqq.* Lodouic. Molina Ieſuita *de Iuſtit. & Iure. tom.* 3. *part.* 1. *tract.* 2. *diſputat.* 626. *num.* 10. Guil. Camdenus in *Britannia fol.* 118. Richardus Dieterus in *Diſputat. de ſumma ſummi Imperij poteſt. Concluſ.* 193. Iohan. Iſacius in *Itinerar. Gallia Narbonenſ. in append. fol.* 132. & *ſeq.* Henning. Arniſæus *de Republ. lib.* 2. *cap.* 2. *ſect.* 3. *num.* 128. Lælius Biſciola *Horar. ſubſec. lib.* 13. *cap.* 3. Beſoldus *lib.* 3. *Diſputat. nomicopolit. de ſucceſſ. Regni diſſert.* 3. *num.* 3. Iulius Cæſar Bulengerus *lib.* 2 *de Imperatore Roman. cap.* 8. Sunt ergò hi & dicuntur κατ' ἐξοχὴν Principes, vt in Italia quoque Principem appellant ſolum primogenitum Ducis, patre viuente: Calcfatus *de Equeſtri dignit. num.* 106. *in fin.* ſunt, inquam, iſti primogeniti quidam quaſi Archiduces ſeu Protoduces, veluti primi Ducum in Regnis; Mozzius *de Feud. tit. de his, qui Feud.*

dare

dare poſſ.num.16. *verſ.reperitur*, Matth. Stephanus *lib.* 2. *de Iuriſdict.part.* 1. *cap.6.nu.* 77. quanquam in Germanorum Principum primogenitis eos falli rectè notarit Ioach. Cluten in *Sylloge rer. quotidian. concluſ.* 25. & habere cenſentur Regiam dignitatem etiam ſine adminiſtratione; Philip. Decius *Conſil.* 260. *num.* 6. Nicol. Abbas Panormitanus *conſil.* 86. Carol. de Graſſalio *lib.* 1. *Regalium Franciæ cap.* 1. *num.* 17. Emanuel à Coſta in *tract. de patruo & nepote part.* 3. *num. penult.* Franciſc. Hotomannus in *Controverſ. patrui & nepotis, cap.* 16. Ludou. Molina I. C. *lib.* 1. *de primigen. Hiſpan. cap.* 6. *num.* 16. *& lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 18. Lodouic. Molina Ieſuita *d. diſputat.* 626. *num.* 10. quin patre viuente, Principes, Comites, & Domini dicuntur: Anton. Theſaurus in *Quæſtionib. pract. q.* 35. *num.* 43. quamuis impropriè Iacobinus de S. Georgio in *tract. de feud.* §. *dubitatur etiam, num.* 1. reſpectu videlicet ſpei iure approbatæ; Peregrinus *Reſponſor. conſ.* 1. *num.* 17. *lib.* 2. quum cæteri fratres aliis titulis minoribus cenſeri & compellari ſoleant; Tiraquellus *de iur. primigen. q.* 33. Beſoldus *Diſputat. nomicopolit. de ſucceſſ. Reg. differt.* 5. *num.* 9. Meritò igitur ex hoc amplioris honoris & poteſtatis titulo cæteris agnatis inferioribus præferuntur, *arg. lib. vlt. D. de fide inſtrum. & l.* 1. *D. de alb. ſcrib.*

11. Et quanquam in Franciæ primogenito hoc ita hodie obtineat, ſecus tamen eſt de fratre Regis primogenito quoad alios, ſecundo autem genitus quoad Regem, vt dicit Chaſſanæus in *Catalog. glor. mundi, part.* 5. *conſid.* 41. *verſ. & iſtud etiam, in fin.* Multò magis ergò de vlterioribus agnatis, vt infrà dicemus.

12. De Conſtantinopolitano Imperio ſcribit Codinus Curopalates in *lib. de offic. Palatij Conſtantinopolit. fol.* 12. οἱ τοῦ Βασιλέως υἱοὶ Δεσπόται, προΐσανται τῶν ἀδελφῶν, καὶ τῶν γαμβρῶν τοῦ Βασιλέως, Δεσποτῶν καὶ αὐτῶν ὄντων: *Deſpotæ, filij Imperatoris, præeunt fratres & generos Imperatoris, licet & ipſi quoque ſint Deſpotæ*, id eſt, Domini, qui à Græcis etiam κύριοι dicti, vt teſtatur Conſtantinus Porphyrogeneta Imperator in *lib. de Adminiſtrat. Imperij ad Filium.* Quod adeò verum eſt, vt etiam Turcarum Imperator, quò ſibi titulum aliquem ad Imperium præſterneret, ſalutari μέγας Δεσπότης voluerit, vt ſcribit Theophylactus Simocatta *de Legationibus.* Tralato

tandem

Digitized by Google

tandem hoc nomine ad alios etiam principes ab Imperatore, honos maior excogitari cæptus eſt, quo primogenitus Imperatoris inſigniretur; idque primus fecit Michaël Palæologus, qui Coronam in familiam ſuam intulit. Auctor eſt Cantacuzenus Imperator lib. 4. cap. 5. *Matthaum* (inquit) *ſeniorem filium nulla nominatim dignitate cohoneſtat, honore tamen ſupra Deſpotas efferre, nempe vt eſſet Imperatori proximus: quem honorem primus Palaologorum Imperator Michael propter filium Conſtantinū Porphyrogenitum inuenit: videbaturq; ea dignitas Deſpotarum dignitati antecellere.* In vlterioribus vero agnatis & cognatis vnica ætatis qualitas locum aſſignabat honoratiorem, niſi quem aut dignitas aut officium prætuliſſet. Quod in ſolo conſiſtebat Imperatoris arbitrio. Hinc Alexius Comnenus Imperator generum ſuum ἐζήμησε πανυπερσέβαστον: Fratrum vero ſuorum τὸν μὲν πρωτοσέβαστον καὶ Μέγαν Δρουγγάριον, τὸν δὲ Σεβαστὸν καὶ τοῦ στόλου Δρουγγάριον: Sororis virum Σεβαστὸν creauit; Ioan. Zonaras *tom. 3. Annal. pag.* 234. Et Alexius primus Iſaacium ordinauit Sebaſtocratora, alios fratres Protoſebaſton & Sebaſton; Ioan. Cedrenus in *Annal. pag.* 624. Michaëlus Glycas in *Annalibus* & Anna Comnena Imperatoris filia *Alexiad. lib.* 3. Et de Andronico II. Imperatore, Alexij nepote, refert Codinus Curopalates in lib. de offic. Palatij Conſtantinopol. *Deinde idem quoq; Andronicus, poſt obitum afficiens honoribus, ſupremum conſtituit omnium, tum natorum Imperatoris aui ſui, qui patrui ipſius erant, tum aliorum omnium, ſuperiorem Panhyperſe-Imperatoris aui ipſius, Magnum huncce domeſticum, puta Cantacuzenum, baſto ſummo, & Protoueſtiario,* &c. quippe qui cæteris omnibus ætate multum antiſtaret, cuius veneranda canicies eum denique ad ipſum promouit Imperium, & Andronico ſuffecit, vt ipſemet Cantacuzenus teſtatur in *Hiſtoria ſua*, & Nicetas Gregoras *lib. 8. Annal.* Ex quibus liquet, in Imperio Conſtantinopolitano primum locum fuiſſe, filijs Imperatoris veluti Dominis; poſt eos nullam proximitatis generis, ſed ætatis, dignitatis atque officij habitam fuiſſe rationem inter agnatos, cognatos & affines Imperatoris. Ordo autem dignitatum hic fuit: Deſpotes, Panhyperſebaſtocrator, Cæſar, Protoſebaſtus, Sebaſtus, &c. Fr. Iunius in *Notis ad Curopalatem*, Nadob. Agmonius in *Not. ad eundem*, Ioan. Meurſius in *Gloſſar. Graecobarb.* Iul. Cæſar Bulengerus *lib. 2. de Imperatore Roman. cap.* 10.

Digitized by Google

13. Quibus ergo in locis conſtitutum eſt, vt primogenitus, aut qui locum eius repræſentat, hanc habeat prærogatiuam ſingularem in titulo ſimul & dignitate, nemo ambigit, quin parendum ſit publicæ legis ordinationi. Quod cum in Electoratibus cæteriſque Imperij Germani Principatibus non obtineat, ſed omnes agnati pariter Archiduces, Duces, Marchiones, Landgrauij, Principes, Comites & Barones indigitentur, ſtandum eſſe Iuri communi & generali conſuetudini quis dubitabit, cui cognitum eſt reſcriptum Impp. Theodoſij & Valentiniani in *l.32.§.vlt.C.de Appellat.* & aliud Iuſtiniani Imp. in *l.27.C.de teſtamentis*?

CAPVT XVII.

De prærogatiua antiquitatis in præcedentia ac proceſſionibus principum.

1. ÆTati natiuitatis comparari ſolet antiquitas temporis; Petrus Coluius in *Notis ad Sidon. Apollinarem lib.1.epiſt 3.* Vnde in Topicis notamus argumenta duci ab antiquitate ad ætatem; & ab hac rurſus ad illam; Tiraquell. *de iure primigen.in præfat.n.*110. Aymo Crauetta *de Antiquit.temp.* habetq; locum in ſeſſione, ſubſcriptione, proceſſione & reſponſione; Ioan. de Turrecremata in *c. Epiſcoporum, 74. diſt.* Chaſſanæus in *Catalog.glor.mun.par.*12.*conſid.*99. *§.operatur & ſecundo, verſ.octauo habet locum.* Recte ergo atque ordine facimus, ſi de hac quoque præcedentia vetuſtatis, quatenus inſtituti noſtri ratio exigit, ediſſertemus. Non minor enim hac in re controuerſia eſt, quam in ipſa natiuæ ætatis præcedentia. Inde veteres illæ contentiones inter Ægyptios, Phrygas, Scythas, Athenienſes, & alios, qui ſe omnium mortalium antiquiſſimos, & ideo maiore in exiſtimatione atq; auctoritate apud omnes habendos eſſe, aſſerebant, teſtibus Iuſtino *lib.2. Hiſtor.* Herodoto *lib.2.in Euterp.* Tiraquello *de Nobilitate cap.19.nu.*28. Palæoto *de Bon.ſenect.part.3.fol.*269. Sim. Gouiartio in *Comment.ad lib.1. Septiman. Bartaſij.* Hinc etiam magna illa Vrbium encomia exorta fuerunt, quæ antiquitatem præ alijs Vrbibus præferebant; quum ex eo non ſolum ipſis ciuitatibus, ſed etiam Ciuibus ſplendorem, prærogatiuam & decus acquiri, omnes iudicarent; Palæotus *d.part.3.*

2. Prin-

Digitized by Google

2. Principio dum præfari libet cum Ænea Syluio (qui poſtea Pius II. Papa) lib. 2. de Geſtis Concil. Conſtantienſis; *ego nequaquam timebo Nationum ſeruare ordinem, qui Conſtantia fuit ſeruatus, nec mihi inuidiam timeo, quia nec prapoſitis gratiam, nec poſtpoſitis iniuriam faciam. Ordinem namque iſtum neque nobilitas, neque maioritas peperit: quia vt quæq; Natio Verbum Dei prius ſuſcepit, ſic prior habetur.* Priore vero loco ponitur Italia, altero Gallia, tertio Germania, quarto Hiſpania, &c. quanquam Germania ab eo dicatur omnium ampliſſima, quippe quæ in ſeſe complectatur *Bohemiam, Poloniam Hungariam, Daniam, Noruegiam, Sueciam, aliaq; Regna & prouincias*, vt ſuper eum locum notat Theodor. Gothofredus in *Annotat. ſur l'Hiſtoire du Roy Charles VI. fol.* 588.

3. Quæritur itaque, inter eos Principes, qui pari paſſu ambulant, h.e. qui dignitate non ſunt impares, vt ſunt Reges, Duces, Comites, &c. vter alteri ſit præferendus? Et communis eſt Doctorum opinio, quod inter habentes eandem dignitatem ordo temporis primum obtineat locum; *l. 2. C. vt dignit. ord. ſeruetur, lib.* 12. quia dignior is haberi debet, qui in pari dignitatis gradu antiquior eſt tempore; Menoch. *conſ.* 51. *n.* 39. *Calefatus in tr. de Equeſtri dignit. n* 91. *in fin.* Bartolus in *l. 2. §. prius, D. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Drauthius in *continuat. dier. Canicular. tom.* 5. *colloq.* 5. Proinde in paribus dignitatibus præferendum eſſe illum, qui eam primo eſt adeptus; cum æquum ſit, vt qui prior fuit tempore, & diutius ſeruitia ſuperiori domino, à quo Principatum habet, præſtitit, potior etiam ſit in honoribus & priuilegijs eiusdem dignitatis, arg. *l. 7. in pr. C. de Poſtuland. l. 1. & 2. C. de offic. præfect. prætor.* Decianus *Reſponſ.* 19. *nu.* 183. *& ſeq.* Ioh. Fichardus *conſ.* 77. *n.* 14. *vol.* 1. Ianus Langlæus *Semeſtrium li.* 7. *cap.* 7 *fol.* 458.

4. Quem ordinem in Curijs Gallicanis obſeruari, auctor eſt Lucius in *Arreſt. tit. de ordin. ſedendi, art.* 3. & Langlæus *dict. lib.* 7. *cap.* 8. vt nimirum, qui prior in Senatum cooptatus eſt, reliquis præferatur; Bernard. Autumnus in *Obſeruat. ad Langlæum fol.* 461. *in fin.* quemadmodum inter Conſulares Romanos præferebatur is, qui prior geſſerat Conſulatum, etiamſi poſterior bis Conſul fuerat; Cuiacius ad *l. 2. C. de Conſulib. &c. lib* 12. Theodorus Sitzmanus in *Notis ad Boëthium lib. 2. de Conſolat. philoſoph. proſ.* 3. *num.* 55. Adrian. Turnebus *lib.* 29. *Aduerſarior. cap.* 12. Chriſtophorus Colerus *Parerg. cap.* 34.

5. Nec obſtat alterius maior potentia, quippe quæ non reſpicit dignitatem, nec illam auget; ſed quum ſit qualitas à dignitate ſeparata, minime tollere poteſt prærogatiuam temporis; Cæphalus *conſil.* 615. *nu.*136. Boſſius in *tract. de Principe, n.*314. Lanfranchinus in *tract. Vtrum præferendus ſit Doctor an Miles, num.* 54. Bodinus *de Republ. lib.* 1. *cap.* 10. Theod Gothofred. in *Annotat. ſur l'Hiſtoire du Roy Charles VI. fol.* 590. Hæc enim qualitas, vt Dux potentior alteri præferatur eo nomine, quod pluribus præſit, non eſt à legibus animaduerſa, neque valet, vbi ſubeſt imparitas temporis; Scotus *Reſponſor. to.* 1. *lib.* 6. *reſponſ.* 28. *n.* 134. Hinc eſt, quod in Imperij noſtri Comitijs Dux Holſatiæ, Dux Sabaudiæ, Dux Lotharingiæ, licet potentiſſimi ſint, non tamen præferantur Ducibus Imperij antiquioribus, quanquam potentia & regionum amplitudine multum inferioribus. Relinquitur ergo, vt qui prior eſt tempore, potior etiam ſit in honore; *c. qui prior,* 54. *de Regul. Iur. lib. VI.*

6. Verum enimuero hæc prioritas non vno ſpectanda venit modo. Aliter namque in ſpirituali, aliter in ſeculari ſtatu conſideratur. Et pro ſecularibus rurſum diſtinguendum eſt inter conuentum eccleſiaſticum & laicum. Conuentus eccleſiaſticus iterum vel eſt ſacer, & Synodalis appellatur: vel politicus, & contra infideles congregatur, veluti Saracenos, Turcas, Tartaros, &c. Cuiusmodi congregationes olim Principes Chriſtiani frequenter ſolebant in commune celebrare. In vtroque hoc ſolenni conuentu, vt & in Curia Romana, Regum Chriſtianorum hic ordo ſeruatur, vt ei priores partes tribuantur, qui prior ad fidem Chriſtianam acceſſit, quemadmodum ex Ordine Romanæ Eccleſiæ & vetuſto Prouinciali tradunt Martinus Polonus in *Chronic.* Anton. Corſetus in *tract. de poteſt. Reg. tom.* 5. Mart. de Cazarijs Laudenſis in *tract. de princip. quæſt.* 76 Caleſatus in *tract. de Equeſt. dignit. n.* 102 *& ſeqq.* Chaſſanæus in *Catalog. glor. mun. part.* 12. *conſid.* 56. Aubert. Miræus in *Notitia Epiſcopat. orbis Chriſtian.* & alij Doctores, quos allegat Theod. Gothofredus *dicto loco.*

7. Exemplo ſint Imperatores Romanus & Conſtantinopolitanus, quorum illum ratione antiquitatis huic eſſe præferendum, conſtituitur in Imper Ludouici II. Aug. *reſcripto ad Baſilium Imp. Conſtantinopol.* §. 7. quod exſtat apud Baronium Cardinalem *tom.* 10. *Annal. Eccleſiaſt. Anno* 871. *n.* 50. Goldaſtum in *Collect. conſtitut. Imperial. tom.* 1.

& Gret-

& Gretſerum Ieſuitam in *tract. de Munificent. Imperatorum, Regum &c. in ſedem Roman.* Item in Imper. Conradi III. Aug. *reſcripto ad Ioannem Comnenum Imp. Conſtantinopol.* §. 2. quod legitur apud Ottonem Epiſcopum Friſingenſem *lib. 1. de Geſtis Friderici I. Imp. cap. 23.* præterea in Imp. Friderici I. Aug. *reſcripto ad Emanuelem Imp. Conſtantinopol.* cuius Diplomą habes apud Albertum Krantzium Canonicum Hamburgẽſem *lib. 6. Metropol. Saxon. cap. 37.* & Radenicum Canonicum Friſingenſem *lib. 1. de Geſtis Friderici. cap. 6.* necnon in Balduini Imp. Conſtantinopol. *epiſtola ad Imp. Ottonem IV. Aug.* quam relatam leges apud Helmoldum Presbyterum in *Chronic. Slauor.* & in Goldaſti *d. Collect. tom. 3* denique in Eugenij Papæ *ordinatione facta in Synodo Ferrarienſi*, cuius fragmenta Græco-Latina exſtant cum Nili & Barlaami opuſculis de poteſtate Papæ impreſſa.

8. Argumento itidem ſint Reges Germaniæ & Galliæ. Namque Rex Clodouæus Francus, Regnum Germaniæ habuit ex auito patrimonio ceu principale, cuius Gallica Regna ſunt tantum acceſſoria, virtute ac ſanguine Germanorum parta atque adiecta, vt conſtantiſſimo omnium Hiſtoricorum conſenſu in literas eſt relatum. Vnde neceſſario conſequitur, Regem Germaniæ, qui hodie dicitur Rex Romanorum, tanquam verum & legitimum Clodouæi ſucceſſorem, eſſe præferendum Regi Gallorum, ea ratione, qua primogenitus debet præferri poſtgenito vt *lib. 3.* demonſtrabimus.

9. In conuentu mere laico antiquitas conſideranda eſt non perſonarum, at ipſorum Regnorum & Principatuum, vt nimirum is pręponatur, cuius Regnum & Principatus eſt erectione, fundatione & inſtitutione antiquius. Hinc eſt conſtitutio Henrici VIII. Regis Angliæ, quæ legitur in ſtatuto Parlamentario: *Sancitur, quod Duces, Marchiones, Comites, Vicecomites & Barones, ſedebunt & loca ſument pro antiquitatis ratione.* Quem ordinem & inter Pares Franciæ politicos vel ſeculares ſeruari, vt inter eos creationis tempus in incedendi aut ſedendi modo inſpiciatur, ſcribit Thuanus *Hiſtor. lib. 17 an. 1561. f. 565. col. 1.*

10. Ducem Venetorum non modo Duci Sabaudiæ, ſed cæteris omnibus eſſe præferendum, quod ſit antiquior quibuslibet Ducibus, Marchionibus & Comitibus, cum coeperit annis abhinc ſupra mille, tradit Calefatus in *tract. de Equeſtri dignit. n. 125.*

11. In contentione inter Florentiæ Ferrariæq; Duces legitimum videbatur perantiquum gradum honoris & auitam poſſeſſionem conſeruare, ac ius eius Reipubl. retinere, quæ ſemper ſine vlla dubitatione vel controuerſia primum nominis, exiſtimationis, dignitatis locum obtinuerat; Natalis Comes *Hiſtoriar. lib.*14. *in fin.*

12. Et licet Ducatus Mediolani maior ſit in reditu, quam alius Ducatus, tamen Ducem Mediolanenſem plures alii Duces præcedere debent ratione antiquitatis; Chaſſanæus in *Catalog. glor. mundi. part.* 12. *conſid.* 58. Excepto Duce Sabaudiæ, cui præfertur in eundo & ſedendo, cum ſit antiquior; Boſſius in *Praxi tit. de Principe & eius priuileg. n.*313. Horat. Carpanus in *Statut. Mediolanenſ. part.* 1. *ad edict. Ducis Ludouici, n.* 12. Et idem Chaſſanæus d. conſid. 58. *In Italia*, inquit, *ſunt Marchio Mantuæ, Marchio Montiſferrati, & etiam Marchio Salutiarum: ſed inter illos crederem excellentiorem eſſe Marchionem Mantuæ propter eius antiquitatem.*

13. Et Auguſtinus Cranatus in ſupradicto libro de la Preſeance entre la France & l' Eſpagne, n. 1. eleganter ſcribit: *Selon l' ordre de nature communement celuy la precede, qui eſt le premier ne ou venu au monde. Le Roy d' Eſpagne precede pour cet esgard celuy de France pour autant, qu' il ſe ſcait par l' hiſtoire, qu' vn Athalaric premier Roy d' Eſpagne fut creè l' an de noſtre ſalut* 371. *& Pharomond l' an* 419. *Roy de France*, &c. Cuius propoſitionem de Hiſpaniæ antiquitate quamuis tueatur etiam Iacobus de Valdes in *lib. de dignitate Regum Hiſpaniæ*, Camill. Borellus in *tract. de præſtantia Regis Catholic. cap.* 4. & Fernand. Vaſquius in *præfat. Illuſtr. controuerſ. nu.* 140. *verſ. hæc duodecim argumenta*, &c. tamen contraria diluunt inſtantia Nicol. Vignerius in *Reſponſ. ad illum tractatum Cranati*, Theod. Gothofredus in *tract. de la Preſeance des Roys de France ſur les Roys d' Eſpaigne*, Hieronym. Bignonius in *tract. de l' Excellence des Rois & du Royaume de France*, Iohannes Hotomanus in *tract. de l' Ambaſſadeur, fol.* 58. *& ſeqq.* Petrus Matthæus *lib.* 1. *de l' Hiſtoire de France &c. fol.* 39. *& ſeqq.* Vbi ab eadem antiquitate argumentantur, Regem Franciæ eſſe præferendum Regi Hiſpanorum. Vide, ſi vis, ipſos auctores. Quibus adſtipulatur Michael Surianus, Reipubl. Venetæ Legatus ad Hiſpanos primum, dein Gallos, in Relatione anni 1562. hiſce verbis: *Il Re di Francia ha hauuto ſempre fino à queſti tempi per vn vniuerſal conſenſo*

del

del mondo, il primo luogo di dignita fra tutti li Re Chriſtiani ſenza contraſto. Et ſe bene il Re di Spagna penſa di hauere adeſſo ragione di contendere; pero non è alcuno de ſuoi Regni, che ne per ſplendore di nobilita, ne per fama di ANTICHITA, ne per gloria di titoli ſi poſſa comparare al Regno di Francia. Et Iohannes Baptiſta Adrianus Hiſtoriographus Florentinus lib. 17. Hiſtoriar. ſui temporis: *Per li ordini antichi il Chriſtianiſſimo dopo l'Imperadore ha ſempre tenuto per tutto il luogo piu degno, Come Re di piu antico Reame di Chriſtianita, è come molto nelle memoire antiche bene merito della Chieſa Cattolica, e che pertio ha molti priuilegi.* Et Cauitellius in Annalibus Cremonenſib. anno Dom. 1564. *ſummus pontifex declarauit debere pracedere Legatum Regis Gallia, ſub fundamento, quod Gallia Regnum ſit antiquius Hiſpania, & Galli prius Hiſpanis fidem Chriſti receperint, quamuis Rex Hiſpania plura habeat Regna, & ſit potentior Rege Gallorum.*

14. Et quia pro Cranati verbis præcedentia Hiſpanorum nitebatur antiquo Gotthorum priuilegio, qui Regna Hiſpanica conſtituerũt, præter Francum alii etiam Reges reperti ſunt, qui hanc prærogatiuam Hiſpano controuertere & ſuæ antiquitatis iura aduerſum illos vindicare auderent: Videlicet Rex Angliæ, & Rex Daniæ. Et de Anglo quidem teſtis eſt Garibaij *lib. 11. d' el Compendio hiſtorial. d' Eſpanna, cap. 7. & lib. 16. cap. 23.* Mariana Ieſuita *lib. 21. de Reb. Hiſpania cap. 6.* & Alphonſus de Carthagine, Epiſcopus Burgenſis, in *Reg. Hiſpan. anacephalaoſi, cap.* 7. ibi: *Qui audiens aliqua, qua in diſputatione ſedium cum Anglicis, de antiqua claritate Gothorum ad Regis noſtri eminentiam demonſtrandam in medium adducebantur.* De Daniæ vero, Noruegiæ, Gothiæ & Sueciæ Rege, idem Alphonſus d. cap. 7. *Qua memor ſum reſpondiſſe cuidam Pralato Oratori Regis Dacia, qui Regi Dacia, qui Gothorum Rex nuncupatur, ſedem eminentem quarere voluit.* Fuit autem hic Orator Iohan. Magnus, quem vide in *Hiſtor. Gothor. & Sueon. cap* 28. *n.* 16. *& ſeqq.* & ſimul eundem Alphonſum in tract. *de ſeſſionibus.* Pulgarum *cap.* 8. *Illuſtrium viror. in Ioanne Sylua*, Georg. Drauthium in *Continuat. dier. canicular. tom.* 5. *colloq.* 5.

15. Nec prætereundũ eſt, ꝙ Sereniſſimo Iacobo Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ Regi, ab Ordinib. petẽti, vt eadẽ Regna ſub nomine Magnę Britanniæ vniantur, à Statib. Angliæ in Parlamento generali eſt reſponſum nẽpe, *Que la preſeance du Roy deuant vn autre Roy Chreſtien, q ſe cõſidere*

& ſe

& ſe conſerue par l' antiquite du Royaume, & non par la grandeur ni l' eſtendue, pourroit eſtre offenſee, & ſeroit à craindre, qu' on ne luy donnaſt la derniere place, pource qu' il ſeroit nouveau Roy, & le dernier venu, referente Petro Matthæo in Hiſtor Franc. & Regis Henrici IV. lib. 7. narrat. 1. nu. 14. fol. 633. id eſt, *quod prærogatiua Regis, qua Chriſtianis aliis Regibus præibat, & quæ antiquo cuiusque Regni iure ſtabilita eſt, non autem Regni magnitudine, poteſt in periculum trahi: & ſic locus eius fieri vltimus, quia Regnum eſſet fundatum nouiſſime*, vt interpretatur Alberic. Gentilis in Diſputat. de vnione Regnor. Britanniæ, fol. 87.

16. Quid ſi autem Reges vel Principes pares ſunt tempore, aut ambigui? Audiatur Scotus Reſponſor. tom. 1. lib. 6. reſponſ. 28 n 134. *Cum reſtricte conſideretur hæc qualitas* (ſcilicet de Principe principi præferendo) *& in certo genere perſonarum, ne conſideranda quidem eſt, vbi tempore pares ſunt Duces*. Quid igitur faciendum? Videtur talis controuerſia aut ordinario, legitimo & competenti iudicio ſubmittenda, aut amicabili compoſitioni committenda, aut ſortibus permittenda. Qua de re conſulendus Tiraquellus fuſiſſime diſſertans *de Iure primigen. quæſt.* 17. per totum; ſed elegantius in ſpecie noſtri caſus præcedentiæ, *quæſt.* 19. Neque in iure nouum eſt ſortis & fortunæ iudicium. eo namque plerumque vtendum prudentes cenſuerunt; Georg. Bernardus in *Diuiſion. inſtitut. Imperial. lib 2. fol.* 48 b. Et apud Romanos, tribuum, quæ paritatem prætendebant, ſortitio fiebat prærogatiuæ: M. Cicero *Philipp.* 2. L. Moderat. Columella *lib. 1. de re ruſt. cap.* 17. & ibi Fulu. Vrſinus in *Notis*, Philip. Beroaldus in *Annotation.* & Iul. Pomponius Fortunatus in *Commentar.*

17. In ſtatu vero mere ſpirituali antiquitas attendenda eſt ipſarum perſonarum, & non Eccleſiarum. Sic enim præſcribit Gregorius Magnus Papa lib. 7. Regeſt. epiſt. 112. *Epiſcopos ſecundum ordinationis ſuæ tempus, ſiue ad conſidendum in concilio, ſiue ad ſubſcribendum, vel in qualibet alia re, ſua attendere loca decernimus, & ſuorum ſibi prærogatiuam ordinum vindicare.* Et Gratianus in Decret. c. vlt. diſtinct. 17. *Verum tempus ordinationis non ad Eccleſias, ſed ad perſonas refertur, ſicut ex conſuetudine Cardinalium ſanctæ Rom. Eccleſiæ, & Epiſcoporum vniuſcuiusque prouinciæ euidenter apparet.* Quem Canonem ſecutus Henricus VIII. Rex Angliç, in ſtatuto Parlamentario conſtituit, vt *Epiſcopi vtriusque prouinciæ* Cantuarienſis,

tuarienſis ſcilicet & Eboracenſis, *ſedes capiant in parte eadem Parlamenti, quiuque pro antiquitatis ratione.* Intellige antiquitatem electionum, vt recte ibi annotauit Thomas Milles. Et hoc adeo certum eſt, vt ne Patriarcharum quidem ſeu Primatum vlla habeatur ratio inter Archiepiſcopos, ſed qui prior electus & confirmatus eſt, potior fit in præcedentia. Quod idem etiam inter Epiſcopos obſeruari, tradunt in Gallia Tilletus in tract. *du Rang des Grands de France*, &c. & Chaſſanæus in *Catalog. glor. mundi, part. 4. conſid. 24 in fi.* & in Anglia Thomas Milles in *Nobilitate politic. fol. 119.* Et vniuerſim, priorem illi locum deberi, qui ſacris prius initiatus fuit, tradit Semeca in *gloſſ. c. placuit*, 16. *diſt.* Matthæus de Afflictis in *Deciſion. Neapolit. deciſ. 1.* Langlæus *lib. 7. Semeſtr. cap. 7. in fi.* nimirum vt Epiſcopi & Abbates in ſeſſionibus & ſubſcriptionibus in Conciliis ac Comitijs illum ordinem teneant, quem habent tempore ordinationis eorum, vt, qui primo ordinatus fuerit, primum locum; & qui ſecundo, ſecundum ſibi vendicet, & ſic de cæteris; Felinus in *rubr. de maiorit. & obedient.* Ioan. de Turrecremata in *c. Epiſcopus, 17. diſt.* Lucas de Penna in *l. 2. C. de præfect. prætor.* Chaſſanæus in *Catalog. glor. mun. part. 4. conſid. 23* Nam & Iacobũ Minorem eo, qui Maior dictus eſt, ætate præſtantiorem fuiſſe Theologi affirmant; ſicq; dictum, quod poſterius ad Apoſtolatum vocatus fuerit; Petrus de Natalib. in *Catalog. Sanctor.* Iacob. de Voragine in *Legenda aurea in Philippo & Iacobo*, Auctor *Viola Sanctorum*, *VIII. Kalend. Aug. & Kalend. Maij*, Afflictus *d. deciſ. 1.* Langlæus *d. cap. 7. fol. 459.*

18. Deniq; etiam inter Ordines Monaſticos, puta Benedictinorũ ſeu Caſſinenſium, Cluniacenſium, Præmonſtratenſium, Carmelitarum, Prædicatorum, Minorum, &c. antiquitas religionis eſt attendenda, vt nimirum ordo antiquior cæteros excellat & præcedat; Chaſſanæus in *Catalog. glor. mun. part. 4. conſid. 53. & ſeqq.* Felinus in *rubr. de maiorit. & obedient.*

19. Quid vero de Clericis & Doctoribus cenſendum eſt? in his antiquiores debent habere primum locum, deinde cæteri per ordinem, vt tenet Baldus in *c. cum olim, Ext. de conſuet.* Chaſſanæus *d. part. 4. conſid. 76.* Calefatus *de Equeſtri dignit.*

20. Atque ita etiam ex his, quæ hactenus à nobis illata ſunt, id efficitur deniq; & maxime cõprobatur, quod toto hoc opere intẽdimus,

Digitized by Google

Videlicet inter Principes progenie ac dignitate pares, eum eſſe præferendum, qui cæteros ætate antecellit. Etenim ſi eſt is prælocandus, qui fictitia ætate ſenior ſimulatur, quanto magis præeminere debet, qui vera & non ſimulata naſcentia maior eſſe apparet?

CAPVT XVIII.

De prærogatiua ſeniorum in magiſtratibus gerendis.

1. IN committendis etiam & gerendis magiſtratibus præcipuus honor ætati delatus fuit; Tiraquell. *de Iur. primigen in præf. n. 165. &* 182. vt cæteris paribus, ſeniores ſemper præferrentur, & adhuc præferri debeant; Viglius Zuichemus ad *l. 3. n. 14. D. ſi cert. pet.* Nec temere iunior ſeſe anteferre ſeniori audebat. Hinc illa Fannij in ſocerum indignatio, quod ſibi Scæuolam iuniorem in petitione Auguratus præpoſuiſſet: de qua Cicero in lib. de Clar. Orator. ita ſcribit; *C. Fannius Calij gener, ſocerum, quia cooptatus in Augurum collegium non erat, non admodum diligebat, præſertim cum ille Q. Scæuolam ſibi, minorem natu generũ, prætuliſſet: cui tamen Lælius ſe excuſans, non genero minori dixit ſe illud, ſed maiori filiæ detuliſſe.* vnde etiam obtinuit mos ille apud omnes gentes, vt primogeniti, quod maiores & prouectiores ætate eſſent, ad Principatus vocarentur. Et rationem aſſignat Petr. Bercharius in Repert. moral. verb. Etas; *Quia ſcilicet, qui habent ætatem perfectam, debent fieri Reges & præſides aliorum, ſcilicet Maiores in dignitate & honore.* Et poſtibi; *Nam etiam inter Elephantes ille dicitur ducere gregem, qui perfectiorem habet ætatem. quia vere ad gregem ſubditorum regendum, ducendum, gubernandum, ille eſt ſufficientior, qui in ætate eſt antiquior, id eſt, in virtutibus perfectior. Rex, inquit, Et ideo fratres Ioſeph videntes ipſum ætatis adhuc imperfectæ, dicebant Geneſ. 37. Nunquid Rex noſter eris, aut ſubijciemur ditioni tuæ? quaſi dicant, non decet, quia ſcilicet non pueri, ſed prouecti ſunt aliorum præſides & maiores conſtituendi.*

2. Hinc apud Perſas ex ſeniorum numero Iudices fuiſſe lectos controuerſijs decidendis auctor eſt Ammian. Marcellinus *lib. 23. Hiſtor.*

3. Nonnunquam Seniores ex nobiliſſimis familijs Spartæ ampliſſimum geſſiſſe Magiſtratum, aſſerit Alexander ab Alexandro *lib. 4. Genial. dier. cap. 25.*

4. Venetorum mos eſt, vt mortuo Duce, natu maximus ex Conſilia-

Digitized by Google

ſiliarijs vices ſuſtineat, *il piu vecchio de Conſiglieri ſ'intende eſſere Vicedoge*; Donat Ianot. *in tr. de Rep. Venet.* Arniſæus *de Rep. li. 2. c. 2. ſect. 3. n. 10.*

5. Sed memorabile eſt cum primis exemplum, quod de Callia Athenienſi ſcribit Sotion; *Callias iuuenis adhuc Magiſter Equitum creatus petijt, vt liceret ſibi hoc honore Theophilo fratri tanquam natu maiori concedere. Itaq; plurimum laudis hæc ei modeſtia peperit.* Quod exemplũ relatum leges apud Stobæum *ſerm.* 82.

6. Factum geminũ germanum refertur Vdalrici Ducis Gradeccẽſis in Bohemia, qui Regnum Bohemiæ à Friderico primo Imperatore ſibi delatum, rogauit Cæſarem, vt in Comitijs Ratisponenſibus, anno MCLXXIV. habitis, ad Sobislaum maiorem natu fratrẽ deferre dignaretur: Dubrauius Epiſcopus Olomucenſis in *Chron. Bohem. li. 3.* Hageccius in *Chron. Bohem f.* 267. Elias Reuſnerus in *Baſilic. genealog. f.* 136.

4. Nec abſimile eſt, quod de Aladino Oſmani Turcarũ Imperatoris ſecundogenito refertur, qui cum rogaretur à fratre Vrchane, vt Principatũ ſuſciperet: nequit hoc fieri, ſubiecit, quando Regium tibi ius dignitasq; tribuitur, qui & frater natu maior, & patris mihi ſis loco: Ioh. Leunclavv. *li. 4 Hiſt. Muſulm.* Beſoldus *li. 1. Diſp. nomopolit. diſſert. 5.* adeo ẽt hominib. barbaris & infidelibus hoc πρεσβεῖον ipſa impreſſit natura.

8. Et ſingularis in eam rem eſt gloſſa Iohannis Semecæ, quẽ vulgo Theutonicum appellant, in *c. obeuntib. diſt. 63.* Vbi dicit, duob. pari num. ſuffragiorũ electis in Epiſcopũ, cæteris parib. ſeniorẽ eſſe præferẽdum.

9. De Romanorũ diſciplina ſcribit A. Gellius lib. 2. Noct. Atticar. cap. 15. vbi poſtquam commemoraſſet vetuſtiſſimum illud inſtitutum de priuilegio ætatis generali, quod ſupra retulimus, ſubiungit; *Sed poſtquam ſoboles ciuitati neceſſaria viſa eſt, & ad prolem populi frequentandam præmijs atque inuitamentis vſus fuit, tum antelati quibusdam in reb. qui vxores, quiq; liberos haberent ſeniorib. neq; liberos neq; vxores habentibus. Sic capite VII. Legis Iuliæ priori ex conſulib. faſces ſumendi poteſtas fit, nõ qui pluris annos natus eſt, ſed qui pluris liberos, quam collega, aut in ſua poteſtate habet, aut bello amiſit. Sed ſi par vtriq; numerus liberorum eſt, maritus aut qui in numero maritorum eſt, præfertur. Si vero ambo & mariti & patres totidem liberorum ſunt, tum ille priſtinus honos inſtauratus, & qui maior natu eſt, prior faſces ſumit.* Ecce tibi legem Iulij Cæſaris ab Auguſto renouatam, (à quorum vtroque noſtri Principes nomina cum Imperio poſſident)

Digitized by Google

qua inter dignitate & conditione pares ſeniorẽ ſanciuit præferendum. Rogatam aũt hanc legẽ à C. Iulio Cæſare, & ab Octauio Aug. emendatam ſeueriter, teſtes ſunt Alciatus *li.3. Diſpunct. c.3. & li.3. Parerg. c.6.* Ludou. Charondas in *lib. veterũ leg. Rom.* Elias Vinetus in *comm. ad Auſonij epigram.* 88. P. Prateius *li.4. vet. Iuriſprud.* Hulderic. Zaſius in *lib. de legib.* Anton. Auguſtinus Archiepiſcopus Tarraconenſis in *li. de legib. & ſenatusconſult. f.* 112. Paul. Manutius in *legib. Rom.* Franciſcus Polletus *li.3. Hiſtoriæ fori Rom.* Franc. Hotoman. in *legũ Rom. Indice*, Barn. Briſſonius *lib. ſingul. de Iure connubior.* Ioh. Roſinus *Antiquitat. Rom. lib.* 8. *c.* 16.

10. Originem huius inſtituti à primis duobus conſulib. repetunt. Namq; Valerius Publicola Bruto collega mortuo, poſt aliquantũ temporis collegam ſibi Lucretium patrem Lucretiæ ſurrogauit: eiq; quod eſſet ſenior, primo loco faſces tradidit, qui honor ab eo obſeruatus, ſemper poſtea ſenioribus eſt habitus, vt memoriæ prodiderunt Val. Maximus *lib.4. de Dict. & fact. memor. c.1.* Plutarchus in *Vita Publicolæ*, Tiraq. *de Iure primigen. in præf. n.* 80. Ant. Auguſtinus *d. lib. de legibus fol.* 114. Fuluius Vrſinus in *Notis.*

11. Depoſito tandem magiſtratu, is mos obſeruari ſolitus eſt, vt antiquitati ſemper priores partes deferrentur, hoc eſt, vt vbiq; gentiũ primum locum in eundo, ſtando, ſedendo, votando, ſubſcribendo, &c. teneret, qui prior magiſtratũ gerere cœpiſſet; *l.1. D. de albo ſcribend. l.2. C. de præfect. prætor. & c. l.1. C. de præpoſitis ſacri cubic.* &c. *lib.* 12. Eadẽ conſuetudo hodieq; apud Heluetios obſeruatur, manetq; nomen & honor, etiam abdicato muneris officio. Itaque ſi plures verbi gratia totidem geſſerint Conſulatus, qui ante eum honorem adeptus ſit, primæ ſententiæ erat; Adrian. Turnebus *lib.29. Aduerſarior. c.12.*

12. Vt nõ omnino inepte Dd. noſtri hinc argumentari videantur, ad aſtruendã maioris ætatis prærogatiuã, quod, etſi hæ leges nõ agant de ordine naſcendi, ſed tempore magiſtratũ gerendi; Tiraq. *de Iur. primigen. in præf. n.* 110 Ant. Auguſt. *d. li. de Legib.* tamẽ is fere ad magiſtratũ electus fuerit, qui annis præualeret. *Inter Duumvirales*, inquit Vlpianus, *antiquiſſimus quiſq; prior*, d. l.1. D. de alb. ſcrib. Vnde et *Seniores* appellantur in *edicto* Marcellini Notarii, qui Carthaginenſi Collationi præfuit, & in Maioriani Imp. *Nouel. de Curialib.* vt erudite, ſicut alia omnia, obſeruauit elegantiſſimus Phil. Berterius præſes Tholoſanus, *Pithanῶν diatrib.* 1. *c.* 10. *fol.* 118. *in fin.*

CA-

Digitized by Google

Capvt XIX.

De proedria ſeu præſidentia ſeniorum in Conſiliis.

1. Hoc πρεσβείων τῆς προεδρίας & κατακλίσεως, id eſt anteſeſſionis, hodie acerrime controuertitur: nec maiores lites longius protrahi in Comitijs alijsque Principum conuentibus conſueuerunt, quam ſuper hac ipſa re; Georg. Drauthius in *continuat. dier. canicular. Simonis Maioli tom. 3. colloq. 5. ver. ex omnibus certe quaſtionibus, & verſ. frequens certe eſt.* Quarum deciſio partim ex ſuperioribus repetenda eſt capit bus, partim in ſequentibus faciemus vt ex obſcura atque intricata fiat planior aliquantulum & expeditior. Cæterum προεδρία eſt præſidentia, prima ſedes, Cyrillo in *gloſſis*: vel ius ſedendi ante alios, Petr. Victorius *Commentar. in Ariſtot. Politic. lib. 6.* Dionyſ. Gothofred. in *Nomenclat. Græc. iuris*: quam prærogatiuam ante alios reſidendi appellat Imp. Zeno in *l. 16. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* &c. Cui opponitur ὑφεδρία, inferior ſeſſio, in Alexij Comneni Imp *Nouell.* 4 quæ ἡ κατωτέρα καθέδρα exponitur à Suida in *Lexico*.

2. In tantum autem antiquitus maiori deferebatur ætati, vt Ariſtoteles etiam in morales ſuos libros præceptum retulerit, quod lib. 9. Ethicor. ad Nicomach cap 2. legitur in hæc verba; *Senioribus honor aſſurgendo & ſeſſionem cedendo reddendus eſt*; ſeu, quia Græca verba ad rem pertinere maxime puto, παντὶ πρεσβυτέρῳ τιμὴν καθ' ἡλικίαν ἀποδοτέον ὑπαναστάσει καὶ κατακλίσει. Et ante eum Plato *lib. 9. de legibus* præcepit; κατὰ πρέσβιν ἱζέσθω. Et apud Daniel. cap. 14. aiunt ſeniores populi ad Danielem adoleſcentem; *Veni & ſede in medio noſtrum, & indica nobis, quia tibi Deus hodie dedit honorem ſenectutis*, id eſt, vt habet Theodotionis translatio, πρεσβυτέριον. Qui honos etiam apud Latinos *Senatus* dicitur, & perſonæ ſic honoratæ *Senatores*, quod priſci viros ætate & virtute præſtantes ſeniorū appellatione honorarint, vt auctor eſt Ioh. Velcurio in *Annotat. ad Liuium lib* 1. Lælius Biſciola *lib. 3. Horar. ſubſeciu. cap.* 17. Iohan. Roſinus *lib 7. Antiquitat. Roman. cap.* 5 & ibi Thom. Dempſterus in *Paralipom.* Iohan. Heydenus in *Deſcript. Vrbis Ieroſolymæ lib. 3. cap 6.* Ita enim etiam eos, qui erant honorati in Iſrael, diuina ſcriptura Senes vocauit; Theodoretus in 1. *ad Timoth. cap.* 4.

H 3   3. Inde

Digitized by Google

qua inter dignitate & conditione pares ſeniorẽ ſanciuit præferendum. Rogatam aũt hanc legẽ à C. Iulio Cæſare, & ab Octauio Aug. emendatam ſeueriter, teſtes ſunt Alciatus *li.3.Diſpunct.c.3.& li.3.Parerg.c.6.* Ludou. Charondas in *lib.veterũ leg.Rom.* Elias Vinetus in *comm. ad Auſonij epigram.* 88. P. Prateius *li.4.vet.Iuriſprud.* Hulderic. Zaſius in *lib. de legib.* Anton. Auguſtinus Archiepiſcopus Tarraconenſis in *li.de legib.& ſenatusconſult.f.*112. Paul. Manutius in *legib.Rom.* Franciſcus Polletus *li.3.Hiſtoriæ fori Rom.* Franc. Hotoman. in *legũ Rom.Indice*, Barn. Briſſonius *lib. ſingul.de Iure connubior.* Ioh. Roſinus *Antiquitat.Rom.lib.8.c.16.*

10. Originem huius inſtituti à primis duobus conſulib. repetunt. Namq; Valerius Publicola Bruto collega mortuo, poſt aliquantũ temporis collegam ſibi Lucretium patrem Lucretiæ ſurrogauit: eiq; quod eſſet ſenior, primo loco faſces tradidit, qui honor ab eo obſeruatus, ſemper poſtea ſenioribus eſt habitus, vt memoriæ prodiderunt Val. Maximus *lib.4.de Dict.& fact.memor.c.1.* Plutarchus in *Vita Publicolæ*, Tiraq. *de Iure primigen.in præf.n.*80. Ant. Auguſtinus *d.lib.de legibus fol.* 114. Fuluius Vrſinus in *Notis.*

11. Depoſito tandem magiſtratu, is mos obſeruari ſolitus eſt, vt antiquitati ſemper priores partes deferrentur, hoc eſt, vt vbiq; gentiũ primum locum in eundo, ſtando, ſedendo, votando, ſubſcribendo, &c. teneret, qui prior magiſtratũ gerere cœpiſſet; *l.1.D.de albo ſcribend.l.2.C. de præfect.prætor.& c.l.1.C.de præpoſitis ſacri cubic.&c.lib.12.* Eadẽ conſuetudo hodieq; apud Heluetios obſeruatur, manetq; nomen & honor, etiam abdicato muneris officio. Itaque ſi plures verbi gratia totidem geſſerint Conſulatus, qui ante eum honorem adeptus ſit, primæ ſententiæ erat; Adrian. Turnebus *lib.29.Aduerſarior.c.12.*

12. Vt nõ omnino inepte Dd. noſtri hinc argumentari videantur, ad aſtruendã maioris ætatis prærogatiuã, quod, etſi hæ leges nõ agant de ordine naſcendi, ſed tempore magiſtratũ gerendi; Tiraq. *de Iur.primigen. in præf.n.*110 Ant. Auguſt. *d.li.de Legib.* tamẽ is fere ad magiſtratũ electus fuerit, qui annis præualeret. *Inter Duumuirales*, inquit Vlpianus, *antiquiſſimus quiſq; prior*, d.l.1.D.de alb. ſcrib. Vnde ẽt *Seniores* appellantur in *edicto* Marcellini Notarii, qui Carthaginenſi Collationi præfuit, & in Maioriani Imp. *Nouel.de Curialib.* vt erudite, ſicut alia omnia, obſeruauit elegantiſſimus Phil. Berterius præſes Tholoſanus, *Pithanõn diatrib.* *1.c.10.fol.118.in fin.* CA-

Capvt XIX.

De proedria ſeu præſidentia ſeniorum in Conſiliis.

1\. HOc πρεσβείων τῆς προεδρίας & καταθέσεως, id eſt anteſeſſionis, hodie acerrime controuertitur: nec maiores lites longius protrahi in Comitijs alijsque Principum conuentibus conſueuerunt, quam ſuper hac ipſa re; Georg. Drauthius in *continuat. dier. canicular. Simonis Maioli tom. 3. colloq. 5. ver. ex omnibus certe quæſtionibus*, & *verſ. frequens certe eſt.* Quarum deciſio partim ex ſuperioribus repetenda eſt capit bus, partim in ſequentibus faciemus vt ex obſcura atque intricata fiat planior aliquantulum & expeditior. Cæterum προεδρία eſt præſidentia, prima ſedes, Cyrillo in *gloſſis*: vel ius ſedendi ante alios, Petr. Victorius *Commentar. in Ariſtot. Politic. lib. 6.* Dionyſ. Gothofred. in *Nomenclat. Græc. iuris*: quam prærogatiuam ante alios reſidendi appellat Imp. Zeno in *l. 16. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* &c. Cui opponitur ὑφεδρία, inferior ſeſſio, in Alexij Comneni Imp *Nouell.* 4 quæ ἡ κατωτέρα καθέδρα exponitur à Suida in *Lexico.*

2\. In tantum autem antiquitus maiori deferebatur ætati, vt Ariſtoteles etiam in morales ſuos libros præceptum retulerit, quod lib. 9. Ethicor. ad Nicomach. cap 2. legitur in hæc verba; *Senioribus honor aſſurgendo & ſeſſionem cedendo reddendus eſt*; ſeu, quia Græca verba ad rem pertinere maxime puto, παντὶ πρεσβυτέρῳ τιμὴν καθ' ἡλικίαν ἀποδοτέον ὑπαναστάσει καὶ κατακλίσει. Et ante eum Plato *lib. 9. de legibus* præcepit; κατὰ πρέσβειν ἱζέσθω. Et apud Daniel. cap. 14. aiunt ſeniores populi ad Danielem adoleſcentem; *Veni & ſede in medio noſtrum, & indica nobis, quia tibi Deus hodie dedit honorem ſenectutis*, id eſt, vt habet Theodotionis translatio, πρεσβυτέριον. Qui honos etiam apud Latinos *Senatus* dicitur, & perſonæ ſic honoratæ *Senatores*, quod priſci viros ætate & virtute præſtantes ſeniorũ appellatione honorarint, vt auctor eſt Ioh. Velcurio in *Annotat. ad Liuium lib* 1 Lælius Biſciola *lib. 3. Horar. ſubſeciu. cap.* 17. Iohan. Roſinus *lib 7. Antiquitat. Roman. cap.* 5 & ibi Thom. Dempſterus in *Paralipom.* Iohan. Heydenus in *Deſcript. Vrbis Ieroſolymæ lib. 3. cap 6.* Ita enim etiam eos, qui erant honorati in Iſrael, diuina ſcriptura Senes vocauit; Theodoretus in *1. ad Timoth. cap.* 4.

3. Inde apud Romanos qui primus legebatur, Senatus Princeps erat: poſt Principem vero Senatus, diſcrimine graduum & ætatum ſeruato cæteri Senatores & ſcribebantur & recitabantur; Ioan. Sarius Zamoſcius *lib 1. de Senat. Roman. fol. 18* Langlæus *lib. 7. Semeſtr. cap. 7. fol. 453.*

4. Et quia ſeniores primo, id eſt, ſuperiore, honeſtiore ac digniore loco ſedere debent; Lucas de Penna in *l. vlt. C. de Tyron lib. 12.* Bartolus *l. 1 D de obſeq. à lib. praeſt* Tiraq. *de Iure primigen. in praefat. n. 115.* Flaminius Nobilius *libro de Honore c. 3.* hinc enatæ ſunt illæ metaphoricæ & quaſi Prouerbiales quædã loquẽdi formulæ, vt dicatur, πρεσβύτατον δοθῆναι, pro, ἐν πρώτοις φυλάττεσθαι καὶ δοξάζεσθαι, apud Suidã in *Lexico*: quod interpretatur priorem ſedere, Iulianus Anteceſſor in *Conſtit. 119. n. 507.* Néc non & πρεσβεύειν, pro honorem habere in locando primas partes dare, primo loco ponere Synesius Epiſcopus Cypri: *εἰ φιλοσοφία πρεσβεύειν οἶδεν ἀπάθειαν αὐτήν; ſi philoſophia primum locum dare animi tranquillitati didicit.*

5. Quod cum in ætatis prærogatiua ita ſeſe antiquiſſimo gentium inſtituto & ab omni memoria ſemper habuerit, recte videntur Doctores noſtri definiuiſſe, maiorem natu eſſe digniorem alijs iunioribus, & catenus præponendum; Bald. in *l. decernimus in 2. notab. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Tiraquell. *de Iure primigen. in praefat. n. 110. & ſeqq.* Petrus de Gregorio Meſſanenſis *de conceſſ. feudi, part. 4. quaeſt. 2 nu. 27.* Sed enim vt res fiat exemplis & auctoritatibus manifeſtior, quæ regulam generalem cum primis declarant, & communem obſeruantiam exinde ſubſecutam arguunt; nos primo loco ponemus exempla peregrina & exotica: tum noſtratium Imperij Germani Principum conſuetudinem apponemus, quorum intereſt hæc talia quum maxime conſiderare. Quam rem priuſquam aggrediamur, de principatu prius ſententiæ, qui maximam habet cum hac præſidentia cognationem, diſpiciendum eſt.

CAPVT XX.

De prærogatiua ſeniorum in ſententia dicenda.

1. NAM principatus etiam quoque ſententiæ, quam Græci προηγορίαν vocant, iuxta ætatem tribuebatur; Matthæ. de Afflictis in *De-*

Digitized by Google

in *Deciſion. Neapolit. deciſ.1.* Georg. Remus in *Notis ad Themiſtij orat. 2. fol.*147. vt ſenior debeat primitus loqui in deliberando; Baldus in *cap.1. de controuerſ. feud. apud par. termin. in Vſib. feud.* Durandus in *Speculo tit. de aduocat. §. iam nunc vidend. verſ. porro:* in votis dandis & ſententijs proferendis; Ludolph. Schraderus *de feud. part.* 10. *ſect.9 numero* 154. vt maximus natu quiſque prior rogetur; *l. 1. D. de albo ſcrib.* ibique communiter Doctores: & ante cæteros reſpondeat; Tiraquell. *de iur. primigen. in præfat. num.*112. *& num.* 122. *& ſeqq.* Chaſſanæus in *Catalog. glor. mun. part.* 11. *conſid.* 17. aut prior verba faciat in legationibus; Cæpolla in *tract. de Imperatore milit. delig. in* 35. *priuileg. antiquitat.* Langlæus *lib.* 7. *Semeſtr. cap.* 7. *fol.* 454. vel in electionibus; Abbas Panormitanus in *cap. dudum ad audientiam, notab.* 4. *& ſeq. de elect.* maxime in conſilijs in quibus antiquiores, vtpote digniores, vſuque & peritia rerum magis inſtructos, prius loqui debere exiſtimat Baldus *dict. cap.1. de controuerſ. feud. apud part. term.* Ioan Britannicus *comment. ad Iuuenal. Satyr.* 6. *verſ.* 495. Andr. Matthæus Aquiuiuus Hadrianor. Interamnatumque Dux, *lib.* 4. *Diſput. in libell. Plutarchi de virt. moral cap* 9 Paul. Olingerus *lib.* 1. *Ethic. legal. cap* 3 *nu* 9. In ſumma, antiquiores & ſeniores præferendos eſſe in vocibus vb que conſuluerunt Doctores, quos congeſſit Tiraquellus *de iur. primig. in præfat. n.*156. & Chaſſanæus *d conſid.*17.

2. Quod inſtitutum iure quodam gentium introductum apud pleroſq; omnes populos in more erat poſitum. Et, vt ab antiquiſſimo omnium ordiamur, de Hebræis, quorum germē erant Idumæi, auctor eſt B Iobus cap.32. verſ.4 ſcribens; *Exſpectauit loquentes, eo quod ſeniores eſſent, qui loquebantur.* Et Elius Buzites apud eundem, verſ. 6. *Iunior ſum tempore; vos autem antiquiores: idcirco demiſſo capite veritus ſum vobis indicare meam ſententiam: ſperabam enim quod ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret ſapientiam.* Et Ieſus Sirach in Eccleſiaſt. cap.32. v.4. *Loquere maior natu; decet enim te primum verbum.* Quam ſententiam in hunc finē inculcant Baldus in *c.1. de Maior. & obed* & in *c. 1. verb. prius, in feud. tit. de cont. feud. apud par term.* Lucas de Penna in *rub. C. de legat. lib.* 10. Ludo. Romanus *lib. ſingularium cap.*81. cuius inſcriptio; *Qui debeat primo loqui:* Iaſ. in *l. cū quid, lect.2. D. ſi cert. pet.* Tiraq *de iur. primig. n.*112. *& ſeqq. & n.*124. Chaſſan. in *Catal. glor. mun. p* 1. *conſid.*19 *& p.*11. *conſid.*17.

Lan-

Digitized by Google

Langlæus *d. lib. 7. Semeſtr. cap. 7. fol.* 454. & in Græco textu legendum eſſe λάλησον πρεσβῦτερε, non autem (vt eſt in vulgatis editionibus) πρεσβυτέρῳ, recte monuerunt viri docti, Ioach. Camerarius in *Annotat. fol.* 211. & Dauid Hoeſchelius in *Notis fol.* 414.

3. Quid inter Chriſtianos moris fuit? idem ille ſcilicet, vt eorum ſententiæ præcedant, qui ætate præcurrunt; Nic. Lyranus in *Exod. cap.* 23. Et quæri ſolet à Theologis, cur præ cæteris Apoſtolis Petrus fere locutus ſit? Reſpondet Cyrillus Alexandrinus, cæteros honorem illi habuiſſe, tanquam maiori, ætate videlicet, vt nonnulli exiſtimarunt; Caſaubonus *Exercitat.* 14. *in Annal. Baronij cap.* 61. Quem morem ſpectauit indubie B. Beda Presbyter, qui ſub Carolo Magno Imperatore Venerabilis cognomen propter ætatis maturitatem & ſenectutem meruit, quum in *carm. de Cuculo, eleg.* 2. ſub Daphnidis nomine Menalcam rogaret, vt quia ætate maior erat, prior carmen ordiretur. Verſus eſt iſte:

Incipe tu ſenior quæſo Menalca prior.

4. Apud Athenienſes Concilium fuit populi generale, quod *Concionem* appellabant. In eo ciues de grauiſſimis maximeque arduis Reipubl. negotijs deliberaturi conuenire conſueuerant. At vero ex Solonis lege, qui Salomon inter Paganos fuit, ſi iunior in ſententia promenda ſeniorem forte præoccupaſſet, non ferebat impune. Itaque ſtricte obſeruabatur, vt natu maximus ciuium primus concionem haberet ad populum; deinde cæteri ciues pro cuiusque ætate; Card. Palæotus *de bono ſeneƈt. part.* 3. *fol.* 264. Langlæus *d. lib.* 7. *Semeſtr. cap.* 7. *fol.* 453. *& fol. ſeq.* Fundus iſtis Æſchines fuit, qui in orat. contra Cteſiphontem ſcribit: *Vellem, Athenienſes, Leges, quas de Oratorum diſciplina tulit Solon, obſeruari, vt liceret primum natu maximo ciuium cuique, vt leges iubent, ſuggeſtu modeſte conſcenſo, ſine tumultu & perturbatione, ex vſu rerum optima quæq; ſuadere Reipublicæ: deinde iam cuiuis ciuium pro ætate ſeorſim & per vices de vnaquaq; re pronunciare.* Et paulo poſt refert ipſa verba legis, quæ à præcone ſolebant in cœtu populi publicitus proclamari, inquiens: *Oppreſſum iacet præconium illud omnium in ciuitate pulcherrimum, quo proclamari ſolet: Quis quinquagenario maior concionem* (id eſt, orationem) *habere velit; ac deinde per vices qui alij Athenienſes?* Quod inſtitutum tangit etiam Demoſthenes *Orat. 1. in Philippum.* In cuius Exegeſi Vlpianus Rhetor

Rhetor Græcus inter cætera ſcribit; *Res ita ſe habuit, ſiue negotium vetus eſſet ſiue nouum, ſenibus primo loco ſententia dicenda erat.* Et inibidem; *Sciendum autem eſt, eum Iſocratico exordio eſſe vſum, eo quod in Archidamo habetur. Nam ibi quoq; id argumentum tractatur, quare adoleſcens ſenes anteuertat.* Et idem Demoſthenes in Orat. κατὰ Λεπτίνου tradit Alpheſioni ὡς πρεσβυτέρῳ, *vt ſeniori*, conceſſam fuiſſe πρωτολογίαν, id eſt, *primas loquendi partes*, vt annotauit eius interpres Hierony. Wolphius & Tiraquell. *de Iure primigen. in præfat. n.* 113. Vbi hanc reddit rationem, quia dignior prius cæteris loqui debet.

5. Ex Vlpiani exegeſi patet, hunc morem fuiſſe etiam apud Lacedæmonios in vſu, ex legibus nimirum Lycurgi; Langlæus *d. cap.* 7. *fol.* 460. *in fin. & fol. ſeq.* ſiquidem orationem illam ſcripſit Iſocrates nomine Archidami, qui Regio Lacedæmonum genere natus poſtea ad ipſum Regnum Spartanum peruenit. Exordij autem Verba hæc ſunt; *Veſtrum aliqui fortaſſe mirantur, cur ego, qui hactenus inſtituta noſtra vrbis* (ſc. Spartæ) *vt haud ſcio an quiſquam alius meorum æqualium, ſeruaui, tantam mutationem fecerim, vt quibus de rebus ſeniores* (οἱ πρεσβύτεροι, habet Græcus textus, non autem οἱ γέροντες) *verba facere verentur, de ijs ego adoleſcens ſententiam dicere aggrediar.*

6. Apud Perſas quoque & Medos idem in more poſitum fuiſſe, liquet ex iſtis Xenophontis verbis *lib.* 4. *Hellenic.* ἤρξατο λόγου ὁ Φαρνάβαζος· καὶ γὰρ ἦν πρεσβύτατος. Et lib. 1. de Cyri expedit. *Cleanor Arcas omnium natu maximus primus reſpondit.*

7. Nec non & apud Ægyptios ſiue Syros, ex hiſce Annæi Lucani verſibus lib. 8. Pharſal. -- *Quos inter Achoreus*

Iam placidus ſenio fractiſque modeſtior annis

Conſilij vox prima fuit. — — —

Loquitur de Conſiliarijs Ptolomæi Regis Ægypti & Syriæ, vt docet ibi Sulpitius Verulanus in *Interpretat.* Qua ratione & Homerus ſenem illum Heroëm Ægyptium primo loquentem facit *Odyſſ. lib.* 2.

8. Apud Siculos licet nemo ſententiam diceret rogatus, tamen vt quiſque ætate & honore anteibat, ita ſua ſponte, quod ſui conſilij erat, nec interrogatus in medium afferebat; Langlæus *d. cap.* 7. *fol.* 454. Et ſcribit M. Tullius Orat. 6. in Verrem: *Mos eſt Syracuſis, vt qua de re ad Senatum referatur, dicat ſententiam qui velit, nominatim nemo rogatur,*

I *& tamen*

& tamen vt quiſq; honore & ætate antecedit, ita primus ſolet ſponte dicere, idq; à cæteris ei conceditur. Et paulo poſt; *Vt quiſq; ætate & honore antecedebat, ita ſententiam dixit ex ordine.*

9. Et vt ad ipſos tandem Romanos veniamus, omnium gentium prudentiſsimos, legitur apud eos tantum honoris ſeniorum ætati collatum fuiſſe, vt qui natu grandior eſſet, is prius in Senatu ſententiam rogaretur; Zamoſcius *lib. 2. de Senat. Roman. fol.* 147 Langlæus *lib. 7. Semeſtr. c. 7. fol.* 453. Lambinus *comment. in Plauti Epidic. act. 2. ſc. 2.* Auctor *Diſſertat. aphoriſt. numeralis de Magiſtrat. Rom. n.* 130. *& ſeq.* Fuit enim hic ordo obſeruatus, vt ſeniores vel ætate maximi primo loco ſententiam dicerent: deinde mediæ ætatis viri: vltimo vero iuuenes; Dyonyſ. Halicarnaſſæus *Antiquitat. Rom lib. 6 & lib.* 11. Ideo Appius Claudius, cum in Senatu prætereuntem vidiſſet L. Valerium cognomine Potitum, dicturumque aduerſum ſe ſuſpicatus eſſet, hæc illi dixiſſe fertur: *Non eſt locus tuus, Valeri, iſte, neq; conuenit tibi nunc dicere, ſed vbi ſeniores & honoratiores te ſententiam protulerint, tunc tu vocatus, quod tibi videbitur, dices*; idem Halicarnaſſ. d. lib. 11. Et apud Ciceronem in lib. de Senect. Cato Maior inducitur hunc in modum perorare; *Multa in noſtro collegio* (Augurum ſcilicet) *præclara, ſed hoc, de quo agimus, in primis, quod vt quisque ætate antecellit, ita ſententiæ principatum teneat.* Quibus verbis explicat, quid ſibi Cicero voluerit, quum lib. 5. act 2. in Verrem ſcripſit, ſibi datum fuiſſe *antiquiorem in Senatu ſententiæ dicendæ locum.* In qua etiam opinione Vlpianus fuiſſe videtur. Quum enim dixiſſet in albo Decurionum, qui ætate prouectiores ſint, prius ſcribi debere, ſubiecit eundem quoque ordinem in ſententijs dicendis ſeruandum eſſe; *d. l.* 1. *D. de alb. ſcrib.* quod ob honorem maiori ætati debitum, inductum videtur; Doctores ad *l. cum quid, D. ſi cert. pet.* Langlæus *d. cap.* 7. *fol.* 453.

10. Eodem pacto accipiendum eſt, quod legitur in vetuſtis Actis SS. Martyrum Tharaci, Probi & Andronici, cap. 1. *Maximus Præſes dixit Tharaco, Qui vocaris? te enim oportet interrogare primum, quoniam & ætate ſenior es.* Excepta hæc Acta fuerunt Tharſis in Cilicia, cognoſcente Maximo Præſide Ciliciæ, Anno Chriſti CCXC. anno

vero

Digitized by Google

vero Imperij Diocletiani & Maximiani Imperatorum VII. vt erudite notauit Heribert. Roſvveydus *ad illa Acta*, Cardin. Baronius in *Notis ad Martyrolog Roman. IV. Id. Octobr. fol.* 432. Zach. Lippomanus *tom. 6. de Vitis Sanctor.* & Ioan. Molanus in *Annotat. ad Vſuardi Martyrolog.*

11. Namque idem inſtitutum etiam ſub Cæſaribus perdurauit. Dio Nicæus in C. *Caligula* ſcribit, Caium, cum alijs magnis contumelijs ſocerum ſuum M. Silanum affeciſſet, operam etiam dediſſe, *ne primus ipſe ſententiam diceret, qui ei honos ab omnibus Conſulibus propter ætatem & dignationem habebatur.* Idem memorat Xiphilinus in *Caligula*, & ex eo Langlæus *dict. cap. 7. fol.* 453. Et Herodianus *lib.* 1. *Hiſtor.* de Commodo cum Proceribus Romanis de reditu ſuo in Italiam conſultante, hæc verba refert, interprete Angelo Politiano: *reliquis metu defixis, terramque tacito vultu mœſtoque intuentibus, ſurgens Pompeianus qui & ætate reliquos anteibat, & Commodi ſororem natu maximam in matrimonium habebat; Teneri te, inquit, O fili & Domine* &c. Plura in hanc rem congeſſit Tiraq. *de Iure primigen. in præfat. num.* 123. *& ſeqq.*

12. Venetos ſcribit Cæpolla optimorum morum conſuetudinumque ſanctiſſimarum eſſe domicilium, in *tract de Imperat. militum delig. in* 35. *priuil. antiquitatis.* Ab his autem obſeruari, vt ſi plures legati mittantur, is verba legationis debeat facere, qui inter cæteros eſt ſenior, idem tradit *d. loc.* eumque ſecutus Tiraquell. *de Iure primigen. in præfat. n.* 123.

13. De Germanis noſtris non minus illuſtria habemus huius πρεσβείας documenta: quorum vnum atque alterum apponemus. In Decreto Comitiorum Argentinenſium, in quibus Pax publica ſancita fuit à fratribus, Ludouico Germaniæ, & Carolo Galliæ Regibus, anno DCCCXLII. legitur in hunc modum; *Hluduuicus autem, quia maior natu, prior exorſus ſic cæpit.* Et iterum; *Hloduuicus, quoniam maior natu erat, prior hac inde ſe ſeruaturum teſtatus eſt*: apud Nithardum amborum Regum Conſobrinum, Caroli Magni Imperatoris nepotem, *lib.* 4. *Hiſtor.* & in Goldaſti *Collect. Conſtitut. Imperial. tom.* 1. *fol.* 190.

14. Annon priuilegio antiquitatis vſu venit, vt in electione Imperatoris primum olim ſuffragium Moguntino, ceu Germaniæ, alterum Treuerenſi Archiepiſcopo, velut Galliæ Archicancellario, tribueretur? Teſtatur id Wipo Capellanus in vita Conradi Salici Imp. in cap. de electione Regis, ibi; *Archiepiſcopus Moguntinus, cuius ſententia ante alios accipienda fuit, rogatus à populo quid ſibi videretur, laudauit & elegit Chunonem.* Et Fridericus primus Imperator in reſcripto ad Principes Imperij, Anno MCLVIII. hiſce verbis; *Electionis primam vocem Moguntino Archiepiſcopo; deinde, quod ſupereſt cæteris ſecundum ordinem Principibus, recognoſcimus* &c. apud Radeuicum Canonicum Friſingenſem *lib. 1. de Geſtis Friderici Imp. cap. 16.* Guntherum *lib. 6. Ligurini.* & in Goldaſti *Collect. Conſtitut. Imperial. tom. 1 fol. 266.* Quibus concordat Ecko de Repkavv lib. 3. ſpecul. Saxon. artic. 57. *In principis electione primus erit Epiſcopus Moguntinenſis: ſecundus Treuerenſis: tertius Colonienſis.* Et Auctor deß Keyſerlichen Lands vnd Lehen Rechts / *lib. 2. cap. 8. §. 5.* Wann aber die Teutſchen einen König erwelent 2c. Das iſt der Biſchoff von Mentze / vnd der von Trier / vnd der von Cölln / 2c. ſed apertius lib. 1. cap. 29. Der Biſchoff von Mentz iſt Cantzler zu Teutſchen Landen / der hat die erſte Stimme an der Wale / Der Biſchoff von Trier die ander: Der Biſchoff von Cölln die dritte / Et concinit verbatim Gloſſa in *Ius Feudale Saxon. cap. 4.* Adſtipulantur Auctor *Chronica Colonienſis in Pipino*, Lambertus Schafnaburgenſis Monachus in *Geſtis Germanor. Anno* 1074. Otto Friſingenſis Epiſcopus *lib. 4. de Geſt. Friderici Imp. cap. 16.* Alb. Krantzius *lib. 8. Saxoniæ. cap. 21.* Iohan. Auentinus *lib. 7. Annal. Boior. fol.* 758. Cyriac. Spangenbergius in *Chron. Mansfeldenſi cap.* 188. & qui præterea in teſtimonium citantur à Phil. Melanchthone *lib. 4. Chron. in Ottone III.* Onuphr. Panuinio *lib. 2. de Comitijs Imper. cap. 3* Simone Schardio *de Elector. orig. cap. 9.* Nicol. Ciſnero in *orat. de Ottone III. Imp.* Mich. Beuthero in *Animaduerſion. Hiſt. cap. 13.* Petr. Heigio *part. 1. Quæſt. Iuris. quæſt. 3. num. 79.* Nicol. Serario *lib. 1. Rer. Moguntin. cap. 25.* Herm. Kirchnero *diſput. 4. de Republ. append. 2* Marq. Frehero in *not. ad Andlovv. cap. 2. in princ.* Gerlac. Buxdorffio in *Diſſertat. ad Aur. Bullam. cap. 4. concluſ. 45.* Nordermanno in *Diſſertat. de Iure principat. concluſ. 84 lit. c.* Ioach. Clutenο in *Sylloge rer. quotidianar. concluſ. 24. lit. b.* Beſoldo *lib. 2. diſput. nomicopol. de ſucceſſ. Regn. diſſ. 3. n. 8.*

15. Po-

15. Poſtea Decanatu in Moguntinum confirmato, cui honos rogandi ſententias competit, primum votum Treuerenſi, alterum adſcriptum fuit Colonienſi, Petr. de Andlovv. Canonicus Columbarienſis, *li.2.de Rom.Imper.c.2.* Aen. Syluius in *Germ.c.30.* Reſtaurus Caſtaldus in *tractat.de Imperatore, quæſt.8.n.21.verſ.24.* Kyriander in *Annal. Treuerenſ part.11.* Bruſchius *de Epiſcopat. Germ.* Matth. Stephanus *lib. 2. de Iuriſdict p.1.c.5.n 42.* Auctor des Außführlichen Berichts / wie es auf Reichstagen pflegt gehalten zuwerden / *cap.6.* in Goldaſti Politiſchen Reichshendeln / *part.22.tract.1.fol.931.* propterea quod Gallia ante Italiam, cuius Archicancellariatum gerit Colonienſis, Imperio Germanico acceſſerit, & eo nomine dignior haberi cœperit; Theod. Gothofredus in *tract. de la preſeance des Roys de France ſur les Roys d'Espagne, c. 1. in annotat.lit.c.fol.13.* Hinc Carolus IV. Imperator ſanciuit in Aurea Bulla, quæ Norinbergæ primum compoſita, apud Mediomatrices fuit cum conſenſu Primogeniti Regis Galliæ & cæterorum in Gallia ordinum, qui ad Imperium ſpectare memorantur, ſtabilita, & adaucta anno MCCCLVII. *Primo quidem interrogabit à Treuerenſi Archiepiſcopo; cui primam vocem competere declaramus, ſicut inuenimus hactenus competiſſe: ſecundo à Colonienſi Archiepiſcopo,* &c. Ait, *competiiſſe*, præter illã, quam adduximus, politicam rationem prioritatis in Imperio, etiam quia Treuerẽſis Eccleſia maior natu vel antiquior eſt Colonienſi; quippe ab ipſo D. Petro Apoſtolorũ principe fundata per S. Martialem vnum è ſeptuaginta Diſcipulis, vt in veterum hiſtoriarum monumentis relatum legimus, & in hac ipſa cauſſa præcedentiæ refert Albertus Stadenſis in *Chronic. Anno 1240.* Krantzius *lib.8. Metropol. Saxoniæ c.5.* Kyriander in *Annalib.Treuerenſ.p.11.* Vnde & *ſecunda Roma* appellatur, ipſeq; Archiepiſcopus *heres Petri, vicarius & Primas cis Alpes* conſtituitur à Friderico I. Imperatore in *pragmatica ad Archiepiſcop. Treuerenſ. §. 9.& ſeq.* apud Ioh. Wolffium *Rer.memorabil.cent.1100.* & in Goldaſti *Collect.conſtitut Imperial.tom.1 fol.264.*

16. Et ne tantum inter Electores hoc ius valuiſſe putemus, exſtat Ernefti Ducis Brunſuicenſis & Luneburgenſis programma, anno MDXL. publicatum, in quo fatetur, Heinrico iuniori Duci Brunſuicenſi, agnato ſuo licet in linea tertia Wolffenbutelenſi exiſteret, hanc tamen prærogatiuam, tanquam natu maximo inter Duces Brunſuicen-

ſes, de Iure & vſu longæuo competere, nempe vt ſupremo loco reſidens primus ſententiam dicat, & à cæteris Ducib. ſacramenti exigat.

17. Denique vt cætera compendifaciamus, nonne Iohannes Dux Saxoniæ Vinarienſis prior votum ſuum expoſuit ſuo proprio nomine, quam nepotum ſuorum Ducum Aldenburgenſium, in Comitijs Ratisponenſibus Anno 1603? Reichs Abſchiedt *fol.* 791. Ant. Colerus in *Diſput. de Iure Imperij Gemanic. ſect. 69. n. 13.*

18. Atque ita certum eſſe luceq; clarius conſtare puto, principatum ſententiæ inter pares dignitate & conditione Principes ex ipſo jure gentium deberi natu maiori & prouectiori. Id quod iam exemplis nonnullis à noſtrate conſuetudine & ſolemni obſeruantia petitis euidentius oſtendemus.

CAPVT XXI.

De Præſidentia ſeniorum Principum ſanguinis in Gallia & Britannia.

1. CYrus Imperator Perſarum & Medorum, quum inſtante morte præceptis elogijsq; vltimis informaret ſuos filios Cambyſem, cui reliquit Imperium, & Tanaoxarem ſecundogenitum, in hunc modum eos affatur; *Equidem vos, ô filij, ambos æque amo: Verum & conſilio prouidere, & ducem ſe præſtare ad ea, quæ tempus poſtulare videbitur, hoc ei mando, qui & prior eſt natus, & quem rerum plurium peritum eſſe rationi conſentaneum eſt. Inſtitutus autem fui ita etiam ipſe & à mea & veſtra patria, ſenioribus non ſolum fratribus, verum etiam Ciuibus,* (id eſt agnatis) *& via, & ſedili & ſermone cedere. Atque vos ego, Filij, ita initio inſtitui, vt & ſeniores vobis in honore præferretis, & vos iunioribus præferremini. Quare ita admittite, quæ à me dicuntur, vt & vetera & vſitata & legitima. At tu quidem, ô Cambyſes, Regnum habe & Dijs dantibus* (qui eum ſcilicet priorem creauerint & in hunc mundum produxerint) *& me ipſo, quantum in me eſt: tibi vero do, ô Tanaoxares, Satrapam eſſe & Medorum & Armeniorum, & tertiorum Caduſiorum*; apud Xenophontem *lib. 8. de Pædia Cyri.* Ex quo potentiſſimi Monarchæ præcepto animaduertimus, quã vetus ſit hoc πρεσβεῖον inter orbis terrarum Principes, vt nimirum Regis vel Principis cuiusque filius cedat agnatis ſenioribus in honore,

hoc

Digitized by Google

hoc eſt, in procedendo, ſedendo & votando, quemadmodum ipſi fi-
lio cedere coguntur iuniores fratres nulla alia omnino ratione, niſi
quia iuniores ſunt.

2. Quod inſtitutum inde ab initio vsque ſemper Franci, tam O-
rientales, quam Occidentales, hoc eſt, tam Germani, quam Galli,
mordicus ſemper retinuerunt. Sic ſcribit Robert. Gaguinus lib. 9. Hi-
ſtor. Franc. cap. 3. de coronatione Caroli VI. Regis: *Rege conſecrato cum
ad conuiuij locum ventum eſt, Principibus incidit de ſeſſionis ordine atque præ-
latione controuerſia. Nam Dux Andegauus ætate grandior, Philippo Duci
Burgundiæ anteire contendebat. Philippus Parem, & Parium Decanum ſe
eſſe, atque propterea primam ſibi poſt Regem deberi ſedem argumentabatur.
Eam litem conſultatione Procerum habita Rex diremit, & Philippo recubi-
tum primum, quatenus ad præſens negotium attinebat, decernit. Quare offen-
ſus Andegauus, Regi proximum nihilominus locum vſurpat. At Philippus
nihil cunctatus, medius inter Regem Andegauumque inſilit, recubuitque. quo
facto vel audaci temeritate Audacis cognomen adeptus eſt.* Euidens exem-
plum pro prærogatiua ætatis inter Principes ſanguinis: cui tamen me-
rito antelata fuit ſuprema Regni dignitas ob reuerentiam magiſtratus
& officij publici, quia Dux Burgundiæ primum locum iuxta Regem
habere debet, tanquam primus Par & Parium Franciæ Decanus; Chaſ-
ſanæus in *Catalog. glor. mundi, p. 5. conſid. 45.* Alibi legimus, quod anno
Domini 1411. die 18. Februar. & anno item 1413. die 2. Septemb. in ſe-
natu Regio, habito in palatio S. Pauli, Ludouicus 2. Rex Siciliæ, tan-
quam Dux Andegauenſis & Princeps Regij ſanguinis Francorum æta
te maior, præceſſerit Delphinum Regis primogenitum, teſte Ioan.
Tilleto ſiue Tillio Regis Franciæ Secretario & protonotario in *colle-
ctione de ordine Principum Franciæ, cap. de Barons & Pairs de France.*

3. Vnde quæſtio mota eſt, an patrui ratione ætatis præcedere de-
beant fratribus Regis iunioribus? Et pro patruis concludit idem Til-
letus *dicto loco*, cuius, quod iura Galliæ, quum maxime regalia
& primigenia, quippe Protonotarius & à ſecretis arcaniſsimis,
quaſi in ſcrinio pectoris ſui regiſtrata habuerit, merito fidem ſequi
tenemur Quam & Acta publica confirmant. Namque Dux Burgun-
diæ, quod eſſet patruus Regis, in Parlamento ſeu Curia parium ante-
ceſsit Ludouicum Francum Ducem Aurelianenſem, fratrem vnicum

Regis

Digitized by Google

Regis Caroli V. anno MCCCLXXXVI. menſe Martio; Tillet. *d. loco*: atque ita ipſis triginta annis poſt Aureæ Bullæ publicationem, quæ cum huius ipſius Regis, tum Delphini Viennenſis & Principis Imperii, ſuffragio, conſenſu, adſtipulatione & præſentia fuit conſtituta & confirmata, vt teſtatur Imp. Carolus IV. Aug. in *Aur. Bull. c.* 24. Auctor *magni Chronici Belgici pag.* 306 Freherus in *comment. de Teſtam. tutela curaque Elector, c.* 12. *n.* 14. Similiter Dux Bituricenſis eadem ætatis ratione prępoſitus fuit Ducibus Burgundiæ & Aureliæ, in conſilio Regis Caroli VI. anno MCCCXCV. die X. April. nec ibi modo, verum in ipſo etiam iudicio & cauſa parium, anno MCCCCVII. die XVIII. April. & ſeqq. Tillet *ibidem*. Et in conuentu generali Blœſis habito, anno MDLXXVI. *Rex in ſublimi loco ſub vraniſco ſedebat; ad dextram infra ipſum Regina parens, & rurſus inferius Carolus Cardinalis Borbonius, Franciſcus & Carolus Borbonij fratres, Ludouicus Borbonius Monpenſeriæ Dux, & Franciſcus Delſinus Princeps* F. &c. vt ſcribit Thuanus *Hiſtoriar. lib.* 63. *f.* 110. *col.* 1. Ecce tibi Franciſcus Franciæ Delphinus & Princeps, Dux Andium, Regis frater, quia natu minimus, omnibus agnatis Regiis poſtponitur etiam in actu publico & ſolennibus Regni Comitijs.

4. Hinc & alia quæſtio vertitur, nempe an proximior præferri debeat ſeniori ex iure Francorum, id eſt, prærogatiua primogenituræ? Et pro ſeniore aduerſus proximitatem deciſum eſſe tradit ſæpe laudatus Tilletus; *La Maieſté*, inquiens, *Royale & l' ordre de nature ſont preſeance contre la proximité, comme cy deſſus ha eſté dit des oncles paternels & freres des Roys regnans, les freres plus proches de la Couronne ſont precedez par les oncles plus eſloignez & les dits oncles & freres par les Rois d' autres Royaumes plus eſloignez de la Couronne de France*; cap. de Barons & Pairs de France. Itaque *au lict de Iuſtice tenu par le Roy Charles VI. le* 10. *Auril.* 1396. *Pierre Meſſire de Nauarre plus proche de la Couronne, fut pracedé par le Duc de Bourbon, chef de ſa Maiſon plus esloigné*; idem Tillet. *d. cap. de Barons & & Pairs de France*. Et in coronatione Franciſci II. Regis Franciæ, Antonius Borbonius Rex Nauarræ principem locum ante Alexandrum proximum Regis fratrem, qui poſtea Henricus dictus eſt, tenuit; Thuanus *Hiſtoriar. li.* 27. *anno* 1561. *f.* 565. *col.* 1. *in fi.* vbi tamen addit, Reginam de liberis ſuis ſolicitam, ne præiudiciũ inde legitimę eorũ ſucceſſioni fieret, primo mutauiſſe, principe loco fratri Regis attributo in inauguratione Caroli IX. Regis.

5. Ex-

5. Exinde noua ſuboritur quæſtio An princeps remotior, qui eſt caput familiæ, & in ſacra ſcriptura vocatur *Senior*, præcedere debeat principem proximiorem, qui non ſit caput familiæ? *Le Roy Charles VI. & le Roy Charles VII. au iugement du Duc Iean d'Alençon, donné à Vandoſme le 10. Octobr 1458 ſemblent avoir vuidé le preſant different, & tenu pour le chef de ſa maiſon plus esloigné, non pour la proximité de la Couronne. Charle Duc de Bourbon, chef de ſa maiſon plus esloigné, fut aſſis audit iugement au deſſus des Comtes d'Angouleſme & du Mayne, plus proches n'eſtans chefs de leurs maiſons Et de Comte d'Eu, chef de la brauche d'Artois, au deſſus du Comte de Vendoſme plus proche de la Couronne. n'exſtant chef de ſa maiſon. & au dit Comte d'Eu paroiſt, que ce ne fuſt pour dignité feodale. Car il n'eſtoit que Comte, non plus que celuy de Vendoſme, ne pour proche alliance*: Verba ſunt Tilleti dict capit. *de Barons & Pairs de France*. Ex quibus eluceſcit, etiam hanc quæſtionem fuiſſe determinatam pro ſeniore familiæ. Cuius deciſionis hoc quoque refertur documentum; *Au ſacré du Roy Loys XI. le Duc de Bourbon plus eſloigné de la dite Couronne, chef de ſa maiſon, preceda les Comtes d'Angouleſme & Neuers, puiſnez des brauches d'Orleans & Bourgoigne plus proches de la dite Couronne*; idem Tilletus in cap. *des princes du ſang. &c. fol.* 316. Queis & hæc addas licet exempla quæ ſequuntur. Anno Domini MCCCXCVI. die 11. April. in Conſilio Regij Parlamenti Rege præſente, ſedebant ordine Dux Bituricenſis Dux Aurelianenſis, Dux Burbonius, Petr. Nauarrenus, Filius Ducis Burbonij, &c. idem Tillet. in *cap. des Gouuerneurs & Lieutenans generaux du Roy, &c. fol.* 59. Anno MCCCCIV. in Regio Parlamento ſedebant, Rex Nauarræ, velut Dux Burboniæ, Dux Bituricenſis, & Dux Burbonius. patrui Regis, &c. Idem *dict. cap.* Anno MCCCCVII. in Conſilio Parlamenti primam ſedem tenebat Ludouicus Rex Siciliæ, tanquam Dux Andegauenſis; alteram Dux Viennenſis. primogenitus Regis: quem ſequebátur Dux Bituricenſis, Dux Burbonius, & Dux Bauariæ, vt Comes Mortaniæ, &c. Idem *ibidem*. Anno MCCCCXIII. in Conſilio Regio ſedebant Rex Franciæ; Ludouicus Rex Siciliæ, Dux Andegauenſis, *ſon couſin germain*; Dux Viennenſis, Delphinus, & primogenitus Regis Franciæ; Dux Bituricenſis, Dux Aurelianenſis; Comes Alenzonius; Dux Burbonius; Comes Vertuſius; Comes de Eu; Dux Barrenſis; Ludouicus Dux Bauariæ, vt Comes Mortaniæ, &c. Idem *inibidem*.

6. Sed hoc loco non ab re quæri poteſt, quiſnam intelligatur eſſe *caput familiæ*? Id nos docet idem ipſe Tilletus in hæc verba; *Chef de ſa maiſon s'entend le chef de la branche, au quel les pleines armes de l'appennage appartiennent. maintenant le Prince de Nauarre eſt ſeul chef de la maiſon de Bourbon*; in cap. de Barons & Pairs de France. Hodiè verò eſt Princeps Condæus, vt patet ex eius nupera *Epiſt. ad Reginam matrem*, &c. Caput ergò familiæ eſt, quem appellant primum Principem; Petr. Canaius à Fraxinis in *Reſponſ. ad tract. Zampini de ſucceſſ. prærogatiua primi Princip. Franciæ, nu.*7. ſiue Principalem domus, in quo, tanquam in capite, ſtet ſplendor geniturę; Baldus in *l. vlt. in fin. C. pro ſocio*, Guilhelm. Montiferratus in *tract. de ſucceſſ. Regum, quæſt.* 1. *&* *q*. 3. & qui ſolus inſignia plena atq; ſimplicia defert: Vincent. Sigault in *tract. de Fact. Princip. cap. tertio regali*, Carol. de Graſſalio *lib. 1. de Regalib. Franciæ, ca. 17. n.* 32. E. D. L in *Apolog. Catholic. c. 1. n.* 18. Lud. Molina I C. *lib. 2. de primigen. Hiſpan. cap. 14. n. 1. & ſeq.* Ant. Theſaurus *lib. ſingulari Quæſtion. forenſ. & practic. quæſt. 34. n.* 4. quum cęteri agnati aliquid admiſcere cogantur, quo diſcrimen appareat; Tiraquellus *de Iure primigen. in præfat. n.* 137. *in fin.* Vt titulis renũciatis maiorũ, contenti minorib. (retento tamen familiæ nomine) ſortis bonorumq; ſuorum modulo ſe haud impares vel re vel nomine gerant: idem Tiraquell. *d. tract. quæſt.* 33 Beſoldus *lib. 1. Diſput. nomicopolitic. diſſert. 5. n.* 9. Ita quidem moribus Franco-Gallorum.

7. At noſtris Franco-Germanorum inſtitutis, præſertim Saxonũ, quum iura appennagij ſint incognita, omneſque pariter vtantur plenis armis Ducalibus, & æquis partibus plerunq; inter ſeſe ipſos Principatus ſortiantur, nec ab aliquo Protogene ſeu capite familiæ teneant per homagium, nec per paragium; Roſenthal *de Feud. c. 9. concluſ. 56. & ſeqq.* Knichen *de Saxon. non prouoc. priuileg.* Verb. *Ducum, cap.* 3. Iohan. Rudingerus *lib. 1. quæſt. feudal. cap* 51. Betſius *de pact famil. illuſtr. c. 9. fol.* 543. Beſoldus *Diſput. nomicopolit. lib. 1. diſſert. 6. n.* 5. Iohan. Iulius Montenſis in *Diſcurſu verè iuridico de ſucceſſ. Iuliacenſi. verſ. Hinc planè*, & alibi: adeò vt propter parem hanc ordinis dignitatem, Principum & Comitum liberi cenſeantur eſſe ipſa etiam patria poteſtate exempti: Betſius *d. tract. de pact. famil. illuſtr. cap. 8. fol.* 435. Vnuſquiſq; Princeps exiſtimatur eſſe caput familiæ, qui eſt Princeps dominãs ſiue regens, id eſt, Aulam cum Principatu inſtitutam tenet, nobiſq; Germanis vocatur ein regierender

Herr

Herr. Auctor tractatus *de Comitiis Auguſtæ Vindel. anno MDLXXXII. celebratis, cap 6.* Goldaſtus in Politiſchen Reichshändeln / *part. 22. n. 1. fol. 931.* Gylmannus in *Sympboremat. tom. 2 part. 2, vot. 34. in princ.* Lehmannus *lib. 7. Chron. Spirenſ. cap. 124. n. 6.* exceptis perpaucis quibuſdam Domibus, quarum nouis pactis poſtgeniti à regimine Principatus excluduntur; Beſoldus *Diſput. nomicopolit. lib. 1. diſſert. 5.* Auctor deß Tractetleins / wie ein Fürſtlich Hauß zuerhalten / &c. Cuiuſmodi Princeps non regens vocatur ein abgeſundener Herr / Latinè *Domicellus*; idem Beſold. *d. diſſert. 5. n. 11.* aut verius *Domicellus*; id eſt, iunior vel minor Dominus, Juncker / vt *lib. 2.* docebimus.

8. Quæ conſuetudo conuenire videtur cum politia Moſaica, in qua ſeniores familiarum dicti fuerunt ab ætate ad gubernandum idonee adhibita; Thom. Milles *de Nobilit. politic. cap 2 & κατ' ἐξοχὴν* capita patrum, capita tribuum, principes, capita militum, &c. Idem *d. cap. fol. 5.* & Carol. Sigonius *lib. 7. de Republ. Hebræor. cap. 6.*

9. Quid autem faciendum, ſi nullus adſit Senior & caput familiæ? Reſpondet Tillet. *Quand ne ſe trouue en vne aſſemblee aucun Prince du ſang, chef de ſa maiſon, les autres ont rāg ſelon la proximité de la Couronne*; in d. cap de Barons & Pairs de France: hoc eſt, vt is, qui proximior eſt, præcedat remotiorem æquænū aut natu minoré, nulla habita alterius conditionis, niſi Regiæ aut Pariæ ratione, quemadmodū ipſus ſeſe Tillet. explicat in verbis præcedentib. illis ſcil. *l'ordre de nature fait preſeance cōtra la proximité* &c. alioquin ſibimet repugnare videretur, niſi cōmoda hac interpretatione collationem vtriuſq; ſententiæ mitigemus.

10. In Anglia paulò diuerſior eſt ordo Principū Regiorū in ſedendo, præſertim in ſupremis Regni Comitiis, Neq; tamen ille etiam ipſe vſquequaq; ſpectat proximitatē ſanguinis. Namq; ſuper eorū gradu & præeminentia in hunc modū ſtatuit Henricus VIII. Rex in *Statuto Parlamentario*, vt ſcilicet ſupra omnes Officiarios & Duces ſedeant, primo loco Regis filius, dein Regis frater; tum Regis patruus; poſtea Regis nepos; denique ex Regis fratre vel ſorore nepotes; vt refert Thom. Milles in *de Nobilit. politic cap. 2.* Vbi vides patruos, ſolius ætatis intuitu, præponi nepotibus tam rectâ lineâ deſcendentibus, quàm tranſuerſa. Et quis ambiget, quin idem fuerit inter ipſos quoque nepotes obſeruatum, vt ſcilicet maior natu minori præferretur?

CAPVT XXII.

De præſidentia ſeniorum Principum in Germania.

1. IN Germanico noſtro Imperio Principibus iuſti & æqui ſemper tenacibus, tam conſtans & perpetua fuit voluntas ætati hunc honorem tribuendi, vt ne controuerſum quidem vnquam fuiſſe meminerimus ſuper hac prærogatiua, quin iuniores vltrò ſponteque ſenioribus lubentes meritò ceſſerint; Ant. Colerus in *Diſputat. de Iure Imperij Germ an. ſect. 54. nu 3* in tantum vt ne ſeniores quidem vnquam cogitarint huinſcemodi πρεσβεῖον in ſuos ſiue fratres ſiue filios deriuare, quin ſpes vnumquemque ſua perpetim foueret eundem honorem à iunioribus conſequendi, quem ipſe ſenioribus exhibuiſſet; Illuſtriſſ. & Clementiſſima Duciſſa Mater in wehrhafften vnnd gegründten Bericht/ *part 3. fol. 60.* Tanta fuit inter eos mutua beneuolentia, vicaria humanitas, & animorum coniunctio. Non admodum multis abhinc luſtris primum ambigi ea de re cæpit, & adhuc ſub iudice lis eſt. Nos rationes decidendi ab exemplis petemus, quorum antiquitas; Matago de Matagonibus ſiue potiùs Franciſ. Hotomanus in *Monotoriali ad Ant. Matharelli Antifrancogalliam n. 11* & generalis obſeruantia, quæ hominum memoriam exceſſerit, habet vim decreti, veritatis & iuſtitiæ; Baldus in *cap. 1. Qui feuda dar poſſ. in vſib. feudor.* Carolus de Graſſalio *lib. 1. Regalium Franciæ cap. 17.* & iure conſtituti loco habenda eſt; Marzarius *conſil 26. n. 33.* Perindè ac ſi Imperator nominatim lege ac priuilegio ſanciuiſſet, vt is præcederet, qui ſolitus eſt ab antiqua conſuetudine; Elbert. Leoninus *conſil. 1. n. 8. 9. & 20.* Petrus Enriquez *conſil. 71. n. 2.* Quæ diuturna & inueterata conſuetudo iam in legem verſa eſt. & vim legis generalis obtinet, *l. 32. & ſeqq. de leg.* ſeu legem imitatur, *§. 9. Inſtit. de Iur. natur. Gent. &c* εἰς μίμησιν τοῦ ἐγγράφου νόμου, Theophil. Antecesſ. in *paraphraſi.* ideoque ſanctè παραφυλάττειν δεῖ τὸ ἔθος καὶ τὴν συνήθειαν, Harmenopulus *lib. 1. Prochir. tit. 1.* id eſt, vt Theodoricus Rex interpretatur, *ſequi conuenit vetuſtatem, quæ ſuo quodam priuilegio, velut debita, quæ fiunt, expoſcit;* apud Caſſiodorum *lib. 6. Variar. formul. epiſt. 10* Cuius inſcriptio eſt; *Quod antiqua conſuetudo ſeruetur.* Denique, ne longum faciamus, Imp. Fridericus I. Aug. in Decretis Gelenhuſenſibus anno 1184. §. 4. *Facile mutari non poſſunt, quæ ex longa antiquitate vſus in conſuetudinem vertit.*

vertit, imò ipſa conſuetudo à progenie in progeniem deſcendens, quaſi iuſta probatione roborauit; apud Helmoldum preſbyterum Buzouienſem in *Chron. Slauor. lib. 3. cap. 18.*

2. Tam vetus autem & antiqua hæc eſt conſuetudo inter Germaniæ Principes, vt iuniores priorem ſuperioremque locum cedant ſenioribus, vt non modò hominum memoriam excedat, nec triginta tantum, aut quadraginta, aut quinquaginta, aut centum annorum curriculo præſcripta ſit, ſed ipſam adeò mille annorum durationem longe ſuperet, vt ex ſubſequentibus patet documentis.

3. Primum locum occupant antiquiſſimi Francorum Reges Merouingij, ex ipſa antiquitatis, quam aſſerimus, prærogatiua. Namque anno Domini DXXXIX. Reges Francorum Childebertus primus & Clotharius primus fratres Germani, Clodouæo Primo Rege Chriſtiano prognati, conuentum generalem Procerum vtriuſq; Franciæ, tam Germanicæ quàm Gallicanæ, in Vrbe Colonia Agrippina celebrarunt, in quo Clotharius licet eſſet potentior pluriumque Regnorum heres ac dominus, inſuper Adminiſtrator & Curator Theodeberti nepotis ex fratre primogenito Theodorico I. Rege, tamen quia quartogenitus & minor natu erat, priorem locum fratri Childeberto ſecundogenito de iure conceſſit, vt videre eſt in *Additionibus ad legem Saluã*, & in Goldaſti *collect. Conſtitut. Imperial tom. 3. fol. 116.* Conſimiliter anno Domini DXCI. conuentum generalem Andelauię in Alſatia, cum Magnatibus Germaniæ & Galliæ habuerunt Guntherannus Rex Galliæ, & Childebertus II. Rex Germaniæ: in quo Guntherannus ætatis priuilegio, quippe patruus, præceſſit Childebertum nepotem ex fratre Sigeberto, licet primigenij Regni dominum, vt videre eſt in Decretis eorum comitiorum apud Gregorium Epiſcopum Turonenſem *lib. 9. Hiſtor. Francor. cap. 20.* in Goldaſti *Collect. Conſtit. Imperial. tom 1. fol 13.*

4. Merouingiis Regibus noſtris ſucceſſerunt Carolingij. De quibus hæc notauimus paradigmata. Notum eſt Lotharium Primum Imperatorem fuiſſe Ludouici Pij Imperatoris primogenitum, & maiorem natu fratribus Ludouico Germaniæ, Pipino Aquitaniæ, & Carolo Galliæ Regibus; Regino Abbas Prunienſ in *Chron. anno DCCCXLII.* ibi; *qui & maior natu erat, & Imperator appellabatur* Auctor *Annal. Francor. ſub anno* 817. Hincmarus Archiepiſcopus Rhemenſis *Epiſt. 1. cap. 4.*

ibi: *quoniam ipſe primogenitus, & in nomine Imperatoris erat*, Agobardus Archiepiſcopus Lugdun. in *Epiſt. ad Ludouicum Pium Imperat.* in Goldaſti *S. Rom. Imperij Monarchia, tom. 2. fol. 1.* Hic ergò Lotharius, morte obita, tres reliquit filios, Ludouicum II. Imperatorem, Lotharium Lotharingiæ, & Carolum prouinciæ ſeu Aquitaniæ Reges. Nihilominus legimus patruos Lodouicum & Carolũ cognomento Caluum fuiſſe ſuis ex primogenito nepotibus prælatos in Comitiis Confluentiæ ad Rhenum habitis Anno Domini DCCCLX. in quorum Decretis præſcribitur; *Glorioſiſſimi Reges noſtri Ludouicus, Carolus atq; Lotharius inter ſe fecerunt.* Et poſt ibi; *Ludouicus & Carolus frater eius, nepoſq; eorum Lotharius cum primatibus ſuis*, &c. apud Fuldenſem Monachum in *Annalib. Franc. anno* 860. Baronium Cardinal. *tom.* 10. *Annal. eccleſiaſt. anno* 860. *n.* 13. in Goldaſti *Collectan. Conſtit. Imperial. tom.* 1. *fol.* 192. Sic etiam Lodouicus cognomẽto Balbus Rex Franciæ Occidentalis filius quartogeniti, præceſſit Ludouicum Regem Orientalis Franciæ, filium ſecundogeniti, in Comitiis apud Marſuam inchoatis, & Furone finitis, anno Domini DCCCLXXIX. vt legitur apud Aimoinum *lib. 5. de Geſtis Francor. cap.* 38. Auentinum *lib. 7. Hiſt. Boior. fol.* 345. in Goldaſti *Collect. Conſtit. Imperial. tom 3. fol. 233.*

5. De Cappeuingiis Francor. Occidentalium Regib. ſuperiori capite exſecuti ſumus: nec plura repetẽda eſſe neceſſarium exiſtimamus. Quapropter ad cæteros Imperij noſtri Ordines conſequens eſt vt progrediamur. Et primo quidem loco de Archiprincipibus Electoribus diſquiremus, quia ſunt columina Imperij, Regibuſq; ipſis æquiparantur, quin adeò in actibus Imperij ſolemnib. præcellunt in ſtando, eundo, ſedendo, votando, &c. ſi qua fides eſt ſanctioni Aureæ Bullæ *cap.* 6. & ipſorummet atteſtationi Electorum apud Ioh. Antonium Campanum Epiſcopum Aprutinum, & pontificis Romani Oratorem, in *Epiſt. ad Cardinalem Papienſem de geſtu comitiorũ Ratiſpon. anno MCCCCLXXI.* celebratorum, nec non in Reſcripto Electorum ad Carolum V. Imperatorem ſuper egreſſu & ingreſſu Principum, &c. apud Georg. Cæleſtinum in *Hiſtor. Comitior. Auguſtan. anno* 1530. & in Goldaſti *Collect. Conſtit. Imperial. tom. 3. fol.* 309. denique in Decreto Rudolphi. II. Imper. de anno MDXC. die XXVII. Iulij, apud Bruningũ in *Diſput. de variis vniuerſ. ſpecieb. th. 10. lib.* 6. Quorum auctoritatem comprobant Petr. Hei-

gius

gius *part.1. Quaeſt.iur.cap.*4 Schraderus *de Princip.inſtit.in princ.* Dieterus in *Diſput.de ſumma ſummi Imperij poteſt.concluſ.* 83. Bruningus in *d.diſput. th.*10 *lit.b.* Michael Schiferer Pannonius ſiue eius Doctor Dominic. Arumæus in *Differt.de Orig.Elector.th.*15. Tum deinde ſingulas ordine Principum Illuſtriorum familias conſiderabimus, & exempla magis ſimilia, ad caſumque noſtrum accommodatiora, ex collateralibus lineis producemus.

6. In Sereniſſima & ſuperilluſtriſſima Domo Regum Bohemiæ, vt longius & ab vltima memoria repetitis exemplis ſuperſedeamus, quæ refert Ant. Colerus in *Diſput. de Iure Imperij German.ſect.*69.*n.*1. *& ſeqq.* memorabile eſt, quod de Vdalrico Duce ſupra memorauimus, qui primatũ ſibi ob excellentem virtutem & multa pręclara in Rempubl. merita delatũ vltrò conceſſit fratri Sobieslao natu maiori in Comitiis Ratiſponenſib. anno Domini MCLXXIV. in quib. ſecundas à fratre maluit tenere, quàm naturæ ordinem inuertere, teſte Hageccio in *Chron. Bohem.fol.*267. Iodocus Marchio Morauiæ & Sigiſmundus Rex Hungariæ fuiſſe fratrueles memorãtur: quorũ ille, tametſi tertiogenito filio Iohanne natus, tamen Sigiſmundo, qui primogeniti Caroli IV. Imper. filius fuit ſecundogenitus, itaq; ex vera paternali linea directa deſcendebat, præpoſitus perhibetur propter grandiorẽ ætatem nõ in honore ſolùm, ſed ipſa etiã Imperij dignitate à quibuſdã Electorib. & ipſo abdicato Imperat. Wenceslao, Sigiſmundi germano primogenito: idem Hageccius in *Chron.Bohem.* Gerhard de Roo *lib.*4.*Hiſt. Auſtr.* Wilhelm. Kyriander *part.*14. *Annal.Treuerenſ.* Iohan. Auentinus in *Annalib.Boior.* Iac. Mayerus *Annal.Flandriæ lib.*15. Andr. Angelus in *Annalib. Marchiæ Brandenb.fol.*194. Betſius *de pactis famil.illuſtr.fol.*324.*& ſeq* Ant. Colerus in *d.diſput.de Iur.Imper.Germ ſect.*69.*n.*3.

7. In Sereniſſima & ſuperilluſtriſſima Domo Comitũ Palatinorũ clariora & expreſſiora exſtãt huius obſeruãtiæ veſtigia. Nos pauca quędã, ſtudio breuitatis, apponemus. Quid.n. attinet cõmemorare, Rudolph. & Rupertum nepotib. ſuis ex fratre primogenito Electore anteceſſiſſe, quum res ſit iam vulgò nota? & refert Ant. Colerus in *Diſput.de Iure Imper.Germ.ſect.*69.*n.*4. Tempora propiora cõtemplemur, & quæ minus habent cauillationis. In quib. ordinem tantũ ſedendi recenſebimus ſuper ætatis antecedentia Lectorẽ ad ſchematiſmos genealogiarũ, quos ſeparatim exhibebimus, remittendo. An. Domini MCCCLXXXVII.

in conuentu Mergethemenſi; Rupertus Senior, Rupertus Iunior Stephanus Fridericus & Iohannes Fratres, Comites Palatini Rheni & Duces Bauariæ; apud Lehmannum in *Chron. Spirenſ. lib 7. cap. 68* Anno Domini MCCCCXVII. in Conſilio Conſtantienſi; Erneſtus, Wilhelmus, Henricus & Otto, Comites Palatini Rheni & Duces Bauariæ; in Decreto Sigiſmundi Imp apud Gaſp. Ens in *Faſciculo controuerſ. Mulhemenſ.* & in Goldaſti Reichsſatzungen *tom. 2. fol 97*. Anno Domini MCCCCLXVI. in comitiis Norinbergenſibus ponitur Lodouicus Dux Bauariæ Bipontinus ante Sigiſmundum & Albertum Duces Bauariæ; Reichsſatzungen *tom 2 fol. 164*. Anno Dom. MCCCCLXXX. in Comitiis Electoriis Francofordiæ celebratis, narrantur comparuiſſe Iohannes Dux Bauariæ in Spanheim, Rupertus Dux Bauariæ, Caſpar Dux Bauariæ in Feldentz. Auctor tractat. *de Election. Maximil. I. Imperatoris* in Goldaſti *Politic. Imperial. part. 1. tract 4*. Anno Domini MD. in Comitiis Auguſtanis Albertus Dux Bauariæ anteponitur Georgio Duci Bauariæ; Reichs Abſchied *fol 6. in fin.* Anno Domini MDXII. in Comitiis Treuerenſibus & Colonienſibus, Fridericus Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ & Adminiſtrator; Iohannes Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, Comes in Spanheim; Reichs Abſchied *fol. 94*. Adminiſtrator autem Fridericus fuit nepotum ſuorum ex fratre primogenito, ſcilicet Ottonis Henrici & Philippi fratrum Germanorum. Anno Domini MDXXI in Comitiis Wormatienſibus; Fridericus Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ & Adminiſtrator; Vilhelmus & Ludouicus Duces Bauariæ; Otto Henricus Dux Bauariæ; Iohannes Dux Bauariæ in Spanheim; Ludouicus Dux Bauariæ in Veldentz; Reichs Abſchied *fol. 136*. Auctor *Catalogi Principum Imperij qui in dictis Comitiis comparuerunt*, in Goldaſti Politiſchen Reichshändeln *part. 21. tract. 3. fol. 942*. Anno Domini MDXII. in Comitiis Ratiſponenſibus, & Anno MDXLII. in Spirenſibus, Rupertus Dux Bauariæ Bipontinus præponitur Duci Wolſgango, ſuo ex ſeniore fratre Ludouico nepoti; Reichs Abſchied *fol. 260 & fol. 281*. Martinus Bucerus in *Actis Colloquij Ratiſponenſ.* & in Goldaſti *Collect. Conſtitut. Imperial. tom. 2. fol. 221*. In Pactis hereditariis anno MDXLV. inter Palatinos initis, Iohannes Dux Bauariæ Simmerenſis antefertur Wolſgango ex vera paternali priuilegiata lineâ directè deſcendenti (quippe qui & Electo-
cis

ris defuncti filius , & regnantis frater germanus, in ſuperiorique Palatinatu Vicarius exſtiterit) quanquam biennio tantum minori; Pfaltz Newburgk kurtzer vnd wohlgegründter Bericht/das die Vormundtſchafft/ꝛc. *fol.66.& fol.69.* Zeſchlinus in *tract.de tutel. Elector.legit.cap.7. n.41 f.43.& 52.* Ant. Colerus in *Diſput.de Iur.Imp.Germ.ſect.69.n.5.* Et in pactis hereditarijs anno 1551. conuentis, idem Iohan. iterum Wolfgango nepoti; & hic viciſſim filiis Iohannis patrui, Friderico & Georgio, ſuis fratruelibus, ætatis reſpectu; Pfaltz Newburgk Bericht / ꝛc. *fol.70.& 79.* Zeſchlinus *d. cap. 1.n.42.fol.45.& ſeqq.* Anton. Colerus in *d. diſputat. ſect.69.n 6* Anno 1562. in Comitiis Electorijs Francofordiæ frequentatis. Georgius Simmerenſis & Wolfgangus Bipontinus prælati fuerunt Ludouico & Iohanni Caſimiro, Electoris Friderici III. filiis; in Goldaſti Reichshandtlungen *fol.277.* & in eiusdem Politiſchen Reichshändeln / *part.1. tract.9.fol.80.* Colerus *d.ſect.69.n.7.*

8. In Sereniſſima & ſuperilluſtriſſima Domo Ducum Saxoniæ haud pauciora adferri poſſunt monumenta in hanc ætatis obſeruantiam, tam ex Domo veteri Anhaldina, quam hodierna Miſnica; Anton. Colerus in *d. Diſputat.de Iure Imperij German.ſect.54.n.3.& ſect. 69. n.8.& ſeqq.* Et ne hic quoque longius exempla arceſſamus, conſtat Wenceslaum tertiogenitum Rudolphi Primi Electoris filium ſemper fuiſſe nepoti ſuo Alberto ex fratre Ottone ſecundogenito in vniuerſa honorum præcellentia antelatum; Colerus *dict. ſect.69.n.9.* Cui rei fidem faciunt Caroli. IV. Imp. Diplomata, quorum vnum Budiſſim in aſcenſione Domini, anno 1363. & alterum Furſtenbergæ Dominica Inuocauit, anno 1370. item Inſtrumentum Rudolphi Iunioris Electoris, Wenceslai & Alberti Ducum Saxoniæ, Gebhardi Nobilis Domini Querfurdenſis & Agnetis Abbatiſſæ Quedlinburgenſis, datum in die 5. Vdalrici anno 1369. & alterum in die S. Gregorij, anno 1359. quæ ab Illuſtriſſima Ducilla Matre in ſuo Scripto producuntur. Auctoritatē addit eiusdem Caroli IV. Imp. *Bulla Metenſis de ſucceſſ. Elector. Saxon. anno* 1357. *& Francofurtenſis anno* 1376. quam habes in Goldaſti *collect. conſtit. Imperial.tom.1.fol.372.* & Wenceslai Regis Romanor. *Bulla Aquisgranenſis anno* 1376. in quibus conſtanter priores partes Wenceslao dantur tanquam ſeniori; Alberto denegantur, tametſi pater eius Otto ſenior fuerit fratre Wenceslao. Ita quidem fuit in domo Anhaldina.

haldina: à cuius conſuetudine nunquam diuertit hodierna domus Miſnica. Anno Domini 1486. in Comitijs Electoriis Francofurtenſibus, primo loco fuiſſe Albertus Dux Saxoniæ, altero Fridericus Dux Saxoniæ, tertio Iohannes Dux Saxoniæ, traditur in tract. *de Elect. Maximiliani Primi Imp.* in Goldaſti *Politic. Imperial. part. 1 tract. 4. fol. 86.* & tamen Fridericus ille fuit Electoris Erneſti primogenitus & heres. Pariliter in Friderici III. Imperatoris Confirmatione priuilegiorum Ducum Saxoniæ, facta Norinbergæ anno 1487. in pactis hereditariis Ducum Saxoniæ & Landgrauiorum Haſſiæ, ratificatis Erfordiæ die Mercurij poſt natiuitatem Mariæ, eodem Anno 1487, in Pactis denique hereditarijs Domorum Saxoniæ, Brandenburgiæ & Haſſiæ, conuentis Norimbergæ eodem Anno, conſtantiſſimo omnium conſenſu idem Albertus, veluti ſenior, prædicto Iohanni nepoti ſemper antepo nitur. Anno Domini 1545 in comitijs Ratiſponenſib. Henricus Dux Saxoniæ ante Iohannem Erneſtum, Electoris fratrem reſediſſe ſcribitur apud Bucerum *in Actis Colloquij Ratiſponenſ.* & Colerum *d. ſect. 69. n. 12.* & in Goldaſti *Collect. Conſtitut. Imperial. tom. 2. fol. 221.* Cui Iohan. Erneſto ſuo propatrueli etiam Mauritius, dicti Henrici filius, licet ſesquitantum menſibus prouectior, anteiuiſſe perhibetur; in Illuſtriſſ. & Clementiſſimæ Duciſſæ Matris Warhafften vnnd Gegründten Berichts / *ꝛc. part. 3. fol 55.*

9. In sereniſſima & ſuperilluſtriſſima domo Marchionum Brandenburgenſium, paria occurrunt non vna præiudicia, ſiue vetuſtam illam ſpectes Wettinenſem, ſiue Anhaldinam, ſiue hodiernam Zolleranam; Anton. Colerus in *Diſput. de Jur. Imper. German. ſect. 69. n. 14. & ſeqq.* Namq; de Ottone 3. eius nominis Marchione Brandenburgenſi relatum ab Hiſtoricis recolimus, quod circa annum Domini 1256. ſuis ex fratre Iohanne Electore nepotibus, Iohanni, Ottoni & Conrado per natalium conditionem fuerit prælatus; Dauid Chytræus in *Saxon. lib. 1. fol. 38.* Hieronym. Henninges in *Genealog.* Elias Reuſnerus in *Baſilic. genealog. fol. 430.* Sed inter Zolleranos quo propiora nobis, ita magis perſpicua ſunt exempla, quæ quam breuiſſime poterimus, paucis ſubnectemus. Georgius Marchio Onſpacenſis ex prærogatiua ætatis priorem locum obtinuit præ Iohanne Marchione Cuſtrinenſi, Ioachimi I. Electoris filio ſecundogenito; in *pactis hereditarijs* Domorum

rum Saxoniæ, Brandenburgiæ, & Haſsiæ, *die Luna poſt Dominicam Iudica, anno* 1537. & in *Mandato die Luna poſt Palmarum* eodem anno publicato: necnon in earundem Domorum Schutzſchrifft ad S. Cæſar. Maieſtatē ſuper Controuerſia Burggrauiatus Magdeburgenſis dato Zeruestæ, *die XXIV. Februarij* M.D.XXXVIII. prætereain *Instructione* earundem ad Albertum Cardinalem, Electorem Moguntinum & primatem Magdeburgenſem, dato Zeruestæ *Sabbato poſt Cathedram Petri*, M.D.XXXVIII. denique in Comitijs Ratisponenſibus, Anno M.D.XLI. Reichsabſchiedt *fol.* 260. Colerus *d.ſect.69.num.* 15. quibus cum faciunt Chur Pfaltz gründe wieder Hertzog Reinharten Pfaltzgraffen/ *fol.* 33. & And. Angelus *libro tertio Annal. March. Brandeb. folio* 313. *& ſeq.* Nec huic tantum Iohanni ex linea Electorali actuali directa prognato; ſed ipſi etiam ſuo ex Caſimiro fratre primogenito nepoti Alberto, in Comitijs Ratiſponenſibus anno 1541. teſte *Supplicatione* Principum Imperij ad Cæſar. Maieſtatem pro Wilhelmo Duce Brunſuicenſi, *die* 17. *Maij*, Mart. Bucero in *Actis Colloquij Ratisponenſ.* & in Goldaſti *Collect. Conſtitut. Imperial. tom.* 2. *fol.* 221. Coler. *d. ſect.* 69. *n.* 16. in Comitijs Spirenſibus, anno 1542. Reichs Abſchied/ *fol.* 281. in Comitijs Norinbergenſibus, eodem anno; Reichs Abſchied *fol.* 290. Deniq; ipſe Iohannes Cuſtrinenſis vice verſa præpoſitus legitur Iohanni Georgio, ſuo ex fratre Ioachimo II. Electore Nepoti, in *Pactis hereditarijs* Domorum Saxoniæ Brandenburgiæ & Haſſiæ, Naumburgi renouatis *anno* 1555.

10. In ſereniſſima Domo Archiducum Auſtriæ non referemus ea quam ante adeptam Auſtriam, inter comites Habspurgicos exempla, cum in Franciſci Guillimanni *Habsburgiacis ſiue de antiqua & vera origine Domus Auſtriæ*, tum aliorum in monumentis obſeruantur: ſed ab ipſis iam Archiducibus documenta petemus. Et An. quidē 1405 Wilielmus Leopoldi Probi maximus natu filius præferri legitur Alberto IV. fratrueli, ex primigenia linea deſcendenti, non in honore modo ac dignitate, verum etiam communi Auſtriæ adminiſtratione; Cuſpinianus in *Deſcriptione Auſtriæ*, Wolfgang. Lazius in *Auſtria*, Iacobus Menlius in *lib. de Maiorum Dom. Maximiliani II. Imperat. defunctorum monumentis* &c. Gerhardus de Roo *lib.* 4. *Hiſtor. Auſtriaca.* Anno dein 1409 in tractatu pacis per Rupertum Cæſarem Viennæ inſtituto

ac confirmato, ponuntur hoc ordine; Leopoldus, Erneſtus, Fridericus fratres, & Albertus patruelis filius, &c. apud Gerhard. de Roo *d. lib.* 4. *Hiſtor. Auſtriac* Et in alio tractatu ſuper pacifica Auſtriæ gubernatione, Fridericus Imperator & Albertus fratres, Sigiſmundus, & Ladislaus Rex, &c. apud eundem *lib.* 6. *Hiſtor. Auſtr.*

11. In sereniſſima Domo Ducum Bauariæ, quid in vſu ac more ſemper fuerit poſitum, ex ijs licet condiſcamus, quæ ſuperius in Domo Palatina Electorali protulimus. Nam in Bauaria quoq; maiores non reſpexiſſe ad lineam antiquiorem ſiue potiorem, ſed ad priorem cuiusque perſonæ ætatem, auctoritatibus opinor euicimus à conſuetudine perpetua deductis. Quibus adde nunc Inſtrumentũ concordiæ initę inter Auſtriæ & Bauariæ Duces, datum Scherdingæ anno 1370. die 3. Calend. Octob. in quo recenſentur ſeriatim Stephanus & Albertus fratres, deinde illius filij Stephanus, Fridericus & Ioannes, apud eundum de Roo *lib.* 3. *Hiſtor. Auſtriac.* Vbi vides patruum Albertum anteponi ſuis ex fratre primogenito nepotibus.

12. In Illuſtriſſima Domo Ducum Sueuiæ, quæ & Alemania olim dicta, idem ætatis inſtitutum obtinuiſſe, procliue è vetuſtis literarum monumentis eruere. Exempli gratia, anno Domini 1110 Bertholdus II. Dux Sueuiæ & Fridericus I Dux Sueuiæ, comitati eſſe narrantur Henricum V. Aug. in expeditione Romana & Bertholdus primatum obtinuiſſe præ Friderico, licet Imperatoris nepote; in pacto Henrici V. Imp. cum paſchali Papa apud Wilhelmum Malmesburienſem *lib.* 5. *de Reb. geſt. Anglor.* Conradum Abbatem Vrſpergenſem in *Chronic.* Fr. Iuretum in *Obſeruat. ad Iuonis epiſt. pag.* 753. denique in Goldaſti *Collect. conſtitut. Imperial. tom.* 1. *fol.* 252. Itidem anno Domini 1166. in Comitijs Ratisponenſibus ſubſcripſerunt Conradus frater Imperatoris Dux Sueuiæ, & Fridericus filius Regis Conradi Dux Sueuiæ; in Friderici I. Imp. decreto ſuper Ducatibus Bauariæ & Auſtriæ in ead. *Collect. Conſtitution. Imperial. tom.* 1. *fol.* 283. *& fol.* 302. Vbi vides, Fridericum Ducem, licet ex linea priuilegiata deſcenderit, quippe Conradi III. Imperatoris primogenitus, tamen Conrado patrueli ætatis priuilegium ceſsiſſe.

13. In Illuſtriſsima Domo Ducum Brunſuicenſium, in quam & Luneburgenſis Ducatus eſt deuolutus, nõ minor ætati honor fuit; Anton. Cole-

Digitized by Google

Colerus in *diſp. de Iur. Imp. Germ. ſect. 69. n. 19.* Sed res vt eluceſcat, paulo altius repetenda videtur. Origo huic domui ab Alberto Magno Duce arceſſitur à Dauid. Chytræo in *Saxonia lib. 2. fol. 55.* Buntingio in *Chronolog. in fin.* Ioh. Letznero *lib. 3. Chron. Daſſel. & Eimbec. cap. 13.* Quæ in tres primarias familias diuiſa, in Grubenhagianam, cuius auctor Henricus Alberti Magni primogenitus: in Zellenſem: denique in Wolfenbutelenſem; quarum duarum poſteriorum fundator fuit Albertus II. cognomento Pinguis Alberti Magni ſecundo genitus; Zellenſis quidem per pronepotem ſuum Bernhardum primogenitum: Wolfenbutelenſis vero per Henricum pariter pronepotem ſecundogenitum, ex nepote Magno Torquato Duce Brunſuicenſi; Henninges in *Genealog.* El Reuſnerus in *Baſilic. genealog.* & Albizius in *ſtemmat. Chriſtian. Principum.* Nec tamen hinc vlla vnquam familiæ ſiue lineæ prioritas, ſed ſolius perſonæ conditio natiua in tribuendo honore obſeruata fuit. Quamobrem Wolfenbutelenſes Duces, quamuis ex poſtrema linea ortos, tamen animaduertimus, non raro Grubenhagianis ipſis & Zellenſibus anteponi: verbi gratia, anno 1566. in Comitijs Auguſtanis, anno 1570. in Spirenſibus anno 1571. in Francofurtenſibus, anno 1576. in Ratiſponenſibus, anno 1582. in Auguſtanis, in quibus Henrici Iunioris Ducis Wolfenbutelenſis Legatus ante Legatum Erneſti Ducis Grubenhagiani; itemque Iulij Ducis Wolfenbutelenſis Legatus, ante Legatum Wolfgangi & Philippi Ducum Grubenhagianorum, veluti minorum natu, sediſſe deprehenduntur: Reichs Abſchied *fol. 579 fol 624. fol. 652 fol. 673 fol. 705.* Auctor *Catalogi Principum, qui anno 1521. in Comitijs VVormatienſib. comparuerunt*, in Goldaſti Politiſchen Reichshändeln *part. 22. tract. 3.* Nicol. Mameranus in kurtzen vnnd eigentlichen Verzeichnuß ꝛc. deß Reichstages zu Augſpurg *Anno 1566. ſub titulo* Weltlicher Fürſten Botſchafften & Petrus Fleiſchman Heroldus Cæſareus in *Deſcriptione* deß Reichstags zu Augſpurg *anno 1582. ſub titulo* der abweſenden Chur vnd Fürſten Geſandten ꝛc. Conſimilis obſeruatio notatur etiam in *Pactis hereditarijs* Ducum Brunſuicenſium, ordinatis Zellæ die Martis poſt Pentecoſten, anno 1428. repetitis ibidem Dominica ante S. Georgij, anno 1442. & die Mercurij poſt Luciæ, anno 1460. vbi ex nominum contextu: Wy Berent/ Otto vnnd Wilhelm/ Frederick/ Hinrick/ Wilhelm/ vnnd Frederick: & iterum, Wy

Wilhelm/Frederick/Hinrick/Wilhelm/vñ Frederick/Bernt vñ Otto: colligitur, quod κρύφιον hoc Reipublicæ, vt ſcilicet linea lineæ etiam in honore habendo, qui ꝓprie τοῖς πρεσβυτέροις debetur, præferatur, fuerit Ducib. iſtis incognitũ, qui paſſi fuerunt, vt non ſolum Zellenſes, quippe à primogenito Bernhardo orti, verũ etiam Wilhelmus Dux Wolfenbutelenſis Friderico Duci Zellenſi; nec non Wilhelmus iunior & Fridericus Duces VVolfenbutelenſes Bernhardo & Ottoni Ducib. Zellenſibus, deniq; Henricus Dux VVolfenbutelenſis modo memoratis Bernhardo & Ottoni, anteponerentur. Sic Henricus Dux VVolfenbutelenſis præceſsiſſe legitur Henricũ iuniorẽ Ducẽ Zellenſem, in *Inſtrumento de conuentione pacis cum Ciuitate Braunſuicenſi*, cuius datum eſt die Mercurij poſt corporis Chriſti, anno 1494. & in *Pactis hæreditarijs* Ducum Brunſuicenſiũ, renouatis Mindæ in die S. Michaëlis, anno 1512. in *Actis homagial. ciuitat. Brunſuicenſ. p. 2. fol.* 487. deniq; in Conuentu Colonienſi anno 1505. cuius decretũ extat in Goldaſti Reichshandlungen prioris editionis *fol.* 45. Anno 1541. in Comitijs Ratiſponenſib. reſediſſe dicuntur Erneſtus Dux Brunſuic. & Luneburgenſis, Franciſcus huius frater, Philippus Dux Brunſuic. Erichus Dux Brunſuic. apud Mart. Bucerum in *Actis colloquij Ratiſponenſ.* & in Goldaſti *Collect. Conſtit. Imperial. to. 2. fol.* 221. Anno 1542. in Comitijs Nor bergenſibus & anno 1544 in Spirenſib. Henric. iunior Dux VVolfenbutelenſis ante Erneſtũ Ducẽ Zellenſem; Reichs Abſchied *fol.* 281. *& fol.* 307. Anno 1559. in Comitijs Auguſtanis, & anno 1566. pariter in Auguſtanis, eiuſdem Henrici iunioris Legatus ante Legatos Franciſci Ottonis, Henrici iunioris & VVilhelmi fratrum Ducum Zellenſium. Reichs Abſchied *fol.* 530. *& fol.* 579. Quin diſtracta rurſum familia VVolfenbutelẽſis in ſuas ſublineas, tantũ abeſt, vt à communi illa conſuetudine receſſerit, vt nec ordinem quidem vllum alium inter ſeſe, niſi quẽ dixi ætatis, cuſtodiri Duces voluerint, vt manifeſtum ſit ex Erici ſenioris Ducis *Inſtrumento pacificationis* cum Hildeshemenſibus, cuius eſt datum Dominica poſt S. Dionyſij anno 1521. & ex *Receſsibus Imperij VVormatienſi* anno 1521. *Spirenſi* anno 1529. *Auguſtano* anno 1530. denique ex *Fœdere Norinbergenſi* Ordinum Pontificiorum, cuius datum die 10. Iunij, anno 1538.

14. In Illuſtriſsima Domo Landgrauiorum Haſsiæ, quod olim fuiſſe Regnũ Cattorũ autumatur, nõ abſimilia nobis documẽta ſeſe offerunt.

Et

Et quanquã hæc Domus ex vera paternali linea ſecundigenia Ducum Brabantiæ, & quidẽ ab Henrico Duce Brabantiæ, primo Haſſiæ Landgrauio (ad cuius nepotẽ Henricũ II. cognomento Ferreũ, Haſſiæ Landgrauiũ, de iure Francorũ & legibus Imperij noſtri, deficiente linea primigeniali in Henrico VIII. Duce Brabantiæ & Limburgi, vterq; Ducatus anno 1470. reciderat) ex vera itidem maternali linea primigenia directa Landgrauiorũ Thuringiæ, ab ipſo primogenito S. Ludouic. Landgrauio Thuringiæ, q̃ olim putatur fuiſſe vetus Thuringorum ſeu Thyrigetarum Regnum promanarit, nõ tamen vſquequaq; huic primogeniture detuliſſe cernitur, quin ſemper noſtrũ hoc πρεσβεῖον intermicaret & concurreret. Quod ſicubi neglectũ eſt, factũ id oportuit reſpectu agnatorũ Brabantiæ Ducũ, vnde hoc reportarunt deniq;, vt in legitima gentilitiæ hæreditatis ſucceſſione ab exteris ſpernerentur & vincerentur. Qui fruct⁹ haud ſemel redundauit ex neglectu huius prærogatiuæ.

15. In Illuſtriſſima Domo Ducum Pomeraniæ, cui Ducatus quoque Sedinorum, Caſſubiorũ & Vinidorũ ſunt vniti, quis negabit hanc ætatis prærogatiuã in honore ac præcedẽtia inuiolabiliter fuiſſe cuſtoditã, niſi plane hoſpes & alienus rerũ publice geſtarum? Etenim Barnimus Dux Pomeraniæ ſecundogenitus conſtanter hoc ſibi ius vſurpare, non nolente nepote ſuo Philippo ex fratre Georgio primogenito, nec indignantibus Iohanne Friderico, Bugislao, Erneſto, Ludouico, Barnimo iuniore & Caſimiro fratribus, ſuis ex eodem Philippo pronepotib. notatur in *Fœdere Schmalkaldenſi* Proteſtantiũ Imperij Principũ renouato Dominica Inuocauit, anno 1537. & in conuentu Fœderatorum ordinũ Brunſuigiæ, vbi Rex Daniæ in ſocietatem fœderis fuit adſcriptus anno 1538. nec non in Comitijs Imperij Ratiſponenſib. anno 1541. Spirenſibus anno 1542. & 1544. Auguſtanis 1551. 1555. 1559. Ratiſponenſib. 1567. Erfurtenſibus 1567. Reichs Abſchied *folijs* 260. 290. 307. 393. 417. 508. 530. 593. 604. Bucerus in *Actis colloquij Ratiſponenſ. de anno* 1541. & in Goldaſti *Collect. Conſtit. Imperial. to.* 2 *fol.* 221. Anno 1594. in Comitijs Ratiſponenſibus, & anno 1598. itidem Ratiſponenſibus, ſediſſe leguntur Iohannes Fridericus, Bogislaus & idem nomine Adminiſtratorio Philippi Iulij, qui fuit Erneſti Ludouici filius; Reichs Abſchied *fol.* 733. Anno 1603. in Comitijs Ratiſponenſibus commemorantur ordine Barnimus Dux, Bogislaus Dux, & Philippus Iulius Dux, Reichs Abſchied *fol.* 791.

16. In

16. In Illuſtriſſima Domo Ducum Megalopolenſium, qui Regnum tenent Obotritorum, conſimilis aſſeritur obſeruatio viguiſſe. Et de Alberto ſane ſecundogenito extra controuerſiam eſt, quin Magno eius nominis tertio, nepoti ſuo ex fratre Henrico primogenito perpetim antecesſerit. Exempli gratia, in Comitijs Spirenſibus, Anno Domini 1529 & in Auguſtanis 1530 Reichs Abſchied *fol.* 191. *&* 211. in Goldaſti *collect. Conſtitution. Imperial. tom.* 3. *fol.* 502. Patris exemplum ſecutus Vdalricus filius ſecundogenitus eandem ſibi prærogatiuam ſumpſit in ſedendo & votando ante fratris ſui primogeniti filios Iohannem & Sigismundum, Auguſtum, in Comitijs Ratisponenſibus Anno 1576. & Auguſtanis anno 1582. Reichs Abſchied *fol.* 673. Petrus Fleiſchman Heroldus Cæſareus in *Deſcriptione* deß Reichstags zu Augſpurg *Anni* 1583.

17. In Illuſtriſſima Domo Marchionum Badenſium quid iuuat multum immorari? quum certum ſit conſtetque ex Actibus & Receſſibus Imperij, Erneſtum natu minorem præceſſiſſe Philiberto & Chriſtophoro, ſuis ex fratre maiore Bernhardo nepotibus, in Comitijs Spirenſibus Anno 1544. Auguſtanis 1548. & ibidem 1551. & 1555. & 1559. & 1566. Ratisponenſibus 1567. Reichs Abſchied *fol.* 307. 332. 393. 417. 535. 579. *&* 588. Colerus *d. ſect.* 69. *n.* 17. *& ſeq.* Quin adeo inter ipſos etiam patrueles idem ordo fuit obſeruatus, vt nimirum Carolus Erneſti filius, ceu natu maior antecederet Philibertum Bernhardi filium, in Comitijs Auguſtanis anno 1555. anno 1559 & anno 1566. & in Ratiſponenſibus anno 1567. Reichs Abſchied *fol.* 417. 530. 579. 593. Nic. Mameranus in kurtzen vnd eigentlichen Verzeichnuß ꝛc. deß Reichstags zu Augſpurg *anno* 1566. Et inter propatrueles denique, Erneſtus Fridericus præſediſſe affirmatur Eduardo Fortunato, in Comitijs Ratiſponenſibus Anno 1594. Reichsabſchied *fol.* 733.

18. In Illuſtriſſima & antiquiſſima Domo Principum Aſcaniæ, qui nunc Anhaldini nuncupantur, & quondam nobis Electores Saxoniæ atque Brandenburgiæ progenerarunt, idem iuris ac conſuetudinis fuiſſe apparet cum ex alijs innumeris documentis, tum ex Receſſibus Imperij Auguſtanis anno 1555. 1557. & 1559. necnon ex Erneſti Brotuffij *epiſtola dedicatoria Genealog. & chronic. Principum Anhaltin.* in quibus Ioachimus tertiogenitus anteponitur Carolo, Ioachimo Erneſto, & Bernhardo, ſuis ex fratre primogenito nepotibus.

19. Hæ

Digitized by Google

19. Hæ ſunt Domus primariæ in Germania, quæ propiorem quandam & coniunctiorem cum Saxonica Domo videntur habere qua ſanguinis, qua affinitatis, cognationem. Ecquid autem prohibet, quo minus per cæteras quoque Illuſtriſſimas Germaniæ noſtræ & excellentiſsimas familias vere Regias obiter eamus? puta, Sereniſsimam Burgundiæ & Brabantiæ; Illuſtriſsimas Geldriæ, Iuliæ, Cliuiæ, Würtembergiæ, Lavvenburgiæ ſeu inferioris Saxoniæ, Holſatiæ, Sabaudiæ, Lotharingiæ, Lignicíæ & Brigæ. Munſterbergiæ, Teſchiniæ & Glogouiæ Ducum; Leuchtenbergiæ Landgrauiorum; Hennenbergiæ, Ciliæ, Goritiæ, Arenbergiæ, Cabillonum & Auraici Principum: quæ proximo hoc ſeculo in Imperio noſtro Germanico velut lumina quædam eminebant, & pleræque etiamnum in floridiſsimo ſtatu vigent, æternumque vt vigeant Deum optimum maximum veneramur. Quarum nonnullæ tametſi ius primogenituræ, quoad ſucceſsionem ſtrictiſsime obſeruent, tamen naturæ illud πρεσβεῖον nec dum expectoraſſe animaduertuntur. Verum enimuero omnium illorum & ſingulorum commemorare obſeruantiam, & res foret operis nimium prolixi, longiusque proueheremur, quam præſentis noſtri inſtituti ratio poſtulare videtur: ne dicam, aut hoc ſat eſſe teſtimoniorum, quæ vſq; à nobis relata ſunt, aut neſcire nos quid ſatis ſit. Igitur ad cætera perſequenda tranſeamus.

CAPVT XXIII.

De prærogatiua ſeniorum Principum in præſcriptione nominis.

1. AB ordine Scripturæ argui prærogatiuam, vt ille dignior vel potior iudicetur, qui ordine præponitur, tradunt Doctores ad *c. qui prior, de Regul. Iur. in VI.* ad *c. mandato, de prabend. in VI.* ad *l. generaliter D. de fideicommiſſ. libert.* Andr. Gammarus *lib. 2. Dial legal. fol. 75.* Ioan. à Reberteria *Topicor. iuris lib. 2. c. 11.* Nicol. Euerhard. in *Topic. loco ab ordine*, Matth. Stephanus *lib. 2. Dial. iur. cap. 4. n 14.*

2. Hinc Gloſſator in *c. quorundam*, verb. *Prædicatorum de Elect. in VI.* dicit, Prædicatores præferri Minoribus, propter ordinem literæ. Et Gloſſator in *Clement. vn. de Baptiſm.* argumentatur ex eodem literæ or-

Digitized by Google

dine, quod Princeps maior ſit Marchione & Duce. Similibus ratiocinationib. vtuntur, Cardinalis Zabarella *Conſil.* 90. vbi dicit Feltrenſem Epiſcopum nominari ante Bellunenſem ratione maioris dignitatis; quem ſequitur Cardinal. Tuſchus *Pract. concluſ. iuris, tom.* 3. *lit. F. concluſ.* 93. *n.* 2. & iterum Zabarella *conſ.* 2. *n.* 20. vbi dicit, Archiepiſcopum Rauennæ nominari poſt Archiepiſcopũ Mediolani, ideo illi cedere; quod & ipſum tenet Card. Tuſchus *to.* 6. *lit. R. concluſ.* 41. *n.* 5. vtuntur (inquã) pleriq; omnes Doctores, Guil. Benedictus in *repet. cap. Raynutius.* verb. *teſtimonium* 2. *n.* 28. *ext. de teſtam.* Carol. de Graſſalio *Regalium Franc. lib.* 1. *cap.* 1. Chaſſanæus in *Catalog. glor. mundi, part.* 1. *conſid.* 17. *& p.* 4. *conſid.* 21. *& conſid.* 73. Philip. Decius *conſil.* 161. *col* 1. *in fi.* Archidiaconus in *c. de decimis, lib.* 6. Felinus in *rub. de maiorit. & obed.* Calefatus in *tract. de Equeſt. dignit. n.* 118. Modeſtinus Piſtoris *conſil.* 51. *n.* 34. *vol.* 1. Knichen *de Saxonic. non prouoc. priuileg. verb. Ducum Saxoniæ, cap.* 2. idem Stephanus *de iurisdict. lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 6. *n.* 87. Iacob. Sirmondus in *Notis ad Goffridi Vindocinenſ. Abbatis lib.* 3. *epiſt.* 11. *fol.* 50. Ioh. Meurſius *Animaduerſ. miſcellar. lib.* 1. *cap.* 1. Ioh. Marcilius ad § *filiusfam. Inſtit. Quib. mod. patr. pot. ſolu. in fin.* Goldaſtus in *Replicat. pro S. Rom. Imperio cap.* 13. *fol.* 175.

3. Hoc argumento vtitur B. Paſchaſius Diaconus Romanus *lib.* 2. *de Spiritu ſanct. cap.* 3. vt confundat Macedonij Hæretici inſtantiam, qua ex loco Amoſi; *ecce ego firmans tonitruum, & creans ſpiritum*, voluit probare, Spiritum Sanctum eſſe creaturam, ſed excellentiorem. Cui reſpondens vir ille ſanctiſſimus ait; *Si ad ordinem reſpicias lectionis, iſtam excellentiorem, vt aſſeris, creaturam nimis deſpectam eſſe monſtrauit. Nam eam poſt tonitrui creaturam eſſe deſcripſit. Vnde in conſequens fuit, vt iuxta ſenſum tuum, principale hoc opus Dei, irrationabili poſtponeret aut ſociaret elemento.* Et Fulbertus Carnotenſis Epiſcopus in Epiſt. 78. ad Deodatum Epiſcop. Sueſſionenſem: *Sed ne ciuitati*, inquit, *vel eccleſiæ Catalaunorum ſuum denegetis honorem, meminiſſe vos decet, quod in antiqua deſcriptione prouinciæ Belgicæ ſecundæ ipſa ciuitas à Remenſi tertium locum habeat.* Et eodem argumento Regem Romanorum præferri debere tam Imperatori Græcorum, qui nunc eſt Turcarum, quam Regib. Francorũ & Hiſpanorum, manifeſte colligitur ex Nicolai III. Papæ decreto, ꝙ ponitur in *Sexto Decretal. lib.* 1. *tit.* 6. *c.* 17. illis verbis: *Nullus Imperator ſeu Rex Romanorum aut alius Imperator, vel Rex, Princeps,* &c. vbi p aliũ Imperatorẽ, intelligi Græcorũ, notauit Gloſſa *ibid.* & ex ea Calefatus *de Equeſtr. dign. n.* 113.

4. Quæ res triſtiſſimam olim controuerſiam excitauit inter Fridericum I. Imperatorem & Hadrianum IV. Papam; cuius incendio vniuerſa propemodum Chriſtianitas cõflagrauerat. Papa ſic argumentabatur, Qui patrem ſuum inhonorat, iniuſte atq; impie agit: At Imperator præſcribendo nomen ſuum inhonorat Papam patrem ſuum. Ergo &c. Sed præſtat verba ipſa adſcribere: *Hadrianus Episcopus ſeruus ſeruorũ Dei, Friderico Imperatori ſalutẽ & Apoſtolicã benedictionẽ. Lex diuina, ſicut parentes honorantib. longæuitatẽ promittit, ita maledicentib. patri & matri ſententiã mortis intendit. Veritatis a. voce docemur, quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur. Quapropter dilecte in Domino fili, ſuper imprudentia tua non mediocriter admiramur, quòd B. Petro & S. Romanæ Eccleſiæ nõ quantã deberes, reuerentiam exhibere videris. In literis enim ad nos miſſis nomen tuum noſtro præponis: in quo inſolentiæ, ne dicã arrogantiæ notã incurris.* Contra ea Imperator reſcripſit in hunc modum excipiendo: Qui iure ſuo vtitur, non facit iniuſte. At ego iure meo vtor in præſcribendo meo nomine. Igitur non facio iniuſte. Aſſumptionem confirmat duplici argumento, maioritatis videlicet & antiquitatis. Prioris hic eſt proſyllogiſmus: Qui maior eſt, iuſte præſcribit nomen ſuũ minori: At Imperator maior eſt Papa: Ergo iuſte præſcribit nomen ſuum nomini Papæ. Rurſum; Maior eſt, qui beneficia & regalia tribuit, eo, qui accipit: Sed Papa beneficia & regalia ſua accepit ab Imperatore: Ideo minor eſt Imperatore, qui reſpectu regalium eius eſt Dominus. Alterius rationis hæc eſt ratiocinatio; Qui antiquior eſt in poſſeſſione, potior eſt in præſcriptione: At Imperator antiquior eſt in poſſeſſione præponendi nominis: Ergo nomen eius prius ſcribi debet, quam nomen Papæ. Videamus ipſa verba. *Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator Semper Auguſtus, Hadriano Romanæ Eccleſiæ Pontifici* &c. *Lex iuſtitiæ vnicuiq; quod ſuum eſt, reſtituit. Numquid tempore Conſtantini Syluester regale aliquid habuiſſe dignoſcitur? Sed eius pietatis conceſſione libertas data eſt Eccleſiæ, pax reſtituta, & quicquid regale Papatus habere dignoſcitur, largitione Principum obtinet. Vnde cum Romano Pontifici ſcribimus, iure & ex antiquo nomen noſtrum præponimus* &c. apud Iohann. Nauclerum Præpoſitum Tubingenſem in *Chron. gener.* Hugvvaldum Mutium *lib. 18. Chronic. German.* Iacob Spiegelium in *comment. ad Guntheri Ligur. lib. 6* Ioachim. Vadianum *lib. 2. de antiquit. monaſt. German.* Iohann. Balæum in *Actis Roman. Pontificum, in Hadriano IV.* nec non & in

Digitized by Google

Scriptor. Britanniæ centur. 2 *pag.* 179. Chriſtian. Vrſtiſium in *collect. German. hiſtor. illuſt. pag.* 562. Caſpar. Hedioné *lib.* 10. *hiſt. Eccleſiaſt. c.* 8. Simon Schardium in *tract. de orig. Elector. c.* 10. Ioan. Wolffium *Rer. memorabil. cent.* 1100. deniq; in Goldaſt. *collect. conſtitut. Imperial. tom.* 1. *fol.* 263.

5. Ex qua Imperatoris confeſſione & reſcripto pragmatico, id patet denique, quod intendimus, videlicet hoc præſcribendi nominis πρεσβεῖον illi deberi, cui antiqua conſuetudo aſsignat. Eum autem eſſe, qui ætate antecellit, docet Tiraquellus *de iur. primigen. in præf. n.* 110. vbi ait: *Quo quis ſenior eſt, eo prior inſcribi debet, cum multorum nomina inſcribuntur.* Et n. 111. ſimile eſſe, *quod & ſeniores ante alios debent ſubſcribere inſtrumentis, conſilijs & alijs huiusmodi.* vbi hanc aſsignat rationem, quod *qui dignior eſt, prior quoq; debeat ſubſcribere.* Atqui iam aliquoties dictum eſt, & ab ipſo Tiraquello non ſemel probatum, *quo quiſq; eſt ſenior, eo quoq; eſſe digniorem.* Sed agedum & nos id rebus alijs euincamus neceſſarijs.

6. Quum de nomine ſepticolli vrbi imponendo inter geminos fratres Remum & Romulum controuerteretur, tandem Remi prærogatiua obtinuit, vt ab eius nomine Rema vocitaretur, quod deinde in Roma verſum eſt, erat enim maior natu, à quo ipſa quoque fundamenta vrbis iacta, eleganter animaduertit Thomas Dempſterus *lib.* 1. *Antiquitat. Roman. cap.* 1. *in Paralipom.* & Ioſeph. Scaliger *comment. in M. Manilij Aſtronom. lib.* 5.

7. Scribit Dio Caſsius in vita Adriani Imperatoris: *Vtroſq;* (ſcilic. Annium Verum & Marcum Antoninum, Commodi Cæſaris defuncti filium) *adoptari ab Antonino* (Pio) *iuſſit* (Adrianus Imperator) *maiore tamen honore proſecutus eſt Verum, cum propter cognationem, quæ cum illo intercedebat, tum propter ætatem* &c. Cuius ætatis reſpectu etiam prior nominatur ab Æl. Spartiano in extremo Hadriano; *Vt ille ſibi duos adoptaret Annium Verum & Marcum Antoninum.* Vbi vides, & iudicio Imperatoris & Hiſtoriographi Cæſarei teſtimonio, tributam ætati inter pares Principes prærogatiuã, quamquã Marcus eſſet Cæſaris regnantis filius pariter & ſucceſſor. Quod a. in *Pandectis & Codice* Iuſtinianeo Marci nomen præpoſitum legimus, eius rei rationem reddit Iul. Capitolinus in principio Veri; *ſcio,* inquit, *pleroſq; ita vitam Marci ac Veri literis ac hiſtoriæ dedicaſſe, vt priorem Verum intimandũ legentib. darent, non imperandi ſecutos ordinem,*

ordinē, ſed viuendi, ego vero quod prior Marcus imperare cæpit, deinde Verus, qui ſuperſtite perijt Marco, priorem Marcum, dehinc Verum credidi celebrandum. Quanquam nec in ipſo codice Iuſtinianeo perpetuum hoc eſſe deprehenditur, quin nunc hic, nunc ille anteponatur, quod curioſe obſeruauit Tiraquellus *de iure primig. quæſt.19.n.4.*

8. Diocletianus, Maximianus Herculius, Conſtantius Chlorus & Maximianus Galerius conſortes erant in Imperio, vna eademque dignitate, pariter & auctoritate præditi, at vero Diocletianus, quia cęteros ætate anteibat, ὁ καὶ τῶν ἄλλων πρεσβύτατος, ait Praxagoras Athenienſis *lib.1. de reb. Conſtantini Magni*, ſemper prior & nominatur & ſcribitur.

9. Similiter Valentinianus I. Valens, Gratianus & Valentinianus II. pari poteſtate imperabant, ἴσα βαίνοντες καὶ ἴσα πνέοντες, vt ait Themiſtius *Orat.6.* & tamen Valens patruus ſemper anteponitur Gratiano & Valentiniano II. ex fratre primogenito Valentiniano ſeniore nepotibus; quod & Georgius Remus annotauit in *Notis ad Themiſtium fol.212.*

10. Quum Manuele Comneno Imperatore Conſtantinopolitano defuncto, Alexius eius filius admodum pupillus & Andronicus proximior atque ſenior agnatus pariter Imperatores pronunciarentur, Andronico fuit propter ætatem prior locus decretus. Sic enim ſcribit Nicetas Gregoras lib.5. Annal. *Poſtridie cum in magna Eccleſia Imperatores proclamarentur, Andronici nomen priore, Alexij poſteriore loco eſt pronunciatum ob cauſam nimirum honeſtam & ſpecioſam; non decere infantem immatura ætatis lauibus malis, celebrari ante Andronicum, virum Canum. prudentia venerabilem, excellente præditum ingenio.*

11. In Scotia illuſtrius habemus præiudicium. Iohannes Balliolus ex primogenita Regis filia deſcendebat: Robertus Bruſius ex ſecūdogenita. Atqui in compromiſſo facto in Eduardum Regem Angliæ qui cui Regni hereditas deberetur, ex æquo decerneret, Bruſius natu maior præfertur Balliolo vt minori. Inſtrumentum ſic habet: *Omnibus, qui has literas viſuri aut audituri ſunt, Florentius Holandiæ comes, Robertus Brutius Anandiæ comes, Iohannes Balliolus Gallouidiæ comes* &c. apud Thomam Walſingham in *Hiſt. Anglor.* & Matth. Weſtmonaſterienſem in *Florib. hiſtor. anno 1291.*

 12. At

12. At enim miſſis exoticis & transmarinis, propius ad exempla noſtræ Reipublicæ accedamus: Quæ vbi à mille amplius annis vindicauerimus, num nam non vero victum erit, quod aſſerimus? Vt ergo rem tibi ipſam auctorem demus, ſuperſunt adhuc integra Decreta Comitiorum Colonienſium anno Domini 539. celebratorum, quorum hæc eſt inſcriptio; *Pactum pro tenore pacis Domnorum Childeberti & Chlotharij, Regum*: in Additionibus *ad Leges Salic.*& in Goldaſti *Collect. Conſtitut Imperial. tom.3. fol.* 116. A' quo tempore ad hunc præſentem annum, ſi recte calculum computes, anni ſubducuntur 1086.

13. Exſtant etiam Decreta Comitiorum Andelauienſium anno Domini 591. promulgata, in quorum initio legitur; *Cum in Chriſti nomine præcellentiſſimi Domni Guntheramnus & Childebertus Reges, & glorioſiſſima Domna Brunichildis Regina*, &c. apud Gregor. Turonens. *lib.9. Hiſtor. Franc. cap.* 20. & in Goldaſti *Collect. tom.1 fol* 13. Vbi vides ætatis ſimul & ſexus fuiſſe habitam rationem. Nam Regina mater filio Childeberto poſtponitur propter ſequiorem ſexum.

14. In Decretis Comitiorum Confluentia iorum anno 860. refertur ſacramentum, quod Ludouicus Rex Ludouici Pij Imperatoris ſecundogenitus, primus præſtitit, vt natu maximus, in hunc modum; *Amodo & quamdiu vixero, iſtum fratrem meum Carolum & nepotes meos Ludouicum & Lotharium atque Carolum*, &c. Quod eſt exemplum euidentiſsimum, ne ipſi quidem dignitati ſemper ceſsiſſe maiorem ætatem; tanta eius apud priſcos illos Germanos vere germana fuit obſeruantia. Enim Ludouicus iſte nepos, licet primogeniti Lotharij Imperatoris filius eſſet primogenitus, & iam tum in Imperio Romano actualis hæres & ſucceſſor, tamen poſt quartogenitum patruum Carolum Regem Franciæ occidentalis ſubſcripſiſſe, & ſecundogenito patruo Ludouico ipſum primatum ſententiæ ac directorium conceſsiſſe hinc colligitur. Quod & de Lothario nepote ſecundogenito memoratur in Decretis Comitiorum apud villam Sablonarias habitorum anno Dom. 862. apud Cardinal. Baronium *tom.* 10. *Annal. Eccleſiaſt. anno* 862. *nu.* 13. & in Goldaſti *collect. conſtu. Imperial. tom.* 2. *f.* 28.

15. In Decretis Comitiorum Furoniſenſium anno 879. publicatorum, hoc habetur lemma; *Conuentio, quæ inter glorioſos Reges Ludouicum filium Caroli Imperatoris, item Ludouicũ filium Ludouici Regis* &c.

apud

apud Aimoinum *lib. 5. de Geſt. Francor. cap.* 38. Auentinum *lib.7. Annal. Boior. fol.* 345. & in d. Goldaſt *collect. tom.* 3 *fol.* 233. Sunt hi duo patrueles, quorum prior Rex Galliæ cognomento Balbus, & ipſe à Papa in Imperatorem (ſed ſine Imperio) vnctus, à quartogenito deſcendebat: alter vero Rex Germaniæ, à ſecundogenito prognatus cum fratre Carolomanno Imperium obtinuit, & tamen maiori patruelis ætati locum cedere non eſt dedignatus.

16. Quo pacto in ordinatione Phil. Lōgi Regis Galliæ, menſe Maio edita anno Dom. 1316. Comes Valeſiæ & Comes Ebreduni, vterq; Regis patruus, ſubſcripſiſſe dicuntur ante Comitem Marchæ fratrē eiusdem Regis: apud Ioan. Tilletum ſiue Tillium in *tract. de ordine Principum Franciæ, cap. des Barons & Pairs de France.*

17. Ad eundem modum patruus nepoti præſcribitur in *Diplomatibus* Caroli IV. Imperatoris Domui Saxoniæ conceſſis. Verbi gratia in Reſcripto Budiſsini dato, anno 1363. in Aſcenſione Domini, hiſce verbis: Wir Karl/ ꝛc. bekennen / das wir vf der Hochgebornen Rudolffs Hertzogenß zu Sachſen / des Heiligen Römiſchen Reichs Ertzmarſchalcks / Wenceslaen ſeines Brueders / vnd Albrechtt jhres Vettern &c. in Illuſtriſsimæ & clementiſsimæ Duciſſæ Matris Warhafften vñ gegründten Berichtt *part. 3. f. 53.*

18. Eadē conditione in fœdere Ciuitatū Rhenenſium & Sueuicarum, pacto Spiræ anno Domini 1381. excipiuntur Comites Palatini & Duces Bauariæ hoc ordine: Rupertus ſenior, Rupertus iunior, Rupertus minimus, Stephanus, Fridericus & Ioh. Comites Palatini Rheni & Duces Bauariæ &c. apud Chriſtoph. Lehmannum *lib. 7. Chronic. Spirēſ. c. 67.* & Mart. Cruſium *lib. 5. Annal. Sueuic. part. 3. c. 13.*

19. In Matricula Imperij Norinbergenſi de anno 1431. tali ſerie collocantur ſequentium familiarum Principes. Bauariæ; Fürſten vō Beyern / Ernſt vnd Wilhelm / Ludwigt / Heinrich / Johañ / Otto / Stephan. Auſtriæ; Hertzog Friederich von Oſterreich / mit Hertzogt Ernſten Kindern. Brunſuigæ; Fürſten von Braunſchweigt / Wilhelm vñ Heinrich / Bernhardt / Otto vñ Friederich / Hertzogt Otto von der Leyen. Pomeraniæ; Hertzog Coſmes von Stettin / Hertzog Bogislaw von Pomern / Hertzogt von Wolgaſt / der Herr von Wenden / Hertzogt Barnim von Barth. Megalopoliæ; die Hertzogen von Meckelnburgt / die Kinder von Stargarden.

20. In

Digitized by Google

20. In Programmate Theodorici Iſenbergj Archiepiſcopi Moguntini contra Bullam Papalem anno Domini 1462. per Imperium publicato, ponuntur Comites Palatini & Duces Bauariæ: Herrn Otten/Herrn Hanſen/vnnd Herrn Sigmund Hertzogen in Beyern/ ꝛc. apud Lehmannum *d. lib.7. Chron. Spirenſ. c.* 105.

21. In Matricula Imperij Ratiſponenſi de anno 1471. de Comitibus Palatinis & Ducibus Bauariæ: Hertzogk Albrechtt in Beyern/ Hertzogk Otto von Beyern/Hertzogk Ludwig von Veldentz: Hertzogk Friderich zu Spanheim: apud eundem *d. lib.7. cap.* 112. Et poſtea de Ducibus Brunſuicenſibus: Hertzogk Heinrich von Braunſchweigk: Hertzogk Wilhelm von Brunſchwig: die andern Herren von Braunſchwig: *d. cap.* 112.

22. In Matricula Imperii Francofurtenſi de anno 1486. & in Norinbergenſi de anno 1487. Comites Palatini & Duces Bauariæ: Hertzogk Albrechtt von Beyern: Herog Georg von Beyern; Hertzog Otto von Beyern: Hertzogk Hanß von Beyern: Hertzogk Ludwigk von Beyern/ apud eundem *d. lib.7. c.* 118. *& cap.* 120.

23. In Matricula Imperij Francofurtenſi de anno 1489. ijdem Comites ac Duces: Hertzog Georg von Beyern/ Hertzogk Albrecht von Beyern/Hertzog Ludwig von Veldentz: Hertzog Hanß zu Spanheim/ apud eundem *d. cap.* 120.

24. In Catalogo Principum Imperij, qui anno 1521. in Comitijs Wormatienſibus perſonaliter comparuerunt, memorantur Marchiones Brandenburgij hoc ordine: Marggraf Caſimir/Marggraf Friederich Thumbprobſt zu Würtzburgk von Brandenburgk/ Marggraf Joachimß von Brandenburgk des Churfürſten Söhne: in Goldaſti Politiſchen Reichshendeln *part. 22. tract. 3. fol.* 942.

25. In ſubſcriptionibus Formulæ Concordiæ, anno 1580. Duces Brunſuigiæ: Julius Hertzog zu Braunſchweig vnnd Lüneburgk: Otto Hertzog zu Braunſchweig vnnd Lüneburgk: Heinrich der Jünger Hertzog zu Braunſchweig vnnd Lüneburgk: Wilhelm der Jünger Hertzogk zu Braunſchwig vnnd Lüneburgk: Wolf Hertzog zu Braunſchweig vnnd Lüneburgk: Duces Megalopoliæ: Vlrich Hertzog zu Meckelnburgk: Hertzog Johanſens vnd Hertzog Sigiſmundens/Auguſtens zu Meckelnburgk/Vormünde.

26. Qui

26. Qui idem ætatis ordo etiam in circumſcriptionib. monetarũ obſeruatur. In nummis Schreckenbergianis; FRIDERICVS, ALBERTVS, IOHAN. & ex altera parte, GROSSVS NOVVS DVCVM SAXONIÆ. In Thaleris Imperialibus Saxonicis anno 1540. cuſis; IOHAN. FR. DVX SAX. BVRCH. MAGD. ex altera parte, HENRI. ET IOHAN. ERNEST. DVC FI. FE. id eſt, *Iohannes Fridericus Dux Saxoniæ, Burggrauius Magdeburgenſis; Henricus & Iohannes Duces fieri fecerunt.* In Thaleris anno 1541. percuſſis; IOHAN. FR. ELECT. DVX. SAX. BVRG. MAGDEB. ex altera parte; MAVRITIVS ET IOHAN. ERNEST. DV. SAX. FI. FE. In thaleris Brandenburgijs Burggrauiorum Norimbergenſium de anno 1539 ✠ .D: G: GEOR: ET ALBERT: MARCHION BRAND: ETC: SL. i. e. *Dei gratia Georgius & Albertus Marchiones Brandenburgenſes, &c. Sleſiæ Duces*, hoc eſt, Oppauiæ & Oppoliæ in Sileſia, quos Principatus à Rege Bohemiæ Georgius iſte Marchio Onolſpacenſis primum impetrauerat, aſſumpto in ſimultaneam inueſtituram nepote Alberto Marchione Culmbacenſi, primogeniti fratris ſui Caſimiri filio. Et ſic patruus ſecundogenitus præponitur nepoti ex primogenito.

27. Sic etiã Pragmatica ſanctione Maximiliani II. Imperatoris, qua Pacta hereditaria Ducũ Meckelburgẽſium confirmantur, anno 1576. Albertus Dux ſecundo genitus præſcribitur Magno Duci, filio primogeniti.

28. Deniq; vt Gordium hunc nodum vno velut Alexandrei gladij ictu diſſecẽ, Ioh. Dux Saxoniæ Vinarienſis Receſſui Comitiorum Ratisponenſium anno 1603. prior ſubſcripſiſſe proprio ſuo nomine legitur, poſterius demum cum Chriſtiano Electore, nomine tutorio Ducum Aldenburgẽſium, ſuorum ex fratre primogenito nepotũ; Reichs. Abſchied *fol.* 791. illis verbis; Vor ſich / vnd dann neben Chriſtian dem Andern / Hertzogen vnd Churfürſten zu Sachſen / rc. in Vormundſchafft nahmen / weyland Friederich Wilhelmen Hertzogen zu Sachſen / rc. ſeligen nachgelaſſener Söhne: Colerus in *Diſput. de Iure Imperij Germanici ſect.* 69. *n.* 13.

29. Ex quib. exemplis prolixe adductis facile nũc eſt arbitrari, quis duodecim patruelium Ducum Saxoniæ primus eſſe debeat in ſubſcriptione nominis: nec opus eſt Apollinis oraculo, quo iuſſit Septẽ Sapiẽ

N tum

tum Græciæ nomina in pila inſcribi:ita nullus erat primus, nullus vltimus: quia in ſphæra neq; πρῶτον, neq; ἔσχατον eſt, inquit Plato. hoc eſt, nullum habet initium, nullum finem; vbi finis, & initium eſt, vt interpretatur Arnobius *lib. 4. aduerſus Gentes.*

CAPVT XXIV.

De Prærogatiua Seniorum Principum in expeditione militari.

1. IN belli ordine & diſciplina id ſemper ab antiquiſſimis temporibus ſeruatum fuit, vt inter Principes ſanguinis Regij qui ætate antecellit, cæteris præficeretur; Cæpolla in *tract. de Imperatore militum delig. in priuileg. antiquit.* Ita capiendus Dares Phrygius de Excidio Troiæ fol. 156. ſcribens de Priamo; *Commonefacit filios, vt maiores natu minoribus imperarent*: in expeditione illa ſcilicet contra Græcos, in cuius procinctu iam erant.

2. Sic in Sacra quoque Hiſtoria Principes vel Capita familiæ iuxta ætatem luſtrari & cenſeri ſolitos fuiſſe, notat Pet. Berchorius in *Repertor. moral. verb. Etas.* Et id colligi dicit ex lib. 1. Paralipom. cap. 26. v. vl. vbi legitur; *Quadrageſimo anno Regni Dauid recenſiti ſunt, & inuenti ſunt viri fortiſſimi in Gaſer Galaad, fratreſq;* (id eſt, conſanguinei, agnati) *eius robuſtioris ætatis duo milia ſeptingenti Principes familiarum. Præpoſuit autem eos Dauid Rex Rubenitis, & Gadditis, & dimidiæ tribui Manaſſe in omne miniſterium Dei & Regis.* Videndus Pet. Comeſtor in *Hiſtor. ſcholaſt.* & Ioh. Bapt. Gramaye in *Hiſt. vniuerſ. Aſiat. in analect. antiquit. Iudaic. ſect. 11. fol. 211.*

3. In Gallia vetuſtiſſimis moribus, in militia & opere Martis ſola ætatis conditio prærogatiuam merebatur; Pet. Ramus in *lib. de morib. vet. Gall. fol. 35.* Vnde Vertiscus Rhemorum Præfectus, quamuis equo propter ætatem vix poſſet vti, tamen conſuetudine Gallorum cæteris fuit in ordine & dignitate prælatus; Iul. Cæſar *lib. 8. de Bell. Gall.* Et Pariſino bello ſumma imperij tradita fuit Camulogono Aulerco, qui prope confectus ætate, tamen ad eum eſt honorem euocatus; idem *lib. 7. de Bello Gall.*

4. Cui

4. Cui vetuſto inſtituto contrarium eſſe morem hodiernum Principum ſanguinis in Gallia, conijcimus ex ijs, quæ ſcribit Thuanus Hiſtor. lib 27. anno 1561. in hunc modum: *Inter ſe hunc ordinem ſeruãt, vt tantum ſuccedendi in Regnum ius ſeruetur, nulla præterea publici muneris aut alius tituli, niſi in bello, ratione, qui ſuccedendi ordine prior eſt, poſteriorem antecedit. Quod ſumma prudentia à maioribus noſtris conſtitutum fuit, ne videlicet legitimæ ſucceſſionis ordo interuerteretur.* Quod repetunt Beſoldus *Diſput. nomicopolit. de ſucceſſ. Reg. libro tertio, diſſert. 2. num.* 4. & Engelbrechtus in *Diſſertat. de ſucceſſ. in Electorat. num.* 145.

5. Quod autem idem Engelbrecht. hinc concludit, eundem ordinem eſſe paſſim & indifferenter inter omnes Principes in omnibus publicis ſolennitatibus ac conſeſſibus tenendum, id vero eſt argumentum, quod Dialectici vocant à Dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter. Quin nec in Regia Coronatione, nec in publicis Regni Comitiis vsquequaque fuiſſe inter Principes Galliæ obſeruatum, palam docet eodem ipſo in loco Thuanus, vbi de Caroli IX. Regis coronatione tractans dicit, Principes ſanguinis hoc priuilegio gaudere, vt Pares omneis natalium prærogatiua præcedant, id quum primi in dubium reuocaſſent Lotharingij ſiue Guiſij Duces, qui poſt Nauarrum, Principem ſanguinis natu maximum, ante Montpenſerium Ducem ſedere affectabant, *ea contentione effectum fuiße, vt Regina, quam de Borbonijs ſecura, tam de liberis ſuis ſollicita, Alexandrum proximum Regis fratrem, qui poſtea Henricus dictus eſt, principem locum ante Nauarrum, alioqui titulis, ſi eorum ratio habita fuiſſet, potiorem, tenere voluerit, quod in Franciſci inauguratione factitatum non fuerat.* Ex quibus apparet, Reginam pro temporum illorum & rerum circumſtantia mutauiſſe, quod antiqua conſuetudine erat in vſu apud Gallos, vt Regiæ Domus natu maximus etiam ipſis Regis fratribus anteponeretur. *In multis cauſis occaſio ſe immergit, quæ difficultatem contrariæ legis bono exitu meliorem reddit*, vt ait Aymoinus Floriacenſis in *vita S. Abbonis Martyris*, quæ exſtat in Ioannis de Boſco *Bibliotheca Floriacenſ. part. 1. f. 326.*

6. Reginam Matrē ſecutus Henricus III. Rex, vt *Guiſiorũ Ducū potētia infracta eī: conſilia diſturbaret, edictū an. 1577. exeunte condit, quo ſancitur, vt conſanguinei Princ. Fr. Pares cæteros, quantūuis dignitatis anterioris præ-*

Digitized by Google

rogatiua, aut alio titulo nitantur, vbiq; in Regum inaugurationib. in ſupremis Regni Curijs, conuentibus, locis ac cæremonijs publicis præcedant, &c. vt ſcribit Thuanus *Hiſtoriar. lib.63.fol.114.col.* 2. Quid vero inter ipſosmet conſanguineos Pr ncipes iuris ſemper fuerit; docet Girardus du Haillan Eques Gallus *lib.1.de l' Eſtat & ſucces des affaires de France fol.337.* & nos ſupra diſſeruimus.

7. Ex quo iure & conſuetudine Gallorum, Curia Parium, quod eſt ſupremum Regium Parlamẽtum Pariſienſe, quia in eo Archiprincipes Regni, qui Pares vocantur, aſsidere ſolent, non dubitauit, re in conſilium & deliberationem ad inſtantiam & petitionem Illuſtriſsimi cuiuſdam Principis deducta, pro prærogatiua ac præcedentia Illuſtriſſimorum Ducum Vinarienſium aduerſus Aldenburgenſes Duces ſententiam pronuntiare.

CAPVT XXV.

De prærogatiua Senioris Domini in iuramento à vaſallis recipiendo.

1. HOc iure in Imperio Germanico vtimur, vt vbi Principes pro indiuiſo poſsident communes vaſallos, quemadmodum nunc habent Illuſtriſsimi Duces Saxoniæ Vinarienſes & Aldenburgenſes, ſuos Comites, Barones & Nobiles, quos vocant Schrifftſaſſen vel Rangleyſaſſen/ liceat vaſallis vnum ex Principibus adire, à quo inueſtitura petatur, & cui omnium nomine ſacramentum fidelitatis præſtetur; Zaſius *de feud. part.7.c.7.n.*11. Schneidewein *de feud. part. 5.n.*11. Borcholten *de feud. part.1.cap.7.n.*34.

2. Et hodie de conſuetudine Germaniæ offerri ſolet ſeniori Domino iuſiurandum, cum ſeniores magis ſint honorandi; Giphanius in *prælection. feudal.* & ex eo Conrad. Olemannus in *Antinom. iuris feudal. Diſput.4.n.*57. quemadmodum viciſsim ex pluribus heredibus vaſalli defuncti ſenior conſtitui ſolet, à quo ex voluntate heredum plurium Domini defuncti, omnium nomine inueſtitura petatur, & omnium nomine iuretur; Andr. de Iſernia in *c. vn. §. omnes, de prohib. feud. alien. per Frider.* & tunc eſt vaſallus non vnius tantum, vel vnius in ſolidum, ſed omnium ſimul; Olemannus *d.n.57.in fi.*

CA-

Capvt XXVI.

De prærogatiua ſeniorum in cuſtodia Archiui & Inſtrumentorum.

1. INſtrumenta penes primogenitum& maiorem natu,hoc eſt,apud ſeniorem,conſeruari debere,tradunt MartinusLaudenſis in *tract. de Primogenit. in princ.* Chaſſanæus in *Catalog. glor, mun.part.1.conſid.*19. Petr.de Gregorio Meſſanenſis *de conceſſ.Feudi, part.*4. *quæſt.* 2. *num.* 28. Itaque in deponendis communibus inſtrumentis ſenior ex fratribus aut ſocijs præfertur,vt videlicet apud eum deponantur; Franciſc. Aretinus in *l.procuratorem*, C.*de edend.* Cœpolla in *tract. de Imperatore militum delig.in* 18.*&* 24.*priuileg. antiquitatis*, Tiraquellus *de iur.primig.in præf.n.*126. Ratio eſt in promptu,quia apud digniorem deponi debent; Accurſius &Doctores in *l.vlt.D.de Fid.inſtrument.& in d.l.procurat.C.de edend.*Sed iam docuimus,ſeniores eſſe cæteris digniores, Tiraquell. *d. loc.num.*127.Quod adeo verum eſt,vt ſi iunior ſit conſtitutus in dignitate,non etiam ſenior,tamen non ſit ſeniori hac in re iunior præferendus,vt ſcil.primo loco ſit conſideranda ætas,deinde vero dignitas, arg. *d.l.vlt. D. de Fid. Inſtrum.* in qua Vlpianus primo loco poſuit ſeniorem, ſecundo digniorem; Socinus in *d. l. procurator. C.de edend.* Tiraquell.*d. loc.n.*128.*& nu.* 130. Verba Vlpiani in d.l.vlt D de Fide inſtrument.hæc ſunt: *Si de tabulis teſtamenti deponendis agatur, & dubitetur,cui eas deponi oportet,ſemper ſeniorem* (id eſt,maiorem natu, interprete Gothofredo) *iuniori, & amplioris honoris inferiori, & marem fœmina* &c.*preferemus.*

2. Quid autem iuris,vbi ſenior,apud quem inſtrumenta fuerunt depoſita,præmoriatur,relicto filio? num hic nepos ſuccedet in ius patris defuncti, veluti quæſitum, & inſtrumenta in poteſtate ſua retinebit? Minime gentium. Hoc enim ius ſeniori ex fratribus competens non tranſit in heredem iuniorem;Salicetus in *d.l.procurator.C.de edend.* Alciatus in *l.* 2.§ *ex his,D.de Verb.obligat.*vbi adſerit,in hoc præferri patruum ſeniorem filio primogeniti.Quid ergo faciendum? inquies.Auferri debent inſtrumenta iuniori, vt dentur ſeniori, vt ex Floriano notat Tiraquellus *d.loco n.*135.

3. Senioribus etiam liberis parentes ſolent claues & annulum

Digitized by Google

rogatiua, aut alio titulo nitantur, vbiq; in Regum inaugurationib. in ſupremis Regni Curijs, conuentibus, locis ac cæremonijs publicis præcedant, &c. vt ſcribit Thuanus *Hiſtoriar. lib.63.fol.114.col.* 2. Quid vero inter ipſosmet conſanguineos Principes iuris ſemper fuerit, docet Girardus du Haillan Eques Gallus *lib.1.de l' Eſtat & ſucces des affaires de France fol.337.* & nos ſupra diſſeruimus.

7. Ex quo iure & conſuetudine Gallorum, Curia Parium, quod eſt ſupremum Regium Parlamẽtum Pariſienſe, quia in eo Archiprincipes Regni, qui Pares vocantur, aſsidere ſolent, non dubitauit, re in conſilium & deliberationem ad inſtantiam & petitionem Illuſtriſsimi cuiuſdam Principis deducta, pro prærogatiua ac præcedentia Illuſtriſſimorum Ducum Vinarienſium aduerſus Aldenburgenſes Duces ſententiam pronuntiare.

CAPVT XXV.

De prærogatiua Senioris Domini in iuramento à vaſallis recipiendo.

1. HOc iure in Imperio Germanico vtimur, vt vbi Principes pro indiuiſo poſsident communes vaſallos, quemadmodum nunc habent Illuſtriſsimi Duces Saxoniæ Vinarienſes & Aldenburgenſes, ſuos Comites, Barones & Nobiles, quos vocant Schrifftſaſſen vel Kantzleyſaſſen/ liceat vaſallis vnum ex Principibus adire, à quo inueſtitura petatur, & cui omnium nomine ſacramentum fidelitatis præſtetur; Zaſius *de feud.part.7.c.7.n.*11. Schneidewein *de feud.part.* 5.*n.*11. Borcholten *de feud. part.*1.*cap.7.n.*34.

2. Et hodie de conſuetudine Germaniæ offerri ſolet ſeniori Domino iusiurandum, cum ſeniores magis ſint honorandi; Giphanius in *prælection. feudal.* & ex eo Conrad. Olemannus in *Antinom. iuris feudal. Diſput.4.n.*57. quemadmodum viciſsim ex pluribus heredibus vaſalli defuncti ſenior conſtitui ſolet, à quo ex voluntate heredum plurium Domini defuncti, omnium nomine inueſtitura petatur, & omnium nomine iuretur; Andr. de Iſernia in *c. vn. §. omnes, de prohib. feud. alien. per Frider.* & tunc eſt vaſallus non vnius tantum, vel vnius in ſolidum, ſed omnium ſimul; Olemannus *d.n.57.in fi.*

CA-

Digitized by Google

Capvt XXVI.

De prærogatiua ſeniorum in cuſtodia Archiui & Inſtrumentorum.

1. INſtrumenta penes primogenitum & maiorem natu, hoc eſt, apud ſeniorem, conſeruari debere, tradunt Martinus Laudenſis in *tract. de Primogenit. in princ.* Chaſſanæus in *Catalog. glor. mun. part. 1. conſid.* 19. Petr. de Gregorio Meſſanenſis *de conceſſ. Feudi, part.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 28. Itaque in deponendis communibus inſtrumentis ſenior ex fratribus aut ſocijs præfertur, vt videlicet apud eum deponantur; Franciſc. Aretinus in *l. procuratorem*, *C. de edend.* Cœpolla in *tract. de Imperatore militum delig. in* 18. & 24. *priuileg. antiquitatis*, Tiraquellus *de iur. primig. in præf. n.* 126. Ratio eſt in promptu, quia apud digniorem deponi debent; Accurſius & Doctores in *l. vlt. D. de Fid. inſtrument. & in d. l. procurat. C. de edend.* Sed iam docuimus, ſeniores eſſe cæteris digniores, Tiraquell. *d. loc. num.* 127. Quod adeo verum eſt, vt ſi iunior ſit conſtitutus in dignitate, non etiam ſenior, tamen non ſit ſeniori hac in re iunior præferendus, vt ſcil. primo loco ſit conſideranda ætas, deinde vero dignitas, arg. *d. l. vlt. D. de Fid. Inſtrum.* in qua Vlpianus primo loco poſuit ſeniorem, ſecundo digniorem; Socinus in *d. l. procurator. C. de edend.* Tiraquell. *d. loc. n.* 128. & *nu.* 130. Verba Vlpiani in d. l. vlt D de Fide inſtrument. hæc ſunt: *Si de tabulis teſtamenti deponendis agatur, & dubitetur, cui eas deponi oportet, ſemper ſeniorem* (id eſt, maiorem natu, interprete Gothofredo) *iuniori, & amplioris honoris inferiori, & marem fœminæ* &c. *præferemus.*

2. Quid autem iuris, vbi ſenior, apud quem inſtrumenta fuerunt depoſita, præmoriatur, relicto filio? num hic nepos ſuccedet in ius patris defuncti, veluti quæſitum, & inſtrumenta in poteſtate ſua retinebit? Minime gentium. Hoc enim ius ſeniori ex fratribus competens non tranſit in heredem iuniorem; Salicetus in *d. l. procurator. C. de edend.* Alciatus in *l.* 2. § *ex his, D. de Verb. obligat.* vbi adſerit, in hoc præferri patruum ſeniorem filio primogeniti. Quid ergo faciendum? inquies. Auferri debent inſtrumenta iuniori, vt dentur ſeniori, vt ex Floriano notat Tiraquellus *d. loco n.* 135.

3. Senioribus etiam liberis parentes ſolent claues & annulum

Digitized by Google

cuſtodiæ cauſa relinquere; Gothofred. ad *l.* 5. D *de iur. immunit.* Cæpolla in *tract. de Imperatore militum delig in* 19. & 24 *priuil. antiquitatis*, Carolus Ruinus *conſil.* 19. *num.* 8. *lib.* 1. Tiraquellus *de iure primigeni in præfat. num.* 137. Quod diſertis verbis confirmat Papinianus in l. 77. §. 21. D. de legat. lib. 2. inquiens; *Pater, pluribus filijs hæredibus inſtitutis, moriens, clauem & annulum cuſtodia cauſa maiori natu filiæ tradidit*, &c. Et Tiber. Donatus in comment. ad Virgil. lib. 1. Æn. ſcribens; *ſolent religioſi parentes quæ habent optima filijs deferre maioribus. Annulus* autem apud Papinianum intelligitur, quo veteres vtebantur in obſignandis cellis, conclauibus & ſimilibus. An ergo claues archiui & portarum Ciuitatis vel caſtri ſeniori ex fratribus vel agnatis committendæ? Sane videtur argumento huius textus; Chaſſanæus in *Catalog. glor. mund. part.* 1. *conſid.* 19. vbi dicit: *Et ſic frater maior natu debet habere & cuſtodire claues caſtri*, Fr. Niconitius in *repet. c. quoniam contra falſ. verſ. nota ſexto loc. Ext. de probat.* vbi dicit, quod claues caſtri debent eſſe penes maiorem natu, quanquam nonnulli cenſuerint, tot debere fieri claues, quot ſunt domini, vt ſcribit Tiraquell. *d. loc. n.* 137. *in fin.*

4. Hinc brocardicam exædificauerunt Doctores noſtri: *Inſtrumenta debent cuſtodiri apud maiorem natu.* Quod etiam receptum legimus generali Hungarorum conſuetudine. Namque in Iure conſuetudinario Regni Hungariæ, reſcriptis ſacratiſsimorum noſtrorum Principum, Diuorum Friderici III. Maximiliani I. Ferdinandi, Maximiliani II. Rudolphi II. & D. N. Matthiæ Impp. Augg. confirmato, *part.* 1. *tit.* 42. cuius hæc eſt rubrica; *Quod literalia inſtrumenta frater natu maior conſeruare debeat*, in hunc modum ſtatuitur; *Quas & quæ* (ſc. literas & inſtrumenta) *inter filios ſeu fratres maior natu conſeruare ſemper ſolet. Et hoc verum eſt, ſi frater ipſe maior natu, ſanæ mentis* &c. *exſtiterit. Nam caſibus in iſtis, non fratri natu maiori, ſed alteri ex fratribus ad lineam generationis paternæ propinquiori, literæ ac literalia inſtrumenta dari & aſſignari debebunt ad retinendum atq; conſeruandum.*

5. Quo loco *Fratrum* nomine agnatos & Propinquos ſignificari per Hunniſmum, docet Stephanus Werbeuucz, Iuris conſuetudinarij compilator, part. 1. tit. 39. *Per fratrem autem* (infit) *& ſororem hoc in loco intellige quemlibet generationis ſuæ hominem, in iuribus poſſeſſionarijs ſecum ſuccedentem.* Quod idem notauit Ioan. Sambucus in *Enchirid. articulor.*

articulor. iuris Hungar. Hac notione etiam Cicero vſurpaſſe videtur in lib. de Vniuerſit. vbi legitur; *Ex his* (ſcil. Cœlo & Terra) *Phorcyn, Saturnum, Opim: deinceps* (ſc. ex Saturno & Ope) *Iouem atque Iunonem, reliquos, quos fratres inter ſe agnatoſque vſurpare atque appellare videmus, & eorum proſapiam.* Poſtrema verba reddidit ex iſtis Platonis *in Timæo*: ἐκ δὲ Κρόνου καὶ Ῥέας, Ζεὺς Ἥρα τε, καὶ πάντες ὅσους ἴσμεν πάντας ἀδελφοὺς λεγομένους αὐτῶν. Quæ ſic vertit vetus interpres Chalcidicus in Timæo: *Saturni & Rheæ proles Iupiter & Iuno, & cæteri, qui ſunt in ore hominum ac mentibus, & de quorum fraternitate fama celebratur, atque ex his alij nati ſunt qui putantur.* Et appoſite Bercharius in Repert. moral. verb. Frater: *Per fratres*, inquit, *generaliter intelliguntur illi, qui ſunt æquales in conditione, in ſucceſſione, in dilectione.* Inter quos primum tamen locum ipſi germani fratres occupant. Liutprandus Rex Longobardorum, quibus Hungari in Pannonia ſucceſſerunt, in Edicto Regni ſui VIII. tit. 12. §. 1. *Quanquam anterius Edictum contineat, vt proximi parentes ſuccedant: nos proximos, fratres appellamus.*

6. Ex quibus conficitur, cuſtodiam archiui, in quo literæ & inſtrumenta diplomataque aſſeruantur eſſe debere penes ſeniorem familiæ cuiuſq; Principem, & in eius aula perſeuerare, ſi minus cum conclaui, vt Vinariæ &c. ſaltem cum claui.

Capvt XXVII.

De prærogatiua ſeniorum in iudicio familiæ erciſcundæ, & diuiſione hereditatis.

1. Hvius πρεσβείου in communi diuidundo antiquiſsima fuit conſuetudo apud Hebræos, Græcos, Romanos & Germanos; ſcilicet vt maior ex fratribus diuidat, & minor eligat; Cuiac. *lib. 13. obſeruat. c. 24.* Andr. Schottus in *Notis ad Senecæ Patris controuerſiar. lib. 6. declamat. 3.* Arniſæus *de Republ. lib. 2. cap. 2. ſect. 8. n. 78.*

2. Et Hebræis quidem morem hunc fuiſſe, ſatis indicare videtur D. Auguſtinus *lib. 12. de Ciuitat. Dei cap. 20.* vbi de ſucceſsione Loti & Abrahæ: *Hinc fortaſsis effecta eſt inter homines pacifica conſuetudo, quando terrenorum aliquid partiendum eſt, maior diuidat, minor eligat.*

3. De

3. De Græcorum inſtituto exemplum habet Diogenes Laërtius in *Vita Democriti Philoſophi*, quem dicit in diuidenda hereditate elegiſſe, quod eſſet tertius frater, id eſt, natu minimus Et Cyrus Græcus Rhetor in libro περὶ διαφορᾶς στάσεως legem fuiſſe refert, in hæc verba: νόμου κελεύοντος διανέμειν μὲν τὸν πρεσβύτερον, αἱρεῖσθαι δὲ τὸν νεώτερον. Quin alijs quoque in cauſis optionem iuniori deferri ſolitam apud Xenophontem legimus *lib* 3. Ἀναβάσεως.

4. Quæ eadem Lex apud Romanos quoque viguit. Cuius iſte tenor apud Senecam Patrem lib 6 controuerſiar. declamat. 3. *Lex: Maior frater diuidat patrimoniũ, minor eligat.* Et apud Sulpitium Victorem in Inſtitut. orator. ad M. Silonem: *Lex erat vt patrimonium commune diuideret, qui eſſet maior ex fratribus, eligeret minor.* Quibus concinit D. Auguſtinus in lib. de Vita Clericorum; *Ad ipſum*, inquiens, *quia maior eſt, pertinet diuiſio, & ad fratrem eius electio.* Ipſa denique legis verba nón inelegantér illuſtrauit Robert. Holkot Doctor Scholaſticus in ſuis *Moraliſationibus*.

5. Ratio legis eſt, tum quia maior prudentia eſt in ætate maiori, tum etiam ne minor temere poſſit à maiore vel per aſtum circumſcribi, vel per vim ac potentiam fraudari. Quam poſteriorem rationem aſſignat idem Seneca d. declamat. 3. vbi iunior frater ad ſeniorem: *Lex, ait, te diuidere, me eligere iuſſit. aperte, ne minor circumſcribatur, timet.*

6. Itaque Numitor, licet minor natu, tamen Procerum fauore potentior exiſtens, Regnum ipſe partitus eſt, & Amulio maiori natu optionem dedit, vt ex ſortib. vtrum mallet, eligeret; Sex. Aurel. Victor in *lib. de origine gent. Roman.* Plutarchus in *Romulo*, Dominic. Machaneus in *Notis ad Corn. Nepotem de Viris illuſtr. c.* 1.

7. Apud priſcos Francos noſtros ſiue Germanos licet diuiſio ex lege & antiqua conſuetudine ad natu maximum ſpectaret; Bernard. Girardus *lib.* 5. *de l'Hiſtoire de France. in Carolo Caluo* II. *Rege* XXV. *in princ. fol.* 431. tamen in diſcordia fratrum & diffitentia, ſortitio Regnorum ad Magnates atque Proceres fuit delata; Senioris vero honori, ob ætatis prærogatiuam, conceſſum, vt in eius arbitrio eſſet prima ſortium electio. Ingerit hoc verbis exſertis Nithardus Caroli Magni Imperatoris nepos, lib, 4. de diuiſione Regnorum inter conſobrinos ſuos

facta

Digitized by Google

facta ſic ſcribens: *Mediante Iunio feria videlicet quarta, propter ciuitatem Madaſconis in inſula, quæ Auxilla dicitur, cum æquo numero Priorum* (id eſt, Magnatum) *Lotharius, Ludouicus & Carolus conueniunt, & hoc ſacramentum mutuo ſibi iurarunt, videlicet vt ab eo die & deinceps inuicem ſibi pacem conſeruarent, & ad placitum, quod fideles eorum inibi ſtatuiſſent, Regnum omne abſq; Longobardia, Baioaria & Aquitania, cum ſacramento prout æquius poſſent, in tribus partibus diuiderent, electioq; partium eiuſdem Regni eſſet Lotharij, & quiq; illorum partem, quam quiſq; acciperet, cuiq; deinde omnibus diebus vitæ ſuæ conſeruare deberet in eo, ſi aduerſus fratrem & ſuos frater ſuus ſimiliter faceret* &c. Qui elegit medium Regnum inter vtroſque fratres, quod poſtea ab eius nomine *Lotharingia* fuit dicta, teſtibus Hincmaro Rhemenſi Archiepiſcupo *epiſt.1.cap* 4 Rheginone Abbate Prumienſi in *Chronic.anno* 842. Mariano Scoto in *Chronolog.* & Sigeberto Gemblacenſi in *Chronic.*

8. Nec minus id colligitur ex Decretis in Procaſpide publicatis ſuper diuiſione Regni Lotharingij facta inter fratres Germanos, Ludouicum Germaniæ & Carolum Galliæ Reges. Nam & ibi ex ſortibus ſiue portionibus per Regni Proceres bipertitis Ludouicus natu maior ius habuit Electionis: Apud Aimonium *lib.5. de Geſt. Franc.cap.25.* Pet. Pithoeum in *collect. Annal. Francor.* & in Goldaſti *Collect. Conſtitut. Imperial.tom 3.fol.288.*

9. Hodie noſtris moribus in partitione Ducatuum, Principatuum, Comitatuum, Baronatuum, Dominiorum, aliarumq; rerum diuiduarum, ſeniori ex prærogatiua & obſeruantia ætatis tributum eſt, vt ſortiatur ac diuidat; minori, ne fraudatum ſeſe temere poſſit conqueri, vt eligat conceſſum; *cap.1. Decr.Gregor.de Paroch.* Specul. Saxon. *lib.3. art.29.* Weichbild *art.25* Gloſſa in *ius Feud.Saxon.cap.32.* Keyſerlich Landrecht *cap 266* in Goldaſti Reichsſatzungen *tom.1.fol.86.in fin.* Nicolaus Abbas Panormitan. ad *d c.1. de Paroch.* Iaskier in *Promptuar. iur. Saxon.* verb. *Diuiſio* Schurpfius *conſil 71.n.1.cent.1.* Gail. *lib.2.obſeruat. cap.116.n.14.* Mynſingerus *cent 4.obſeruat.cap.37.n.2.& ſeqq.* Conſtitut. Elector. Saxon. 15. *part.3.* Matth. Colerus *Deciſ.54.* Arniſæus *de Republ.lib.2.cap.2. ſect.8.n.77.* Althuſius *lib.2.iuriſprud. Roman.cap.9.* etiam apud Italos; Iaſon Maynus in §. *quadam, verſ. quæro de quæſtione, Inſtit. de action.* & in *l.1.n.39.D.ſi cert.pet.* Petr. de Gregorio, *de conceſſ.feudi, part.4. quæſt.2.n.29.*

Digitized by Google

nec non Gallos, Guido Papa in *Deciſ. Gratianopol. deciſ. 289.* Æmil. Ferretus *conſil. 1.* Tiraquellus *de iur. primig. quæſt. 60.*

10. Quo iure vſus eſt Iohannes Dux Saxoniæ, quum fratre primogenito Friderico Guilhelmo Electoratus Exadminiſtratore mortem obeunte, poſſeſſiones in Franconia, Thuringia, Miſnia &c. quas hactenus cum eo pro indiuiſo poſſederat, ſortito partiretur, arbitrio eligendi nepotibus relicto. Quibus Aldenburgum Miſniæ eligentibus, Vinaria, prouinciæ Thuringicæ caput Duci Iohanni non ſine fato quodam ceſſiſſe & obtigiſſe videtur.

11. Diximus, ex prærogatiua ætatis. Hæc enim dignationem hanc conciliat, vt honor habeatur ſenioribus, & maior ætas à iunioribus reſpiciatur; Petr. de Gregorio Meſſanenſ. *d. quæſt. 2. n. 29.*

12. Interdum tamen *ſenior* non intelligitur ratione temporis ſeu ætatis prouectioris, ſed contemplatione adminiſtrationis diuturnioris; Iaſon in *dict. §. omnes autem, num. 62. & ſeq. Inſtitut. de action.* eumque ſecutus Mynſingerus *d. cent. 4. obſeruat. c. 37. num. 7.* vt nimirum is eligat, qui prior fuit regimento præpoſitus. Quod fieri ex mera obſeruantia erga imperium & poteſtatem publicam, ſupra demonſtrauimus. Ipſa autem exceptio introducta videtur à Doctoribus noſtris ex Canone concilij Africani, qui habetur in Decreto Gregoriano *lib. 3. tit. 29. cap. 1.* vbi ſuper Epiſcopatu inter duos Epiſcopos prouiſionaliter diuidendo decernitur; *vt ille diuidat, qui amplius temporis in Epiſcopatu habet, & minor eligat.* Qui canon eſt in *Carthaginenſi Synodo cap. 85.* in Codice Canonum Græco *cap. 118.* Quo & ipſo affatim oſtenditur, quanta eſſe debeat antiquitatis & maiorennitatis reuerentia, cum tantum etiam hac in parte priuilegium promeruerit: in quo vt ſubſiſtamus, ipſa ſolennis actionum humanarum forma nos informat.

CAPVT XXVIII.

In diſcordia forte oborta ſenior ad humanitatem & honeſtatem præire debet; iunior ſequi.

1. CORonidis loco quæri poſſet, quid faciendum, ſi forte (quod abſit) fribuſculum, aut alia quæpiam offenſio inter ſeniorem

& iu-

& iuniorem ſuboriatur: vtri competet conciliationem inſtituere,& offenſam excuſare, iuniorine an ſeniori? Hanc quæſtionem diſſoluit Syneſius Cyrenæus,Epiſcopus Ptolemaidis,epiſt.116. ad Auxentium ſcribens in hunc modum: *Homerus contentionis mala procul amandari exoptat. Philoſophia vero ne initio quidem aditum illis ad animum præbet: verum imbeciliores nos ſumus, quam vt philoſophemur, quod quidem ad me attinet. Nolumus tamen militibus eſſe deteriores, quos verſibus ſuis ille deſcripſit. Rurſum itaq; Homero vtendum eſt, qui alicubi;*

Incipe, nam natu minor es —

Pugna enim atque contentio abſit quidem omnino: ſin aliqua interuenerit, eam iunior inchoet. Tale enim quiddam Neptuno in animum venit, vt auſpicandi prælij iuniori Deo poteſtatem faceret. Grandiorem vero natu, præire ad honeſtiſſima quaque conſentaneum eſt: honeſtiſſima vero Concordia eſt. Ego autem quum te non modo ſenior ſim, verum etiam ſenex de cute manifeſtum eſt, aiebat Pherecydes: quare meæ ſunt excuſandi partes. Et iterum idem Syneſius epiſt. 141. rogat Herculianum Præfectum, vt Illuſtrem Comitem Pæonium ſuo nomine ſalutet, eumque tametſi iuniorem ſibi conciliet: *Hoc enim*, aiens, *ex poëſi dictum*,

Incipe, natu enim tu iunior.

Ad bellum quidem ac ſeditionem præire iunioris eſſe dicit; ad humanitatis vero officia, ſenioris.

2. Quod ſi igitur Epiſcopus Comiti, & quidem ſenior iuniori, non erubuit ſcribere, ſe de iure teneri, vt prior amicitiam & reconciliationem petat, operam ac proxeneſin ad eam rem petens Herculiani Præfecti, quippe qui multum apud Comitem ſua auctoritate valeret ac poſſet; Dionyſius Petauius in *Notis ad Syneſium*: quid nobis faciendum ſit, ex Homeri teſtimonio pronuntiaſſe cenſetur.

3. Cuius rei, vt alia numeroſa taceamus, præclarum documentum habemus in Friderico Placido Electore & Wilhelmo Duce Saxoniæ, fratribus germanis, qui de regionũ & ditionũ ſuarum diuiſione plures conuentus habuerant & tractationes, ſed eas omnes inanes. Cum enim Wilhelmo datum eſſet negotium diuidendi, Friderico eligendi, & Fridericus eligeret Thuringiam, frater vero illi cedere nollet, maior quam

antea diſtractio animorum per plures annos inter eos ſecuta eſt, ſicut Georg. Fabricius in *Chronic. Miſnia*, Petr. Albinus in *Chronic. Miſnenſ.* Philipp. Camerarius *cent.* 3. *Operar. ſubciſiu. ſiue meditat. hiſtor. cap.* 43. notarunt. Tandem anno MCCCCLII. fratres iſtos duos hoc modo in gratiam rediiſſe, ſcribit Æneas Syluius in Europa cap. 32. *Rogarat Fridericus germanum ſuum, vt ad ſe veniret, acturos ipſos coram de pace: annuit VVilhelmus. Cui iter ingreſſo dixere nonnulli Conſiliarij, paratas eſſe ipſi & comitibus inſidias caueret, ne ſe perditum iret, neue ſuos ad necem daret. Quibus ille; At ego, inquit, libens moriar, ſi vos prius necatos videro, qui fraternas contentiones alitis. Atque ita locutus ſequi iuſſit, qui ſe amarent, vrgensque calcaribus equum feſtino curſu fratrem adijt; cum quo, ſemotis arbitris, è veſtigio pacem compoſuit, fœdusque pepigit. Magnus vir, qui ſe tam liberaliter in poteſtatem dederit hoſtis: magnus & alter, qui hoſtem ex fratre factum, rurſus fratrem atque amicum reddiderit.* Hucuſque Syluius Friderici III. Imperatoris Secretarius. Inſigne hoc eſt pietatis fraternæ ſpecimen; quod & Fridericus ſenior, licet Elector, minime tamen dedignatus ſit à fratre reconciliationem placide flagitare: & quod nec ipſe Wilhelmus iunior recuſarit vocanti ſeniori parere & præſto eſſe.

4. Tritaui exemplum ſecutus Illuſtriſſimus Princeps Vinarienſis, tanquam ſenior, minime præter dignitatem ſuam arbitratus eſt, ſi prior conciliationem offerret Illuſtriſſimo Principi Aldenburgenſi patrueli ſuo, qui cum iunior ſit, ad hanc prærogatiuæ & præcedentiæ contentionem (vt notum eſt conſtatque inter omnes) præiuit: offerret, inquimus, & medium concordiæ per alternatiuam viciſſitudinem proponeret, vt inferius dicturi ſumus.

CAPVT XXIX.

Ratio ſuperiorum πρεσβείων ex dignitate maioris ætatis.

1. CVR autem tanta prærogatiua in honore, obſeruantia & præcedentia natu maiorib. deferri debeat à iunioribus, Doctores noſtri hanc reddunt rationem, quia, vt cordate Ariſtoteles *lib.* 1. *Metaphyſ.*

τιμι-

Digitized by Google

ἡμιώλιαν τὸ πρεσβύτατον, & ætate maior ſit perfectior, τελειώτερος, eo qui iunior eſt;idem Ariſtot. *lib.*1. *Polit. c.*8.& ibi Giphanius in *comment.* præſumiturq; maturitate ſenſus præſtantior; *c. niſi cum pridem*, §. *alia vero cauſa. Ext. de Renunciat.*& rerum experientia doctior,eoq;nomine ſapientior, *c. ſciendum 26 q.* 4. Paul Olingerus *lib.*1.*Ethic.legal.cap.*3. *n.* 9. Simanca *lib.*7.*de Republ.c.*8. Melch.Iunius *part.*1.*Quæſt.Politic.qu.*14. qui per conſequens in officijs & beneficijs & dignitatibus magis debeat honorari; Ariſtotel. *lib.*7.*Polit.cap.*14.*c.cum in iuuentute*, *de præſumpt l.*2.*C. vt dignitatis ordo ſeruetur lib.*2.*l.* 1.*C.de conſulib.lib.*10. ita vt qui maior eſt ætate, habeatur dignior; Gregorius Meſſanenſis *de conceſſ.feud.part.*4.*quæſt.*8.*n.*7.*in fin.* & cæteris omnibus antecellat ex diſpoſitione iuris communis; quæ vult, vt maior præferatur minori; *c. eſt ordo.*33.*quæſt.* 5.*c ſtatuimus*, 61.*diſt.l. vlt.C.de tyronibus.lib.* 12.*l. ſemper.D.de iure immunit.l.*1.*&* 2. *D. de albo ſcrib. l. vlt.D. de fid. inſtrument.* & dignior præcedat ac præferatur; Pet. Gilkenius ad *tit. Cod. de ſumm. Trinit.& fid.Cathol.n.*5. Qua in dignitate ætatis demonſtranda totus eſt Tiraquellus *de iure primigen. in præfat.* Hieronymus de Çeuallos *Practicar quæſt.commun.contra communes.tom* 3. *quæſt.*762.*nu.* 151. *& ſeqq.* Melch. Iunius *Quæſt.politicar.part.*1.*quæſt.*14. & tangunt nonnihil Pet. Gregorius Tholoſanus *lib.* 4.*de Republ.cap.*5. Nic. Gruchius *lib.*1.*de Comitijs Roman.* Carol.Sigonius. *lib.*2.*de antiquo iure ciu.Rom.c.*2.

2\. Et ob hanc cauſam interpretes opinantur Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ex duobus Iacobis adhæſiſſe Maiori, qui & inde vocatus fuerit Iacobus Maior, vt tradit Bertachinus in *tract. de Epiſcopis*, *part.*1.*lib.*4.*q.*12.*n.*5. Tiberius Decianus *Reſponſ.*19.*n.*189.*vol.*3. Berchorius in *Repert. morali*, verb. *Ætas*: cuius rei fides ſit penes auctores. Nos manum de tabula.

Capvt XXX.

Epilogus theticus de conſuetudine perpetua in præcedentia ætatis.

1\. QVum igitur hæc ita ſeſe habeant, vti vſque à nobis commemorata ſunt, quis porro erit tam alienus à iuſticia & æquitate, vt præcedentiam ætatis, quam tot ſeculorum, ne dicam mille annorum, conſuetu-

Digitized by Google

ſuetudo approbauit, vel ambigere ac controuertere audeat? Sicut nãque Principum priuilegia ſtant pro legib. ac morib. ita quoq; conſuetudines inueteratæ & hominũ memoriã ſuperantes, obtinent vim Principis priuilegij conceſsionumq;: Carolus de Graſſalio *lib. 2. Regaliũ Fr. c. 5. n. 1. & c. 17. n. 12.* Marzarius Auditor Rotæ Bolonienſis *conſ. 26. n. 35.* Petrus Enriquez *conſ. 71. n. 2.* Elbert. Leoninus *conſ. 1. n. 8.* Ioh. Borcholten *vol. 2. conſ. 20.* cuius auctor eſt Schraderus; Matth. Stephanus *lib. 2. Dial. iur. c. 174.* Quinimo illud, quod eſt in obſeruantia ſeu morib. vtẽriũ, tantæ habetur efficaciæ, vt tollat legẽ ſeu ſtatutũ cõtrariũ; Iaſon in *l. rem non nouã, C. de Iudic.* Carol. de Graſsialio *li. 1. Regaliũ* Fr. *c. 2. n. 8.* Eã ob cauſam & Seuerus Imperator in *l. 38. D. de legib.* reſcripſit, & Dd. noſtri reſponderunt, cũ de prçcedẽtijs perſonarũ agitur, maxime inſpiciendã eſſe conſuetudinem præteritam, & practicam in his ſolitam obſeruari; Ant. Quetta S. Cæſ. Maieſtatis Conſiliarius, *conſil. 1. nu. 12.* Pancirolus *conſil. 162. n. 15. & ſeqq.* Peregrinus *conſil. 3. n. 1. & ſeq.* propterea quod antiqua conſuetudo & obſeruatio in omnibus, & potiſsimum in dubio, retinenda & ſeruanda ſit in conſtituendo & ſeruando ordine vel paritate graduum inter homines, ita vt priorem locum deferre debeat is, qui antea deferre ſolebat; Wameſius *Reſponſor. de iure Pontif. tom. 1. conſil. 10.* Hæc enim aſsignat loca ſedendi & ſtandi; Gail. *lib. 1. obſeruat. cap. 21.* Tiraquell. *de Nobilit. cap. 20. n. 55.* & non debet inuerti ſeu (vt Baldus ait de hac ipſiſsima præcedentia) præpoſterari, Leoninus *d. cõſ. 1. n. 20.* Bouadilla *lib. 2. de la Politica c. 10. n. 49. & lib. 3. cap. 2. n. 23.* Quod qui fecerit, præſumitur eſſe impreſſor; Georgius de Eccleſia, *conſil. 48. n. 12. inter conſilia feudal. varior. Doctor.* adeo vt maior natu contra eum poſsit agere vigore conſuetudinis de præcedentia honoris actione iniuriarum, aut officium iudicis implorare, aliaque ſimilia remedia proponere, ſi minor natu non cedat; Leoninus *d. conſil. 1. n. 20.* Denique aureum eſt prudentiſsimi Menochij dictum, adeoq; dignum, quod poſtibus Palatiorum inſcribatur: *Is iudicandus eſt maior & dignior, atq; in cæteris anteponendus, qui pro veteri more & conſuetudine ita habitus eſt:* ET VERE HÆC EST OMNIVM *pene Sententia*; conſil. 257. n. 36.

2. Nec obſtant actus quidã in contrarium adducti: quia nos verſamur in conſuetudine inter pares, non vbi quis habet digniores qualitates, de quib. actus illi intelliguntur; Decianus *Reſponſor. vol. 3. reſp. 7. & 19.* Pan-

19. Pancirolus *conſ.162.n.19.* Theod. Gothofredus in *tract. de la Preſeance des Roys de France ſur les Roys d'Eſpaigne c.1. in Annot. fol.14.*

3. Præterea confirmat atque ſancit noſtram conſuetudinem ipſa etiam rerum ſimiliter iudicatarum auctoritas, quæ vim legis obtinere debet; *l.38. D. de legib.* præſertim in iudicio contradictorio; *l.34. D. eod. t.* Gulielm. Stuckius, in *Heluetiæ gratulat. ad Galliam, n. 58.* quod maxime iuuat; Carol. de Graſſalio *lib.1. Regal. Franciæ cap.17. n.3.* atque in omnibus cauſis & debet & ſolet valere plurimum; Hotomannus in *controuerſ. patrui & nepot. cap.11.* in quo ius iſthoc præcedendi non ſemel euictum eſt, per varia decreta Imperatoris Romanorum, Pontificis Romani, Concilij vniuerſalis, Regis Hiſpaniæ, Regni Poloniæ, Reipublicæ Venetæ, & Turcarum Sultani.

4. Et primo quidem Imperator Octauius Auguſtus eam Rempublicam decreuit eſſe priorem, quæ eſſet antiquior; Bodinus *de Rep. lib.1. cap.8. n. 149.* Drauthius in *continuat. dier. canicular. tom.5. colloq.5.*

5. Dehinc Imperator Fridericus Primus Auguſtus cognomento Barbaroſſa, hoc ius ſibi & ſucceſſoribus ſuis, Imperatoribus & Regib. Romanorum, de ordinum Imperij ſententia aduerſus Papæ Romani præſumptionem adiudicauit anno Domini 1156. Rationem, qua ordines Imperij moti pro hac prærogatiua ſententias dixerint, ipſe aſsignat Imperator in reſcripto ad Papam Hadrianum IV. §.1. hiſce verbis; *Vnde cum Romano Pontifici ſcribimus, iure & ex antiquo nomen noſtrum præponimus &c. Reuoluite Annales & ſi lectum neglexiſtis, quod aſſerimus, illic inuenitur.* Deinde Archiepiſcopus Treuerenſis idem ſibi ius ab Imperatore Carolo IV. Aug. obtinuit contra Colonienſem, anno Domini 1356. in Comitijs Norimbergenſibus. Decretum Imperiale exſtat in *Aur. Bulla, cap.4. §.4.* cum hac decidendi ratione; *Sicut inuenimus hactenus competiiſſe.* Nec non Archiprincipes Electores ab Imperatore Sigiſmundo Auguſto euindicauerunt in comitijs Vlmenſib. an. 1434. cõtra Ducẽ Burgundiæ, teſte ipſomet Imperatore in *reſcr. ad concil. Baſilienſe,* in Gold. *coll. Conſt. Imper. t.3. f.438.* & Calefato in *tr. de Equeſtri dignit. n. 121. & ſeq.* vbi refellit Chaſſanæũ aliter ſentientẽ in *Catal. glor. mund. p.5. conſ.45.* & iterum iidẽ Electores à Friderico III. Imperatore in Comitijs Ratiſponenſib. an. 1471 aduerſus eundẽ Burgundũ, ꝓpter parẽ ſcilicet nobilitatem ac vetuſtum morẽ; Ioan Antonius Campanus Epiſcopus Apratinus, & Sedis Romanæ Nuncius, in Epiſt. ad Cardinal. Papienſem,

Digitized by Google

in Goldaſti *Politic. Imperialibus part. 19. tract.* 1. Eodem fundamento vſus eſt Ferdinandus Imperator in dirimenda lite Ducum Florentiæ & Ferrariæ: ſcilicet quod ita fuerit obſeruatum in Aula Caroli V. Imp. vt Florentini Oratores præceſſerint Ferrarienſibus; Hartman Piſtoris, *Conſil.* 51. Ant. Colerus in *Diſputat. de iure Imperij Germanici ſect.* 67. *n.* 1.

6. Pontificum Romanorum ſententiæ circumferuntur in cauſa præcedentiæ inter Reges Galliæ & Hiſpaniæ controuerſa; Carol. de Graſſalio *lib.* 1. *Regalium Franciæ cap.* 1. *n.* 1. *in fin.* Nam pro Gallo pronuntiaſſe Pium IV. PP. anno 1564. referunt Onuphrius Panuinius in *Vita Papæ Pij IIII.* Ioan. Anton. Petramellarius in *Additionibus ad Onuphrium de ſummis Pontificib.* Cabrera Morales in *continuatione Alphonſi Ciaconij de Geſtis ſummor. Pontific. in Pio IV.* Petr. Iuſtinianus Venetus *lib.* 15. *Hiſtor. Venet.* ibi; *Pontifex circa ius præcedentiæ inter Gallorum & Hiſpaniarum Regum oratores, priorem locum Gallo, vti ſemper obſeruatum fuerat, attribuit*: Iohan. Bapt. Adrianus *lib.* 18. *Hiſtoriar. ſui temporis.* Natalis Comes *lib* 14. *Hiſtor. in fi.* Ioh. Bodinus *lib.* 1. *de Republ. c.* 9. *n.* 145. *& ſeq.* Thomas Coſtus *del compendio dell' Iſtoria del Regno di Napoli part.* 3. *lib.* 1. Papyrius Maſſonus in *Hiſtor. Pontificum in Pio IV.* Pet. Matthæus in *Hiſt. Henrici IV. Regis lib.* 1. *narrat.* 2. *n.* 8. *fol.* 41 Paul. Matth. Wehnerus in *Metamorph. rerumpubl. cap.* 7 *fol.* 89. Anton. Colerus in *Diſput. de iure Imperij German. ſect.* 66. Georg. Drauthius in *continuat. dier. canicul. tom* 5. *colloq.* 5. Sed impendioſius Antonius de Herrera *de la Hiſtoria general, part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 5. ibi *non hauendo in verita tanta ragione nelle ſue domande il Re Cattolico, che a buona equità doueſſe venire in cotal conteſa col Chriſtianiſſimo, hauendo ragioni buone, et' vſo continuo della ſua degnita.* Cauitellius in Annalib. Cremonenſib. anno 1564. ibi; *ſummus Pontifex declarauit debere præcedere Legatum Regis Galliæ, ſub fundamento, quod Gallia Regnum ſit antiquius Hiſpania, & Galli prius Hiſpanis fidem Chriſti receperint, quamuis Rex Hiſpaniæ plura habeat Regna & ſit potentior Rege Gallorũ.* Cardinalis Vitellius in Diſcurſu *de controuerſia præcedentiæ agitata Romæ inter Legatos Regum Galliæ & Hiſpaniæ*, quem inſeruit Iacob. Valdeſius libro ſuo *de Dignitate Regũ Hiſpaniæ c.* 3. *n.* 18. quo loco in reſponſo Papæ ad Legatum Hiſpanum hæc legitur ratio decidendi; *Haueua trouato gli Franceſi ſempre che ſtauano à canto all' Ambaſciador dell' Imperadore, gli conſeruana in quello iſteſſo luogo, ſenza dargli coſa alguna de nuouo,* &c.

Digitized by Google

Pij ſententiam eſſe repetitam à Sixto V. Papa, anno MDLXXXV. II. auctores ſunt Franciſcus Pegnna in *lib. de Vita & actis canoniſationis S. Didaci Complutenſis*, & Cicarella *de Geſtis ſummor. Pontific. in vita Sixti V. Papa.*

7. Quin generalis hæc eſt decretio Concilij Tridentini, vt ſua cuique iura antiqua in præcedendo ſeruarentur; Alphonſus Burgenſis Epiſcop. in *tract. de ſeſſionib.* Drauthius in *continuat. dier. canicular. tom. 5. colloq. 5.* Verba Concilij ſunt in eius calce; *Declarat ſancta Synodus ex loco aſſignato Oratoribus tam eccleſiaſticis quàm ſecularibus, in ſedendo, incedendo, aut quibuſcunque aliis actibus, nullum cuiquam eorum fuiſſe factum praiudicium; ſed omnia illorum, Imperatoris, Regum, Rerumpublicarum, ac Principum ſuorum iura & prærogatiuas illæſas & ſaluas eſſe, in eodemque ſtatu permanere, prout ante præſens Concilium reperiebatur.* Cuiuſmodi clauſula fermè ſolet *Receſſibus Comitiorum Imperialium* appendi.

8. In cauſa præcedentiæ inter Reges Angliæ & Siciliæ ad Concilium Conſtantienſe delata decretum à Patribus fuit ſeſſ. 22. *vt Oratores Iacobi & Iohannæ Regis & Reginæ Hieruſalem & Siciliæ vadant ad partem ſiniſtram poſt Ambaſiatores Regis Angliæ.* Vice verſa pro Rege Caſtiliæ contra Regem Angliæ ſuper eadem præſidentia fuiſſe in eodem Concilio determinatū, ſcribunt Surita *lib. 12. de los Annales de Aragon. ca. 66.* Garibay *lib. 11. d'el Compendio hiſtorial. d'Eſpanna cap. 7. & lib. 16. cap. 13.* Mariana Ieſuita *lib. 21. de Reb. Hiſpan. cap. 6.* & Alphonſus de Carthagine Epiſcopus Burgenſis in *Reg. Hiſpan anacephalaeoſi. cap. 7.* Rurſum verò Iulius II. Papa pro præcedentia Regis Angliæ aduerſus Regem Caſtiliæ iudicaſſe dicitur; Petr. Matthæus in *Hiſt. Henrici IV. Regis tom. 2. lib. 7. n. 12. fol. 652.* Et ante Pontificias declarationes litem inter Gallum & Hiſpanum motam, à Patribus Concilij Tridentini fuiſſe pro Gallo terminatam, aſſerit Ter. Vaſquius in *præfat. Controuerſ. illuſtr. nu. 12.* vbi ratio ſignanter illis Cardinalium verbis exprimitur; *Nihil immutare licet, quia is dicendi ordo præſcriptus fuit.*

9. Et ne tantum Chriſtianos Principes in teſtimonium citemus iuris vniuerſo generi humano communis, à Sultanis quoque Turcarum, Amuratho III. & Mahometo III. quum eadem præcedentia à Gallorum & Hiſpanorum Legatis in Porta diſputaretur, pro Gallo fuiſſe pronunciatum, teſtantur Iohan. Lewenklaw in *Supplement. An-*

nal.Othmanid. Iacob. Auguſt. Thuanus *lib.Hiſtor.ſui temp.* Theod.Gothofredus in *tract. de la Preſeance des Roys de France ſur les Roys d'Eſpaigne cap.1.in Annotat.lit.b.*

10. Quid de potentiſſimo Regno Poloniæ proferam? in cuius refertiſſimis Comitiis Warſouiæ celebratis, re in deliberationem deducta, communi omnium Ordinum conſenſu decretum fuit, vt Gallorum Regi antiqua conſuetudo ſeruetur, quemadmodum in libros ſuos retulerunt Iohan. Choiſnynus ſiue is potius Monlucius Epiſcopus Valentinus in *Diſcurſu de elect. Regis Poloniæ*, Popeliniere *lib.35.de ſon Hiſtoire*, Iac. Aug. Thuanus *lib.56.Hiſtor.ſui temporis*, Theod.Gothofredus in *d.tract.cap.1.lit.i.*

11. Iudicata eſt eadem cauſa à Sereniſſimo Duce & Senatu Veneto, petentibus id & inſtanter flagitantibus amborum Regum Legatis: & iudicata quidem pro veteri Gallorum iure & conſuetudine; Marzarius *Conſil. 26. num. 33. & ſeq.* Natalis Comes *lib. 11. Hiſtor.ſui temporis*, Michael Surianus in *Relatione d'Eſpaigne*, *anno* 1559 Lanſacus Legatus Gallicus ad Concil. Trident. in *epiſtol. ad Reginam Matrem data Tridenti* 8. *Decemb.* 1562. & alij Gallorum Ambaſiatores, relati à Theodor. Gothofredo in *tractat. de la Preſeance des Roys de France, cap.3. in Annot. fol.* 45. & quorum Diſcurſus exſtant *dans les Memoires du Concile de Trente*, Ioh. Bodinus *lib.1.de Republ.cap.9.nu.*145. Petrus Iuſtinianus Patritius Senator Venetus *lib.14.Hiſt.Venet.* in his clariſſimis verbis; *nihil ex antiqua priorique cõſuetudine, & quod omnium memoria ſemper obſeruatum fuerat à Senatu immutatum*, &c. *Cenſuit Senatus, quod omnium memoria ſemper obſeruatum fuerat, vt Gallus Orator Hiſpanum apud Principem publicè praecederet.* Iohan. Baptiſta Adrianus lib.17. Hiſtor. vniuerſ. ibi ſcilicet; *ma queſto era contro alli ordini antichi, per li quali il Chriſtianiſſimo dopo l'Imperadore ha ſempre tenuto per tutto il luogo piu degno come Re di piu antico Reame di Chriſtianità.* Iacob. Menochius Conſil. 126. nu. 5. cuius verba ſummo notanda opere hæc ſunt: *Sereniſſimum Dominium Venetorum aliquando declarauit, obſeruandam fuiſſe conſuetudinem praeminentiæ ſedendi & ambulandi inter Regis Chriſtianiſſimi & Regis Catholici Legatos. Quo ſane prudentiſſimo iudicio factum eſt, vt Rex Hiſpaniæ conqueri non potuerit, cum id placuerit Dominio ſereniſſimo, quod olim Regibus Hiſpaniæ placuit.*

12. Quin

Digitized by Google

12. Quin ipſemet Rex Hiſpaniæ in cauſa inter Ciuitates Regni Caſtiliæ Burgum atque Toletum inſtituta pro iure præcedentiæ, ex eadem decidendi ratione pro Burgo ſententiam tulit; Garibay *lib. 14. d'el compendio hiſtorial d'Eſpagnna cap. 23.* Mariana *lib. 16. de Reb. Hiſpan. cap. 15.* Antonius de Herrera *part. 2. de la Hiſtoria general. lib. 14. cap. 19.* Georg. Drauthius in *continuat. dier. canicular. Sim. Maioli, tom. 5. colloq. 5. verſ. iamdudum etiam*, Ambroſius Morales lib. 15. de la Coronica de Eſpagna cap. 17. ibi; *poblo por mandado del Rey Don Alonſo el Magno la ciudad de Burgos, que ſiempre des de ay adelante fue como agora tambien es, la cabeça de todo el Reyno de Caſtilla.*

13. Quod cum ita ſit, quis non miretur vetuſtiſſimam hanc iuris obſeruantiam, à natura, iure gentium, & tot decretis ſummorum Principum vallatam ac munitam, in perſonis pupillorum Ducum hodiè defeciſſe?

Capvt XXXI.

Concluſio hypothetica pro Illuſtriſſimis Ducibus Saxoniæ Vianrienſibus: & medio alternationis.

1. Etenim quam prærogatiuam Illuſtriſſimo Principi ac Domino, Domino Iohanni Erneſto Duci Saxoniæ, &c. inter duodecim fratrueles maximo, eiuſque ordine fratribus germanis, ius naturæ, inſtituta gentium, conſuetudines & conſtitutiones Imperatorum tribuerunt, eius vindicationem nunc animaduertitur ab Illuſtriſſima Duciſſa Matre abdici, & ſecundum eos, qui parum comperto iure petierant, dici. Parum namque compertum ius cui non eſſe videatur, quod nullo exemplo, nullo actu, nullo pacto gentilitio, nulla conſuetudine in vſu fuiſſe apud Duces Saxoniæ poteſt verificari? Contra ea inconcuſsè longæuam conſuetudine atque vſu perpetuò obtentum, ſemperq; poſt hominum & ſupra hominum memoriam obſeruatum fuiſſe oſtendimus, Seniorem Ducem Saxoniæ cæteris agnatis omnibus, excepto Electore, perpetim anteceſſiſſe.

Quæ antiquiſſimi temporis vetuſtas & conſuetudo eam vim habet, vt intentionem eiuſdem Illuſtriſſimæ Duciſſæ Matris ſatis ſuperq; fundet in petitorio & poſſeſſorio, perinde ac ſi nominatim Summi Pontifices, Imperatores & Reges lege lata aut priuilegio bullato conſtituiſſent, vt ſenior Dux Saxoniæ eiuſque Legati, reliquis agnatis Ducibus antiſtarent; Elbert. Leoninus *conſil.1.n.8. & ſeq.*

2. At obiciunt nobis actus quoſdam nouiſſimos, Quæris, quales? nempe lite pendente innouatos, & quos Illuſtriſſima Duciſſa Mater perpetua interpellatione vſurpauit atque interrupit? Sed reſpondeat noſtram vicem vir doctus, cuius hæc ſunt verba de noſtræ antiquioris poſſeſſionis actibus Gallicè concepta; *Aucuns deſquels pour eſtre plus anciens que de cent ans, les autres quaſi de deux cents, & les autres de plus de trois cents, & auec cela tous verifiez par teſmoignaiges auctentiques, ſont plus que ſuffiſans pour tenir lieu pour tous les Actes, qui ont eſté faicts au parauant ou depuis*: Theod. Gothofredus Aduocatus Regius Curiæ Pariſienſis in ſæpè laudato libro *de la Preſeance, &c. cap.1.*

3. Quid igitur faciendum, quærat fortaſſe aliquis, quum etiam pro altera parte rationabiles nec temerè in benè conſtituenda Republ. inſuper habendæ rationes militent? Quid aliud cenſes, niſi quod vetere iure conſtitutum eſt? quo cauetur, vt qui de ſuo ſtatu litigat, in poſſeſſione libertatis conſtituatur; *l. 2. §.24 D. de orig. iur.* Cuiac *lib.18. Obſeruat. cap.23.* & pendente nunc appellatione apud Ordines Imperij nihil amplius de facto innouetur, ſed amicabilis æquabilitas inter vtroſque Principes fratrueles ordinetur. Quod poteſt abſque alterutrius partis ſiue præiudicio ſeu iniuria commodiſſimè fieri per modum alternationis, ſeu viciſſitudinem præcedentiæ; Barbatias in *l. ſi Titius, verſ. ſed pone. D de verb. obligat.* Petr. Iacob. in *Practic. tit. de ſucceſſ. Regum Franciæ, verſ. ſed quid dum deceßit,* latè Tiraquell. *de iure primigen. quæſt. 17. opin. 5.* per totum, Andr. Knichen *de Saxon non prouoc. priuilegio cap. 2.* verb. *Ducum.* Ant. Colerus in *diſputat. de iure Imperij Germ. ſect. 67 n.5.* Drauthius in *continuat. dier. canicular. tom.3. colloq. 5. verſ. frequens certè eſt.* Hoc enim remedium vtiliter ac ſalubriter eſt inuentum in ambiguitate litigioſæ poſſeſſionis, ad pacem inter æquales ordines in Imperio conſeruandam; Nicol. Berſius *de Pactu famil. illuſtr. fol.371.* propter quod & alias diſcedimus à regulis iuris communis, per notata à Doctorib. in *l. aquiſſimum,*

ſimum, in pr. D. de vſufruct cum ſimilibus. Nec ipſe adeò Imperator alienum à ſua perſona aut indignum Maieſtate Cæſarea hoc medium reputauit. Quum enim ſummus Pontifex ſatis præpoſtera ambitione, vt Ordinibus Imperij qua ſacris qua prophanis tum videbatur, Imperatori Auguſto dicam ſuper iure præcedentiæ ſcripſiſſet, nixus prætextu patriæ poteſtatis, quod nimirum eſſet ſpiritualis pater Imperatoris: Auguſtus Fridericus I. Cæſar, re cum ordinibus deliberata, quia & ipſe eſſet pater ſecularis & dominus Pontificis, pro amore pacis publicæ & mutuæ affectionis, eidem indulſit, vt vicaria prærogatiua vteretur. Verba reſcripti ad Papam hæc ſunt; *Vnde cum Romano Pontifici ſcribimus, iure & ex antiquo nomen noſtrum præponimus, & ad iuſticia normam eidem nobis ſcribendi concedimus*: in Goldaſti *collect. Conſtitut. Imperial. tom. 1. fol. 263.*

4. Et de Imperatore Septimio Seuero narratur, ipſum moribundum iuſſiſſe, vt alternis diebus apud Baſſianum & Getam filios & ſuos in Imperio ſucceſſores, Fortuna Regia poneretur; Spartianus in *vita Seueri*, ne videlicet, ſi perpetuò apud vnum viſeretur, is maior quodammodò & ſuperior poſſet reputari; Tiraquell. *de iure primigen. quæſt. 19 num. 4.*

5. Qua eadem ratione idẽ Tiraquellus notanter obſeruauit: exiſtentibus ſimul duobus, tribus vel etiam quatuor Imperatoribus, nomina ſua in literis, ſanctionibus, edictis & reſcriptis de induſtria alternaſſe, ne ſi ſemper vnus primum fuiſſet nominatus, veluti aliis maior & ſuperior haberetur; *d. quæſt. 19. n.* 4. Vbi ponit exempla Gratiani, Valentiniani & Theodoſij, Arcadi & Honorij. Ex quibus & aliis ſimilibus ſatis clarum eſſe arbitratur, antiquos illos Imperatores, à quibus Leges noſtras accepimus, abundè ſuo exemplo docuiſſe, quid in caſu noſtræ quæſtionis agendum ſit, non in nominatione ſolum ſed & in ſeſſione, inceſſu, edictis & aliis eiuſdem generis: id ſcilicet, vt alternis vicibus præſint ordine nominationis, ſubſcriptionis, ſeſſionis, inceſſus, &c. Baldus in *proœm. Dig. §. itaque, verſ. ſed ſuppoſito quod ambo*, & ita id agant, vt nihil de ordine videantur eſſe ſolliciti: aut ſi ipſum paulò exactius curare velint, non expeditius id poſſint facere, quàm alternas vices obſeruare; Tiraquell *d. quæſt. n. 5.*

6. In Domo Palatina Bauarica idem alternationis remedium ſalu-

tare viſum fuit Ludouico IV. Imperatori Auguſto, & ipſi Comiti Palatino Rheni ac Duci Bauariæ, qui prærogatiuam ſuffragiorum interlocutoriè partitus eſt in hunc modum, vt primum votum in Electione Romanorum Regis,&c. haberent Duces à Rudolpho primogenito deſcendentes, alterum verò Duces ab Imperatore Ludouico ſecundogenito promonantes,alternatim & ord ne mutuitante, vt patet ex decreto dato Ticini in Italia,anno Dom. MCCCXXVIII. cuius meminit Andreas Presbyter Ratiſponenſis in *Chron. Bauar. pag.* 28. Freherus in *tract. de Legit. tutel.curaque Elector. Palat.* Gewoldus in *Antitheſi*,&c.

7. In Senatu Imperij Electorali, inter Archiprincipes Electores, Treuerenſem & Colonienſem Archiepiſcopos per ſimilem prouiſionem vſuuenit, vt nunc in Imperij conuentibus alternatione quadam amice & pacifice vtantur: Nicol. Mameranus in *tractat. de inueſtitura regalium Electoralis dignitatis*, *&c. Mauritij Ducis Saxoniæ*, &c. Auctor deß außführlichen Berichts / wie es auff Reichstagen pflegt gehalten zu werden / *cap.* 5. in Goldaſti Politiſchen Reichshändeln / *part.22.num.1 fol.930.* Lehmannus *lib.7.Chronic. Spirenſ.cap.124.num.* 6. Freherus in *commentat. de Teſtament. tut. curaque Elector. cap.* 12. *num.*16.

8. Quum etiam, Carolo V. imperante, Domus Auſtriaca quæſtionem præcedentiæ mouiſſet Archiepiſcopo Salisburgenſi, eadem conditione ordinatum fuit, vt in Senatu Imperij Principum, in ſedendo & votando inter ſeſe alternarent vſque ad plenariam cauſæ deciſionem; idem Mameranus in *d. tract. de inueſtitura regalium*,&c. Idem Auctor deß außführlichen Berichts / *cap.*7. Lehmannus *d.lib.7.Chron. Spirenſ.cap.12.n.6.in fin.*

9. In eodem Senatu Principum Epiſcopus Herbipolenſis & Epiſcopus Wormatienſis, excepto primo & vltimo die, in quo Herbipolenſis Wormatienſi præſidere ſolet, per vices alter alteri præſidet; Nic. Mameranus in *d.tract.de inueſtitura regalium*,&c.

10. Ibidem alternare iam ab annis quàm pluribus conſueuerunt ex ordinatione Cæſarea, Dux Pomeraniæ, Dux Wittenbergæ, Landgrauius Haſſiæ & Marchio Badenſis, vt refertur in *Actu Comitiorum Ratiſbonenſium de anno* 1613.*fol.*40.

11. Et

Digitized by Google

11. Et cum illis ipſis quatuor alternantibus familiis ex nupero D. Matthiæ Imperatoris decreto prouiſum eſt, vt Dux Meckelburgiæ pariter mutuitare vices Præſidentiæ cœperit. Quod decretum exſtat in dictis *Actis Comitior. Ratiſponenſ.fol.*40.*& ſeqq.*

12. Sunt & ſuæ inter Comites ac Barones viciſſitudines. Etenim Comites & Barones Sueuici cum Wederouianis ſolent alternatis vicibus in Senatu Principum votare; Idem Auctor deß außführlichen Berichts/&c.*d.cap.*7. Lehmannus *d.lib.*7.*cap.*12.*n.*6.

13. Et in Senatu quoque Ciuitatum Imperialium, Lubeca & Wormatia vices ſedendi & votandi alternis diebus variant; idem Auctor *cap.*8. Lehemannus *d.lib.*7.*c.*12.*n.*7.

14. In Gallia denique germana Germanis & conſanguinea natione, paria eademque obſeruantur prouiſionalia decreta. Et memorabile eſt illud, quod refert Iohan. Tilletus Protonotarius Regni, in hæc verba: *Autre differend entre les dits Princes du ſang, chefs de leurs maiſons, y ſa, ſcauoir ſi l'ordre de leur rang eſt ſelon la proximité de la Couronne, ou ſelon la plus grande dignité feodale? Par exemple, ſi vn Prince Duc plus esloigné de la dite Couronne precede le Prince Comte plus proche? Ce differend fut meu entre les Ducs de Bourbon & Comte d'Alenco. Le Conſeil priué du Roy Charles VI. pour les contenter, ordonna, que l'vn ſeerroit auant l'autre par tour, ainſi qu'il eſt recité au Regiſtre du Parlement du* 20. *Nouemb.*1414. in tractat. Du rang des Grands de France, cap. de Prince du ſang de France, fol.31*6*.

15. Nec diſſimile admodum eſt iudicium Thebanorum de Regno alternis annis adminiſtrando inter Reges ſuos Etheoclem & Polynicen fratres, eo pacto, vt natu maior prima, iunior altera vice imperium haberet, ſicuti literis dedicarunt Euripides in *Phœniſſ.* ibique Scholiaſtes, Seneca Tragœd. in *Theb. act.* 2. Diodorus Siculus *lib.*4. *Bibliothec.cap.*6. Statius Papinius *lib.* 2. *Thebaid.* Virgilius in *Culic.* Placidus Luctatius in *Comment. ad Stat.* Hyginus in *Fabul. cap.* 67. Apollodorus *lib.* 1. Pauſanias in *Bœotic.* Domitius Calderinus *Comment. in Virgil. Cul.* Chaſſanæus in *Catalog. glor. mun. part.* 1. *conſid.* 58. Elias Vinetus Comment. in *Auſonij Epigramm.* 131. Frid. Taubmannus *Comment. in Virgil. Cul. fol.*147. Arniſæus *de Republ. lib.*2.*cap.*2.*fol.*102.*& ſect.*8.*n.*40.

16. Quod

16. Quod & ipſum de Albanis Regi' us, Numitore & Amulio prodiderunt Plinius Cæcilius ſiue is ſit Sext. Aurel. Victor ſiue Corn. Nepos in *lib. de Vir. illuſtrib. cap. 1 in prin.* Paul. Oroſius *lib. 2. Hiſtor. ca. 2.* Carol. Stephanus in *Diction. Hiſtor.* verb. *Aurulus*, Tiraquellus *de iure primig. quæſt. 17. opin. 5. n. 9.*

17. Pyrrhus quoque & Neoptolemus fratres pacti inter ſe erant æquale & mutuum Regnum in Epiro; Plutarchus in *Pyrrho n. 2.* Arniſæus *de Republ. lib. 2. cap. 2. fol.* 104.

18. Et ante ipſos hoc iudicium ſecuti fuerant Thyeſtes & Atreus fratres, Pelopis filij, qui viciſſitate Regni pacta, Mycenis ſiue Argis, alternis annis regnarunt; Seneca Tragœd. in *Thyeſte act. 1.* Pauſanias in *Corinthiac.* Iohan. le Cirier *de primogenit. lib. 1. quæſt. 7.* M. Ant. Delrius *comment. in Thyeſt.*

19. Necnon & Pollux atque Caſtor gemini fratres, Obebaliæ in Laconia Reges, quorum Pollux prior in lucem editus quum ſolus Regnum adminiſtraret, fratris amore ab Ioue (id eſt, ſupremo Laconiæ Rege vel Imperatore) petiit, vt poteſtatem ſuam cum fratre poſſet partiri. Qua re impetrata, alternis cum illo Regiam poteſtatem commutaſſe memoratur. Additque Higynus eos maxima concordia regnaſſe, & mare pyratis infeſtatum ſua opera pacauiſſe. Hinc fabulæ occaſio de alterna vtriuſque & viciſſitudinaria morte, nauclerorumque numine, apud Poetas: cuius figmenti narrationem exſequuntur Higynus in *Fabul.* Pauſanias in *Laconic. & Arcadic.* Theocritus *idyllio in Dioſcuros*, ibique Zachar. Calliergus Cretenſis in *ſcholiis*, Theon Alexandrinus *Schol in Arati Phænomen.* Iohan. Tzetzes *Hiſtor. 48 chil 2.* Chriſtoph. Laudinus in *Virgil. 6. Æn.* Natal. Comes *lib. 8. Mytholog. cap. 9.* Victor Giſelinus *comment. in Prudent. lib. 1. contra Symmach. num.* 185. & paſſim Interpres ac Scholiaſtæ: qui tradunt, antiquos commento fabulæ nos docere voluiſſe, propinquorum præcipuè concordiam Deo gratiſſimam eſſe.

20. Et Romani, Conſulum eadem de cauſa imperia volebant eſſe alterna, ne contrariis iuſſis ſeſe mutuò impedirent, & poteſtatis vim, in vnione ſola efficacem, obtunderent; Arniſæus *de Republ. lib. 2. cap. 2. ſect. 2. num. 21.*

21. Quin propter hanc eandem cauſam inter Germanos quoque Prin-

Digitized by Google

Principes aliquando ſolet conueniri, vt fratres vel agnati annis alternis, vel etiam triennio prouincias adminiſtrent, maiorque natu ætatis prærogatiua prior præſit; Ioh. Lauterbachius à Noſcowitz in *Principe Chriſtiano, cap. vlt. n.* 131. Beſoldus *lib. 1. Diſput. nomicopolit. Diſſert. 6. n.* 9. Et de Iohannis Friderici Exelectoris Saxoniæ filiis memoriæ commendauit Thuanus *lib.* 37. *Hiſtor fol.* 768. De Leopoldo & Erneſto fratrib. Archiducibus Auſtriæ, in adminiſtratione Auſtriæ per vices menſtruo ſpatio partienda, Cuſpinianus in *Deſcript. Auſtriæ*, & Gerhardus à Rhoo *lib.* 4. *Hiſtor. Auſtriac. anno* 1406. Sic hodie generalis Ducatuũ Slesvvicis Holſatiæ, Stormariæ & Dithmarſiæ gubernatio Regi Daniæ Chriſtiano IV. & Iohanni Adolpho Epiſcopo Lubecenſi & Holſatiæ Duci incumbit, alterniſq; ab vno in alterum vicibus transfertur: Heinr. Ranzouius in *Annalib. Cherſoneſ. Cimbric. claſſ.* 2. Cuiusmodi viciſſitudinaria prouinciarum gubernatio vernaculo ſermone dicitur eine Mutſchirung vel (vt alij volunt) Mutſcharung; Meichſnerus *Deciſion. tom.* 3. *dec.* 9.

22. Sed hic quæſtio moueri poteſt, vtri ſcilicet primæ vices in alternatione hac ſint deferendæ? Cuius quæſtionis facillima eſt ex ijs, quæ modo dicta ſunt, ſolutio; nempe ſeniori, cui de iure naturæ & omniũ gentium debentur. Ita namq; Etheocles & Polynices ſuſcepto Regno, fœdere inuicem ſanxerunt, vt alternis quidem annis imperarent, ſed primus imperij annus Etheocli cederet, tanquam maiori natu; Elias Vinetus *comment. in Auſonij epigram.* 131.

23. Et ex hoc iure in Senatu Electorum Archiepiſcopus Treuirẽſis ſemper primum votum dat, licet ille & Colonienſis in ſeſſione vtantur alternatione. Archidux etiam Auſtriæ & Archiepiſcopus Salisburgenſis in directorio & ſeſſione inter ſe quidem alternant, ſed Archiducis honori ſemper primæ partes remittuntur. Et inter Pomeraniæ ac Würtembergiæ Duces, Marchionemq; Badenſem, Lantgrauius Haſſiæ iure antiquitatis ſemper in medio conſiſtit, nec vnquam poſtremũ occupare ſeſe patitur. Eodem iure Epiſcopus Herbipolenſis prima vice ante Wormatienſem ſedere & votare dicitur in alternatione, vt auctor eſt Mameranus in citato *tract. de inueſtitura regal.*

24. Vnde apparet hoc medium vicariæ alternationis ſummam habere æquitatem & ſine cuiusquam indignatione iuſta. Cur enim Illu-

Q ſtriſſimi

16. Quod & ipſum de Albanis Regibus, Numitore & Amulio prodiderunt Plinius Cæcilius ſiue is ſit Sext. Aurel. Victor ſiue Corn. Nepos in *lib. de Vir. illuſtrib. cap. 1 in princ.* Paul. Oroſius *lib. 1. Hiſtor. ca. 2.* Carol. Stephanus in *Diction. Hiſtor.* verb. *Aurulius*, Tiraquellus *de iure primig. quæſt. 17. opin. 5. n. 9.*

17. Pyrrhus quoque & Neoptolemus fratres pacti inter ſe erant æquale & mutuum Regnum in Epiro; Plutarchus in *Pyrrho n. 2.* Arniſæus *de Republ. lib. 2. cap. 2. fol.* 104.

18. Et ante ipſos hoc iudicium ſecuti fuerant Thyeſtes & Atreus fratres, Pelopis filij, qui viciſſitate Regni pacta, Mycenis ſiue Argis, alternis annis regnarunt; Seneca Tragœd. in *Thyeſte act. 1.* Pauſanias in *Corinthiac.* Iohan. le Ciriet. *de primogenit. lib. 1. quæſt. 7.* M. Ant. Delrius *comment. in Thyeſt.*

19. Necnon & Pollux atque Caſtor gemini fratres, Obebaliæ in Laconia Reges, quorum Pollux prior in lucem editus quum ſolus Regnum adminiſtraret, fratris amore ab Ioue (id eſt, ſupremo Laconiæ Rege vel Imperatore) petiit, vt poteſtatem ſuam cum fratre poſſet partiri. Qua re impetrata, alternis cum illo Regiam poteſtatem commutaſſe memoratur. Additque Higynus eos maxima concordia regnaſſe, & mare pyratis infeſtatum ſua opera pacauiſſe. Hinc fabulæ occaſio de alterna vtriuſque & viciſſitudinaria morte, nauclerorumque numine, apud Poetas: cuius figmenti narrationem exſequuntur Higynus in *Fabul.* Pauſanias in *Laconic. & Arcadic.* Theocritus *idyllio in Dioſcuros* ibique Zachar. Calliergus Cretenſis in *Scholiis*, Theon Alexandrinus *Schol in Arati Phænomen.* Iohan. Tzetzes *Hiſtor. 48 chil. 2.* Chriſtoph. Laudinus in *Virgil. 6. Æn.* Natal. Comes *lib. 8. Mytholog. cap. 9.* Victor Giſelinus *comment. in Prudent. lib. 1. contra Symmach. num.* 185. & paſſim Interpres ac Scholiaſtæ: qui tradunt, antiquos commento fabulæ nos docere voluiſſe, propinquorum præcipuè concordiam Deo gratiſſimam eſſe.

20. Et Romani, Conſulum eadem de cauſa imperia volebant eſſe alterna, ne contrariis iuſſis ſeſe mutuò impedirent, & poteſtatis vim, in vnione ſola efficacem, obtunderent; Arniſæus *de Republ. lib. 2. cap. 2. ſect. 2. num. 21.*

21. Quin propter hanc eandem cauſam inter Germanos quoque

Prin-

Digitized by Google

Principes aliquando ſolet conueniri, vt fratres vel agnati annis alternis, vel etiam triennio prouincias adminiſtrent, maiorque natu ætatis prærogatiua prior præſit; Ioh. Lauterbachius à Noſcowitz in *Principe Chriſtiano, cap. vlt. n.* 131. Beſoldus *lib.* 1. *Diſput. nomicopolit. Differt.* 6. *n.* 9. Et de Iohannis Friderici Exelectoris Saxoniæ filiis memoriæ commen dauit Thuanus *lib.* 37. *Hiſtor fol.* 768. De Leopoldo & Erneſto fratrib. Archiducibus Auſtriæ, in adminiſtratione Auſtriæ per vices menſtruo ſpatio partienda, Cuſpinianus in *Deſcript. Auſtriæ*, & Gerhardus à Rhoo *lib.* 4. *Hiſtor. Auſtriac. anno* 1406. Sic hodie generalis Ducatuũ Slesvvicis Holſatiæ, Stormariæ & Dithmarſiæ gubernatio Regi Daniæ Chriſtiano IV. & Iohanni Adolpho Epiſcopo Lubecenſi & Holſatiæ Duci incumbit, alterniſq; ab vno in alterum vicibus transfertur: Heinr. Ranzouius in *Annalib. Cherſoneſ. Cimbric. claſſ.* 2. Cuiusmodi viciſſitudinaria prouinciarum gubernatio vernaculo ſermone dicitur eine Mutſchirung vel (vt alij volunt) Mutſcharung; Meichſnerus *Deciſion. tom.* 3. *dec.* 9.

22. Sed hic quæſtio moueri poteſt, vtri ſcilicet primæ vices in alternatione hac ſint deferendæ? Cuius quæſtionis facillima eſt ex ijs, quæ modo dicta ſunt, ſolutio; nempe ſeniori, cui de iure naturæ & omniũ gentium debentur. Ita namq; Etheocles & Polynices ſuſcepto Regno, foedere inuicem ſanxerunt vt alternis quidem annis imperarent, ſed primus imperij annus Etheocli cederet, tanquam maiori natu; Elias Vinetus *comment. in Auſonij epigram.* 131.

23. Et ex hoc iure in Senatu Electorum Archiepiſcopus Treuirẽſis ſemper primum votum dat, licet ille & Colonienſis in ſeſſione vtantur alternatione. Archidux etiam Auſtriæ & Archiepiſcopus Salisburgenſis in directorio & ſeſſione inter ſe quidem alternant, ſed Archiducis honori ſemper primæ partes remittuntur. Et inter Pomeraniæ ac Würtembergiæ Duces, Marchionemq; Badenſem, Lantgrauius Haſſiæ iure antiquitatis ſemper in medio conſiſtit, nec vnquam poſtremũ occupare ſeſe patitur. Eodem iure Epiſcopus Herbipolenſis prima vice ante Wormatienſem ſedere & votare dicitur in alternatione, vt auctor eſt Mameranus in citato *tract. de inueſtitura regal.*

24. Vnde apparet hoc medium vicariæ alternationis ſummam habere æquitatem & ſine cuiusquam indignatione iuſta. Cur enim Illu-

Digitized by Google

ſtriſſimi Duces Saxoniæ Aldenburgenſes aſpernentur idem ius ſibi dici, quod Imperatores, Reges, Electores, Principes, Reſpublicæ, ipſi ad eo eorum maiores Electores ac Duces Saxoniæ, ſibi pariter & aliis dixerunt, vel dici effecerunt? *l.1. in princ. D. Quod quisque iur. in alt. ſtat. vt ipſe eodem iure vtatur.* Aut quodnam illud eſſe poteſt præiudicium, quod ex hoc medio generari ac redundare debeat, cuius prouiſio per definitiuam ſententiam penitus tolletur? Interea vero eiusdem beneficio pax publica in terra Saxonica, fraterna charitas inter patrueles, par affectio erga agnatum Electorem, coniunctum ſtudium pro patria, mutuum virium ac potentiæ augmentum, denique amicabilis inter communes ſubditos beneuolentia reſtaurari & ſtabiliri poterit.

In quo voto finio, & DEVM precor, vt det quæ voueo per filium eius vnigenitum Dominum & Seruatorem noſtrum IESVM CHRISTVM, cuius hoc eſt primum ac ſummum elogium; Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis; apud Iohan. cap. 14

EXPLICIT LIBER PRIMVS.

SENIOR

SENIOR
ΚΛΗΡΟΝΟΜΙΚΟΣ
Siue
DE MAIORATV
Liber II.
QVI EST DE SVCCESSIONE ET IVRE PRÆLATIONIS IN HEREditate defuncti poſſeſſoris.

CAPVT I.

Quod de ſucceſſione viui Electoris diſputare nefas ſit: & cur in hoc certamen inuiti deſcendere cogamur.

1 SVperiori libro diſſeruimus de iuræ Præcedentiæ, nunc conſequum eſt, vt de iure ſucceſſionis exequamur. Alterum enim alterius ope, auxilio veget. Non quod confeſtim, qui ius habet præcedendi ex ætatis prærogatiua, idem ille ſine alia conditione aut reſpectu ius habere ſuccedendi proximum intelligatur (id enim non vsquequaque verum eſſe, ex inſequentibus conſtabit) ſed quia homines quidam id ita eſſe ſeſe nobis perſuadere poſtulant, & ſummis viribus atque induſtrijs omnibus non modo Ordinum pro-

Digitized by Google

uincialium in conſeſſu, verum ipſa etiam Cæſaris Curia, Principumque Imperii cætu euindicare nituntur. Contra quos non quimus nec poſſumus nobis temperare, quin (ſine inuidia tamen) exclamemus: ô mi homines, mi amici homines, vbi eſt humanitas veſtra erga tã propinquos agnatos Principes? vbi eſt reuerentia veſtra erga ſereniſſimum Electorem, caput nempe & principem familiæ Saxonicæ?

2. Habent hoc nimirum Archiprincipes Electores, vt proxima membra, cum Cæſarib. cõmune, ne de eorum ſucceſſione quæratur; Marq. Freherus in *Comment. de teſtam. tut. curaque Electorali, cap.* 19. Romæ namque Cæſarum temporibus capitale hoc fuit, ſi quis de futuris à morte Imperatoris contingentibus diſceptaret, tantum abeſt vt vel verbulum de ſucceſſione mutire auderet. Quod idem de cæteris quoque Regnis aſſerunt E. D. L. in *Apolog. Catholic. cap.* 1. §. 6. *num.* 8. *& ſeqq.* Auctor *Diſcurſus de rebus Gallicis ſiue triplici potentia Regis Galliæ, Regis Nauarræ & Ducis Guiſiæ, num.* 5. Ea propter decreto Concilij Toletani V. circa annum 622. Heraclio Cæſare imperante, in Hiſpania celebrati, excommunicatione feriuntur omnes, qui, mortuo Rege, quis imperaturus eſſet, inquirerent. Decreti verba ſunt cap. 4. *Ergo quia & religioni inimicum, & hominibus conſtat eſſe perniicioſum, futura illicite cogitare, & caſus Principum exquirere, ac ſibi in poſterum prouidere, cum ſcriptum ſit: Non eſt veſtrum noſſe momenta vel tempora, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate: hoc decreto cenſemus, vt quisquis inuentus fuerit talia perquiſiſſe, & viuente Principe in alium attendiſſe, pro futura Regni ſpe, aut alios inter ſe propter id attraxiſſe, à conuentu Catholicorum cum excommunicationis ſententia expellatur.* Quod ipſum decretum ſequenti Concilio V. confirmatum eſt, adiecto valido & eleganti argumento cap. 17. *Iniquum eſt, & valde execrabile Chriſtianis haberi debet, futuri temporis illicitis proſpicere, & vitæ ſuæ ignaros, ventura diſponere.* Quo argumento ducta Eliſabetha Angliæ & Hiberniæ Regina lege cauit ſeueriſſime, ne quis de ſucceſſore in Regno ſciſcitaretur; Pet. Matthæus in *Hiſt. Henrici IV. Reg. lib.* 6. *narrat.* 2. *num.* 2. *fol.* 505. ſibi, dicens, ante mortem non eſſe fodiendum ſepulchrum; Richard. Dieterus in *Diſputat. de ſumma ſummi Imperii poteſt. concluſ.* 195. Ominoſa eſt enim illa percontatio: hinc ſibi funus duci, atque in ſuos annos inquiri Principes ſuſpicantur; Rudolph. Botereus *commentar. de reb. toto orbe geſt. lib.* 10 *fol.* 363.

3. Igitur

3. Igitur vtrique litigantium in Electorem grauiſſime peccant, de eius ſucceſſione ipſo viuo & ſpirante diſputantes: fruſtra. Deus enim Electorem herede filio beauit. Imo importunis iſtis quæſtionibus in vitam eius tanquam conſpiraſſe videntur. Quod quid quæſo aliud eſt, quam in naturam ipſam inſurgere? bonos mores corrumpere? pietatem Chriſtianam, atque eam, quam Electori debent, charitatem violare? cum ei, vtpote Principi familiæ, bene dicere, bene precari, bene ominari debeant: Auctor *Apolog. Catholicæ cap.1.§.6.n.8* Nigram itaque illam diem & luctuoſam exſpectare, peccare eſt cõtra & ciuiles omnes & naturales Leges. Neque certe diſputationem de Electoria ſucceſſione contra Electoris præſentis voluntatem, ipſo viuo inſtitutam, vnquam Viri boni probauerunt: imo illicitam, quamdiu ſaluum Electorem conſeruare Deo lubitum fuerit putauerunt.

4. Quod ſi maxime locus aliquis foret huic argumento à ſucceſſione ad præcedentiam, qua tanto ſeſe oſtentant opere, ſaltem temperare ſibi debebant ab omine tam abominando & deteſtando. Voſne, ô Amici, quicunque eſtis, aut cuiates eſtis, de funeſta ſucceſſione Sereniſſimi noſtri Electoris Iohannis Georgij, Domini noſtri Clementiſsimi, iuuenis florentis, ætatis vegetæ & virtutis maſculæ, diſputare & iam in publico audetis? qui iam pater factus maſculæ ſobolis, & (quod ſperare nos iubet Genius gentis Saxonicæ) numeroſæ feliciter futurus, per quam Electoralis Domus primogenia in pluſcula ſæcula propagetur. Qui fratrem habet viuidum, eundemque iam maritum valentem, & in ſpe magna indubiæ prolis. Saltem in terminis conſtitiſſetis præcedentiæ, qua de ſola & tum agebatur, & hodieque agitur, nec ad argumentum tam inauſpicatum confugere maluiſſetis, felicius me Deus & conſtantius ſeſe res haberent Saxonicæ, & olim eſſent habituræ. Nunc quoniam omnem intentionem cauſæ veſtræ in hoc ſolo argumento fundatis, eoque proceſsiſtis, vt & iam ſacratiſsimo Conſiſtorio obrepſeritis, indeque non iam ex iure manum conſertum, ſed magis ſolida vi vadatis, nemo probus vitio nobis vertet, ſi à vobis non tam laceſsiti, quam per vim adacti & prouocationis beneficio vobiſcum contenderimus & vos ex iure manum conſertum vocauerimus, iuſtiſsimamque noſtrorum Principum prærogatiuam liberali manu aſſeruerimus. Nec enim tã alieni ſumus ab omni humanitate, vt ignoremus,

 quid

Digitized by Google

quid Eſauo iuris ſui natalitij contemptori exprobrauerit B. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus, Vir non minus doctrinæ ſanctitate, quam rerum prudentia conſpicuus, in Geneſ. lib. 9. ita ſcribens: *Terreſtris namq; infirmique animi profectò hic eſt, qui ſuam dignitatem contemnit, natiuitatis ſuæ primatum ſpernit*, &c.

5. Et quia etiam vulgo aliquid tribuendum eſt, qui alias ad falſa quælibet amplectenda, quam ad vera ſequenda pronior eſt, hoc libro præcipuis eorum argumentis reſpondere aggreſſi ſumus, quibus hoc agunt vnice, vt probent, mortuo Sereniſſimo Electore, eiuſque fratre Auguſto Duce, abſq; maſculis liberis, non proximiorem & ſeniorem agnatum, ſed primogenitum Aldenburgenſem, contra ſanctiſſimam Aureæ Bullæ ſanctionem, contraq; perpetuũ inſtitutum Domus Saxonicæ, legitimum Electorem futurum, eoque nomine etiam nunc in prærogatiua honorum ac dignitatum cæteris omnib agnatis ſine conditione antiſtare. Quod antequam exequamur, & ad argumenta illorum ſingillatim reſpondeamus, palam ex animi noſtri ſententia profitemur, noſtram intentionem aliam non eſſe, quam vt ius præcedentię, quæ ſola nobis in hac diſputatione eſt propoſita, ex prærogatiua ætatis vindicemus, nec ſubſtitutionis huius, quam iſti libera voce proferunt, tempus nos optare, imo ex animo abominari & execrari: Electoriq; Sereniſſimo, eius proli, & fratri, longam precari & felicem vitam, ſobolemque Electoratus ſucceſſioni idoneam, quæ ſtellarum adæquet ex diuina promiſſione infinitam multitudinem, Amen.

CAPVT II.

Textus Aureæ Bullæ originarius, cum Declarationibus Imperatorum pragmaticis.

1. OMnis vis argumentorum poſita eſt in vero & genuino intellectu Aureæ Bullæ, quam alij aliorſum trahere conantur, pro captu aut etiam ingenio interpretum, qui partim errant in facto, partim in ipſo iure. At ne illi quidem, qui falluntur in facto, non poſſunt non errare in iure, quippe quod in facto ius ſit poſitum; *l. ſi ex plagis*, §. 2. *D. ad L. Aquil.* De quo priusquam diſpiciamus, conſiderandus nobis eſt ipſe textus Bullæ Carolinæ, & ſubſecutæ in eam Declarationis. Et

Et Bullæ quidem verba hæc ſunt *cap.* 7. ex originalibus Bohemico, Palatino & Francofordiano quam diligentiſſi[illegible] & fideliſſime expreſſa.

2. *Sane generaliter longe lateque eſt publicum, & quaſi per totum orbem notorie manifeſtum, Illuſtres Regem Bohemiæ, Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniæ, & Marchionem Brandenburgenſem, virtute Regni & Principatuum ſuorum in electione Regis Romanorum in Cæſarem promouendi, cum cæteris Principibus Eccleſiaſticis ſuis Coëlectoribus, ius, vocem, & locum habere, & vna cum ipſis cenſeri & eſſe veros & legitimos ſacri Imperij Principes Electores: ne inter eorundem Principum ſecularium Electorum filios, ſuper iure, voce, & poteſtate præfata, futuris temporibus ſcandalorum & diſſenſionum poßit materia ſuſcitari, & ſic bonum commune periculoſis dilationibus impediri, futuris auctore Deo cupientes periculis ſalubriter obuiare, ſtatuimus, & imperiali auctoritate, præſenti lege perpetuis temporibus valitura, decernimus, vt poſtquam ijdem Principes Electores & eorum quilibet eſſe deſierit, ius, vox & poteſtas electionis huiusmodi ad filium ſuum primogenitum legitimum laicum; illo vero non extante, ad eiusdem primogeniti primogenitum ſimiliter laicum libere & ſine contradictione cuiuſpiam deuoluatur. Si vero primogenitus huiusmodi abſque heredibus maſculinis legitimis laicis, ab hac luce migraret, virtute præſentis Imperialis edicti, ius, vox & poteſtas electionis prædicta, ad ſeniorem fratrem laicum, per veram paternalem lineam deſcendentem, & deinceps ad illius primogenitum laicum deuoluatur. Et talis ſucceßio in primogenitis & heredibus Principum eorundem in iure, voce & poteſtate præmiſſis, perpetuis temporibus obſeruetur: ea tamen conditione & modo, vt ſi Principem Electorem, ſeu eius primogenitum, aut filium ſeniorem laicum, mori, & heredes maſculos legitimos laicos, defectum ætatis patientes, relinquere contingeret, tunc frater ſenior eiuſdem primogeniti, tutor eorum & adminiſtrator exiſtat, donec ſenior ex eis legitimam ætatem attigerit; quam in Principe Electore decem & octo annos completos cenſeri volumus & ſtatuimus perpetuo & haberi: quam dum exegerit, ius, vocem & poteſtatem, & omnia ab ipſis dependentia, tutor ipſe ſibi totaliter cum officio teneatur protinus aßignare.* Hæc quidem Imperator in Capitulis Norimbergæ ſancitis anno Domini MCCCLXVI. die IX. Ianuarij. Sequitur deinde *capitulum* 25. ex articulis in vrbe Metenſi conſtitutis anno eodem, die XXIV. Decembris in hunc modum.

3. *Si*

3. *Si cæteros Principatus congruit in ſua integritate ſeruari, vt corroboretur iuſtitia, & ſubiecti fideles pace gaudeant, & quiete, multo magis magnifici Principatus, dominia, honores, & iura Electorum Principum debent illæſa ſeruari. Nam vbi maius incumbit periculum, maius debet remedium adhiberi, ne columnis ruentibus, baſis totius ædificij collidatur. Decernimus igitur, & hoc perpetuis temporibus valituro Imperiali ſancimus edicto, quod ex nunc in antea perpetuis futuris temporibus inſignes & magnifici Principatus, videlicet Regnum Bohemiæ, Comitatus Palatinus Rheni, Ducatus Saxoniæ, & Marchionatus Brandenburgenſis, terræ, diſtrictus, homagia, vaſallagia, & alia quæuis ad ipſa ſpectãtia, ſcindi, diuidi, ſeu quauis cõditione dimembrari nõ debeant, ſed potius in ſua perfecta integritate perpetua maneant, primogenitus filius ſuccedat in eis, ſibiq; ſoli ius ac Dominium competat, niſi forte mente captus, fatuus, ſeu alterius famoſi & notabilis defectus exiſteret, propter quem non deberet, ſeu poſſet hominibus principari. In quo caſu inhibita ſibi ſucceſſione, ſecundogenitum, ſi fuerit in ea progenie, ſeu alium ſeniorem fratrem, vel conſanguineum laicum, qui paterno ſtipiti in deſcendenti recta linea proximior fuerit, volumus ſucceſſurum: qui tamen apud alios fratres & ſorores ſe clementem & pium exhibebit continuo, iuxta datam ſibi à Deo gratiam, & iuxta ſuum beneplacitum, & ipſius patrimonij facultates: diuiſione, ſciſſione, ſeu dimembratione Principatus & pertinentiarum eius, ſibi omnibus modis interdicta.* Huc uſque verba Aureæ Bullæ ex ipſis Capitulis, quæ ſunt in Comitijs Metenſibus ſancita, & in ipſa die Natiuitatis Chriſti publicata. Quatriduo poſt ad preces Rudolphi I Electoris Saxonię reſcripſit hanc declarationem, in qua neruus noſtræ controuerſiæ totus conſiſtit:

4. *Et ne inter heredes & ſucceſſores ipſius, eo defuncto, ſuper iure huiuſmodi dubitationem, quæſtionem, aut litium exurgant materia temporibus affuturis, decernimus & Imperiali ſtatuimus edicto, quod poſt eius obitum primogenitus filius ipſius, vel eodem decedente antequam filios procrearet, ſecundogenitus, ſeu ſenior, ordine genituræ, laicus duntaxat, in præſcriptis Principatibus & officio Marſchalliæ, cum omnibus ſuis dominijs, iuribus, & pertinentijs ſibi ſuccedat; & quod eidem vox, ius, auctoritas & poteſtas competat, quotiens neceſſe fuerit, Romanorum Regem eligendi. Si vero præfatum Rudolphum, modernum Saxoniæ Ducem, ſine legitimis maſculini ſexus hæredibus laicis, de lumbis eius procreatis, mori contingeret, ex tunc Principatus, vox, ius auctoritas, & poteſtas electionis huiuſmodi, modo præmiſſo, ad ſeniorẽ fratrem eius, per veram pater-*

Digitized by Google

paternalem lineam deſcendentem,& ab eodem ad primogenitum ſeu ſeniorem filium eiusdem: eodemq; ſine legitimis maſculini ſexus heredibus laicis decedente, ad Illuſtrem Albertum, filium Ottonis quondam Ducis Saxoniæ, fratris moderni Rudolphi Saxoniæ Ducis, & ad eiusdem ſeniorem filium: eoq; ſine maſculini ſexus heredibus decedente, ad proximiorem heredem ſecundum lineam paternalem, laicum duntaxat, deuolui debent pleno iure. Sed clarius adhuc ac diſertius in Bulla, quam Francofurdiæ ad preces Wenceslai Electoris, idem Imperator reſcripſit in Comitijs Electorijs, anno Domini MCCCLXXVI. in hanc ſententiam:

5. *Et ne inter heredes & ſucceſſores ipſius, eo defuncto, ſuper iure huiusmodi futuris temporibus dubitationum, quaſtionum, ſeu litium, quauis materia oriatur, decernimus, ſtatuimus, & præſenti Imperiali ſancimus edicto in perpetuum valituro. quod poſt dicti VVenceslai Saxoniæ moderni & Luneburgenſium Ducis obitum, primogenitus eius filius; & poſt primogeniti obitum, eiuſdem primogeniti ſenior filius ex ordine genituræ; & ſic deinceps à ſeniore filio deſcendentes, ex ordine genituræ ſemper ſenior: ſi vero primogenitus Ducis VVenceslai præfati deceſſerit, maſculini ſexus, laicis duntaxat, legitimis hæredibus non relictis, ex tunc ſecundogenitus filius VVenceslai Ducis prædicti & poſt obitum eius, ſecundogeniti filius ſenior laicus, & ſi ſecundogenitus ſine heredibus legitimis, maſculini ſexus, laicis, deceſſerit, tertiogenitus dicti VVenceslai, & ſenior eius filius laicus poſt mortem ipſius; & deinceps per talem modum directa linea genituræ deſcendentes ab eo laici duntaxat, ius, vocem dignitatem, & poteſtatem eligendi Romanorum Regem, promouendum in Imperatorem, & officium Mareſchalliæ cum omnibus & ſingulis ſuis dominijs, honoribus, perpetuis temporibus obtinebunt, iuribus, priuilegijs, dignitatibus, & pertinentijs, per ſucceſſionem hereditariam paternalem, vt præmittitur, ex ordine genituræ. Si vero præfatum VVenceslaum, modernum Saxoniæ & Luneburgenſium Ducem, ſine legitimis maſculini ſexus heredibus laicis, de lumbis eius directa linea genituræ deſcendentibus, mori contingeret, extunc Principatus & Comitatus Palatinus Saxoniæ, nec non Archimareſchallia ſacri Imperij, ac ius, vox, dignitas, & poteſtas eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem promouendum, ad Illuſtrem Albertum, filium Ottonis quondam Ducis Saxoniæ, Ducem Saxoniæ & Luneburgenſem, modernum patruum dicti VVenceslai Ducis Saxoniæ & Luneburgenſis, & ad legitimos eius heredes maſculini ſexus, laicos duntaxat, ita videlicet, quod poſt eiuſdem Alberti obitum, primogenitus eius filius,*

& poſt primogeniti eius obitum, eiusdem primogeniti ſenior filius, ex ordine genituræ, & ſic deinceps à ſeniore filio deſcendentes, ex ordine genituræ ſemper ſenior: ſi vero primogenitus Ducis Alberti præfati deceſſerit, maſculini ſexus, laicis duntaxat, heredibus non relictis, extunc ſecundogenitus filius Alberti Ducis prædicti, & poſt obitum eius, ſecundogeniti filius ſenior, laicus: & ſi ſecundogenitus ſine heredibus legitimis, maſculini ſexus, laicis, deceſſerit, tertiogenitus dicti Alberti, & ſenior eius filius, poſt mortem ipſius, & deinceps per talem modum directa linea genituræ, deſcendentes ab eo, laici duntaxat, ius, vocem, dignitatem, & poteſtatem eligendi Romanorum Regem, promouendum in Imperatorem, & officium Archimareſchallia, cum omnibus & ſingulis ſuis dominijs, honoribus, iuribus, priuilegijs, dignitatibus, & pertinentijs, perpetuis temporibus obtinebunt per ſucceſſionem hereditariam & paternalem, vt præmittitur, ex ordine genituræ. Quibus omnibus non extantibus, ad proximiorem heredem, ſecundum lineam paternalem, duntaxat laicum, ſeniorem Ducem Saxoniæ pro tempore, ac eius heredes ſecundum modum ſuperius expreſſatum, in perpetuum legitime deuoluentur.

6. Habes trigam Bullarum ab vno eodemque Legiſlatore. quarum inter ſe collatio magnam tibi lucem accendet ad controuerſiam noſtram perſpicue diiudicandam. Et poſtremam Bullam verbatim confirmarunt, Wenceslaus Cæſar Aquisgrani in ſolenni inauguratione, anno Domini MCCCLXXVI. 5. Iduum Iulij, & Sigismundus Imperator ibidem anno MCCCCXIV. die 8. Nouembris (quo eodem Palatina quoque confirmatio ſubnotata legitur) & iterum Vratislauiæ in Sileſia anno MCCCXX. in die S. Felicis Martyris.

CAPVT III.

Ratio decidendi ex poſſeſſione, proximitate & ætate.

1. CAuſa autem, cur Imperator hanc de ſucceſſione Electorum deciſionem Bullæ inſeruerit, fuit perpetua controuerſia inter heredes Electorales, quorum alius ex iure Francorum & primogenituræ vnus ac ſolus, alij contra ex conſuetudine Germaniæ inolita & iure Longobardorum æqualiter admitti ad dignitatem Electoratus contendebant. Quorum ille repræſentationem paternam & identitatem quandam naturalem, cum primo acquirente: alius proximitatem & æta-

Digitized by Google

ætatem: cæteri parem dignitatem & propinquitatem allegabant. Qua de re exſtat Bulla Vrbani VI. Papæ reſcripta ad inſtantiam Ruperti Electoris Palatini anno Domini MCCCLXXXI. in hæc verba: *Quot & quantis ſit plena periculis ſacri Romani Imperij prolixa vacatio, attenta præſertim Alemaniæ conſuetudine patria, ſecundum quam in nonnullis partibus non ſolum primogeniti, imo & alij etiam tertiogeniti, ſeu à latere deſcendentes, ſe Comites Palatinos Rheni, ſeu Duces Saxoniæ, vel Marchiones Brandenburgenſes, & ELECTORES ſacri Imperij vulgariter nominantes, poſſent ex nominatione huiuſmodi ſe poſtea ad vocem Romani Regis electione ius habere prætendere, numerumque Principum Electorum, qui ſeptenario concludi debet, multiplicare*: &c. referente Marq. Frehero in *tract. de legit tut. curaq; Electoral. Palat.* Cui conſentanea tradunt Auentinus *lib.* 7. *Annal. Boior. fol.* 603. Andreas Presbyter Ratiſponenſ. in *Chron. Bauar. fol.* 78. Gevvoldus in *Antitheſi &c. fol.* 1. idem Freherus in *tract. de Electoratu Palat. contra Gevvoldum fol.* 27.

2. Igitur Imperator, vt huic liti tandem aliquando finem imponeret, certumque ius ac modum ſuccedendi in Electoratibus præſcriberet, conſtituit, vt is ſolus Elector haberetur & re ipſa eſſet, qui Electoratum actualiter poſſideret: eique liberi ſui ordine ſucceſſiuo ſubrogarentur. Quibus deficientibus, is vocaretur ad hereditatem Electoratus, qui defuncto poſſeſſori tum fuerit proximior; & inter æquales gradu ætate maior.

3. Hæc enim vnica fuit decidendi ratio, quam poſſeſſio præſentaria, tum proximitas, denique ætas dictauerunt. Nec primam illam rationem poſſeſſionis non obſcure indicat ipſemet Imperator *tit.* 20. vbi decernit in hunc modum: *Cum vniuerſi & ſinguli Principatus, quorum virtute ſeculares Principes Electores, ius & vocem in electione Regis Romanorum in Cæſarem promouendi, obtinere noſcuntur, cum iure huiuſmodi, nec non officijs, dignitatibus, & iuribus alijs eis & cuilibet eorum annexis & dependentibus ab eisdem, adeo vt coniuncti & inſeparabiliter ſint vniti, quod ius, vox, officium, & dignitas alia quoq; iura, ad quemlibet Principatuũ eorundem ſpectantia, cadere non poſſint in alium præter illum, qui Principatũ ipſum cum terra, vaſallagijs, feudis, & dominio, ac eius pertinẽtijs vniuerſis dignoſcitur poſſidere; præſenti edicto Imperiali perpetuo valituro, ſancimus, vnũquẽq; Principatuũ prædictorũ, cũ iure & voce electionis, ac officio, cæteriſq; omnib. dignitatib.*

iuribus & pertinentijs ad ipſum ſpectantibus, ita perſeuerare & eſſe debere vnitum perpetuis temporibus indiuiſibiliter & coniunctum, quod POSSESSOR Principatus cuius libet, & iam iuris, vocis, officij, & dignitatis, & pertinentiarũ omnium ad illũ ſpectantiũ, quieta debeat & libera POSSESSSIONE gaudere, ac Princeps Elector ab omnibus reputari, ipſeq; & nemo alius per cæteros Principes Electores, ad electionem, & omnes actus alios pro ſacri Imperij honore, vel oportunitate gerendos, omni tempore aſſumi, ſine contradictione qualibet, & admitti; nec aliquid præmiſſorum ab altero, cum ſint & eſſe debeant inſeparabilia, diuidi, vel vllo tempore debeat ſeparari, aut in iudicio vel extra diuiſim repeti valeat aut euinci, vel etiam per ſententiam ſeparari; nec aliquis vnum ſine alio impetens audiatur. Quod ſi per errorem, vel alias auditus quis fuerit, aut proceſſus, iudicium, ſententia, vel aliquid huiuſmodi contra præſentem diſpoſitionem noſtram emanauerit, ſeu quomodolibet attentari contigerit, hoc totum, & omnia ex his, & quolibet eorum ſequentia, eo ipſo viribus non ſubſiſtant. Et hocius inualuiſſe, vt qui Regnum Bohemiæ, Palatinatum Rheni, Ducatum Saxoniæ, & Marchionatum Brandenburgiæ poſſideret, idem & iam Elector Imperij audiret & eſſet, ex lege hac Carolina & decreto Vrbani VI. Papæ, tradit Freher. in *tract. de legiti. tut. curaque Electoral.*

4. Quam decidendi rationem ex poſſeſſione petitam iam pridem olim ante Carolinam hanc Bullam reddidit Rudolphus Primus Imper. in Bulla *de iure Electoratus Regibus Bohemiæ competente*, data Erphordiæ in Comitijs anno MCCXC. in Goldaſti *Collect. Conſtitut. Imperial. tom. 1. fol.* 85. eumque ſecutus Rupertus Elector Palatinus in *Diplomate* ſuper eodem iure, ad petitionem Imperatoris noſtri Caroli confirmato Mediomatricibus in Comitijs, in quibus Bulla iſta fuit perorata anno MCCCLVI. in eadem *collect. fol.* 91.

5. Eandem rationem poſſeſſionis pro regula propoſuit Ludouicus IV. Imperator in *Ordinatione & diſpoſitione de ſucceſſione Comitum Palatinorum* & Ducum Bauariæ, de anno MCCCXXXVIII. quam literis ſuis poſtea confirmarunt Ioannes Rex Bohemiæ anno MCCC XXXIX. & Carolus iſte noſter Legiſlator anno MCCCLIV. apud Freher. in *tract. de legit. tut. curaq; Palat.* Gevvoldum in *Antitheſi* &c. & in Goldaſti *collect. conſtit. Imper. tom.* 1 *fol* 345. & in ſacra ſua ad Rudolphum Electorem Saxoniæ data Oppenheimi eodem anno MCCCLIV.

pro

Digitized by Google

pro ſucceſſione Ruperti Senioris Comitis Palatini, in eodem *tom.* 1. *conſtit. Imperial. f.* 345. & in reſcripto ad dictum Rupertum dato Colmariæ eodem anno, in Goldaſti Reichsſatzungen / *tom.* 2. *fol.* 43. expreſſius autem Sigiſmundus Imperator in binis ſuis Bullis *de ſucceſſione Electorum Palatinorum*, quæ paſſim habentur obuiæ, & exſtant in dicta Goldaſti *collect. conſtit. Imper tom.* 1. *f.* 398.

6. Et quia verſamur in cauſſa vertente inter Illuſtriſſimos Saxoniæ Duces, conſtat hunc ipſum noſtrum Legiſlatorem tribus ſpecialibus Bullis pragmaticis & authenticis, quibus Auream Bullam partim præmuniuit, partim confirmauit & declarauit, rationem decidendi ex vnica & ſingulari cauſſa poſſeſsionis ſumſiſſe. Sic enim, recenſitis actib. aliquot poſſeſſorijs, decernit in *Bulla Pragenſi*, anno 1355. prid. Non. Octob. atq; ita paucis hebdomadib. ante conditionem Aureæ Bullæ; *Hinc eſt quod prædicti auunculi noſtri dilecti, Ducis Rudolphi, tam claro, tam manifeſto, tamque notorio, iure multa deliberatione penſato & diligenter inſpecto, quod idem retroactis temporibus habuit & poſſedit, & hodie ex ſucceſſione & hereditate paterna in electione Regis Romanorum in Imperatorem promouendi, poſſidere dinoſcitur & habere &c. Declaramus igitur, decernimus* &c. *quod ante dictus Rudolphus & nemo alius, tanquam Saxoniæ Dux & ſacri Imperij Archimarſchallus, verus & legitimus Princeps Elector exiſtat*, &c. Quod repetit & latius explicat actib. poſſeſſorijs idem Imperator in *Bulla Metenſi* ſpeciali Saxonibus conceſſa anno MCCCLVII. 6. Kal. Ian. id eſt, triduo poſt publicationẽ Aureæ Bullæ generalis; & iterum in *Bulla Francofurtenſi* anno MCCCLXXVI. quarto Idus Iunij, & Wenceslaus Rex Roman. in *Bulla Aquisgranenſi* eodem anno, quinto Iduum Iulij, & Sigiſmundus Imperator in *Bulla Aquiſgranenſi* anno MCCCCXIV. & *Vratislauienſi* anno MCCCCXX. in quibus hæc clauſula verbatim inſeritur: *auus & pater eius diuturna temporum præſcriptione habuerunt & poſſederunt legitime, prout & iam ipſe in præſenti ad inſtar eorum ex ſucceſſione paterna & hereditaria habere dinoſcitur, & iuſto titulo poſſidere*, &c.

7. Alteram decidendi rationem proximitate ſubnixam manifeſte ingerit idem Legiſlator in Bullis declaratorijs ſuperiori capite appoſitis. Et euidenter in ſacra ſua ad Rudolphum Saxoniæ Electorem, data Oppenhemi anno MCCCLIV. vbi inter cætera ſcribit ad

hunc modum: *Quod Illuſtris Rudolfus, olim Comes Palatinus Rheni & Dux Bauariæ, &c. ratione dicti Comitatus ſacri Imperij eſſet Elector, & ex eo iuſtitia ſuadente rationabiliter declarauimus, Illuſtrem Rupertum antiquiorem Comitem Palatinum Rheni & Ducem Bauariæ &c. dicti olim Rudolfi germanum, verum Imperij Principem Electorem fore* &c. Et in reſcripto Colmariæ dato, anno MCCCLIV. *Quia quondam Illuſtris Rudolfus Comes Palatinus fuit Elector, idque ius vnice propter Palatinatum habuit, vt alius: iſte autem Rupertus,* &c. *Rudolfi prædicti frater & heres,* &c. vbi Germanicum exemplar vetus habet: Bruder vnnd neheſter Erbe: apud Freher. in *tract. de legit. tutel. curaque Palatin.* Vbi vides, Rupertum fratrem ratione proximitatis præferri Ruperto nepoti ex fratre primogenito Adolpho, ab ipſomet Bullæ conditore & declaratore. Qua de re infra latius tractaturi ſumus.

8. Tertiam decidendi rationem diximus eſſe ab ætate ſumptam, vt qui ſenior eſſet inter pares, cæteris omnibus agnatis in linea collaterali anteferretur. Quod idem ſatis aperte ingerit ipſamet Aurea Bulla, vt de eius declarationibus nihil dicamus. Et ante eius publicationem Ludouicus IV. Imperator in Ordinatione ſua conſtituenda non aliam, quam ætatis rationem habuit, teſte Frehero in *tract. de legit. tut. curaque Palat.* & in *Comm. ad cap. VII. Aureæ Bullæ, fol. 6.* & Gewoldo in *Antitheſi* &c. Et idem Freherus dicto loco de noſtri Legiſlatoris ſententia ſcribit in hæc verba: *Neque hoc ſine auctoritate ipſius Caroli Imperatoris, qui, vt ante Ludouicus in Rudolpho, ita ipſe in Ruperto ætatem potiſſimum inſpexiſſe videtur, & hanc rationem in Diplomate quodam dato Columbariæ anno MCCCLIV. non obſcure tangit.* Hæc ille. Verba autem Diplomatis ſuperius quoque laudati ſunt iſthæc: *Iſte autem Rupertus ſenior natu maximus eſt inter omnes Palatinatus heredes,* &c. Et vetus exemplar Germanicum: Dauon ſint demmal das der Hochgeborne Ruprecht der Elter / Pfalzgraue by Rin / des Heiligen Richs Oberſter Truchſeſſe vnnd Herzog in Beyern / nu der eldeſt vnder allen erben der Pfallenz/ꝛc.

9. Quæ cum ita ſint, minime cuiquam porro difficile eſſe poterit, vel ex ipſa hac decidendi ratione, quam Legiſlatores noſtri ſunt ſecuti, propoſitam noſtram controuerſiam dijudicare atque decernere? ſiquidem vbi proximitas ſpectatur, neceſſe eſt vt excludatur

datur

datur remotior: & vbi ætas conſideratur, conſequens eſt vt remoueatur minor natu. Verum quia hæc aliter in liberorum & deſcendentium ordine à Legislatoribus noſtris ſtatuuntur, aliter in agnatorum collateralium, res monet, vt de vtroque prius diſpiciamus, quam ad cætera progrediamur.

Capvt IV.

Ius Aureæ Bullæ duplex, Primigenium & Maiorale, in gemino ordine ſucceſſionis, deſcendentium & tranſuerſorum.

1. Etenim ex Declarationibus & Reſcriptis Cæſareis liquido conſtat, duplex ius ſtatui in Aurea Bulla tam Norimbergenſi, quam Metenſi: quorum primum eſt de Primogenitura, alterum de Maioratu: haud ſecus ac in Lege Alphonſi Electi Romanorum Imperatoris, quam *Partitam* vulgo appellant; Gregor. Lopez in *lib.* 2. *Partitar. tit.* 15. *part.* 2. verb. *el mas propinquo pariente,* Hieronymus à Cæuallos *Pract. quaſt. commun. contra commun. tom.* 3. *quaſt.* 762. *num.* 129. Ludouic. Molina Ieſuita *de iuſtitia & iure tom.* 3. *part.* 1. *tract.* 2. *diſputation.* 576. *num.* 5. & notanter *diſputat.* 627. quæ Lex ad opinionem Azonis Iuriſconſulti ſancita normam velut præſcripſiſſe videtur noſtræ Bullæ Aureæ ex ſuggeſtione Bartoli de Saxoferrato, Conſiliarij Cæſarei, qui Imperatorem noſtrum Carolum ex Italia comitatus, Comitiis Norimbergenſibus interfuiſſe perhibetur. Non etiam ſecus, ac in lege Taurina; Gomezius in *l.* 8. *Taur. num.* 19. *& ſeq.* Mieres in *tract. de Maioratu, part.* 2. *quaſt.* 6. *num.* 31. Lud. Molina Iuriſconſultus *lib.* 3. *de primigen. Hiſpan. cap.* 5. *in fin.* Molina Ieſuita *de Iuſtit. & iure tom.* 3. *part.* 1. *tract.* 2. *diſputat.* 627. quæ Lex Taurina, ad conditionem noſtræ Bullæ putatur fuiſſe expreſſa ſub Carolo Rege Hiſpaniarum, poſtea Romanorum Imperatore eius nominis Quinto.

2. Sicut enim ſucceſſio Principatuum alia eſt legitima, alia hereditaria; Cabotius *lib.* 1. *var. iuris diſputation. cap.* 13. *in fin. & cap.* 14. ſicuti

Digitized by Google

ſicuti & iam agnationis iure ad ſucceſsionem venientes ab his, qui proximitatis iure veniunt, ſeparantur; Briſſonius *lib. 14. de verb. quæ ad ius pertin. ſignif.* verb. *Proximitatis*: ita Bullæ noſtræ duo ſunt capita; primum de ſucceſsione legali ſeu legitima; alterum de hereditaria & cõmuni; Cacheranus *conſil.* 74. *n.* 37. quemadmodum & Legis Alphonſinæ duas facit partes eodem plane pacto. Molina Ieſuita *d. tract. 2. diſput.* 627. per totum: & Legis Taurinæ ſimiliter duas. Molina Ic. *lib. 3. de Primigen. Hiſpan. cap. 5. in fin. & duobus cap. ſeqq.* Molina Ieſuita *diſput.* 626. *n.* 12. *& diſput.* 627. per totum, Cæuallos *Pract. quæſt. commun. contra commun. tom. 3. q.* 762. *n.* 111. *& ſeqq. & num.* 166. 171. 174. *& ſeq.* Et quod in ſecunda Bullæ parte redeatur ad ius commune, animaduertit & iam Freherus ad *c. 7. Aurea Bulla, fol.* 17.

3. Hinc etiam duplex ordo ſucceſſionis venit notandus, multum inter ſeſe differens. Nam primum caput ſeu prima pars Bullæ complectitur ordinem deſcendentium à poſſeſſore Electoratus, iuxta legẽ primogenituræ, & ius Francorum; cuius diſpoſitio, durantibus deſcendentibus, & ipſa durat in infinitum, ac directo limite in omnes deſcendentes propagatur. Et hic ordo vocatur linea Electoralis, primigenia & priuilegiata, ita vt filius patri, nepos auo, frater fratri, ſuccedat ei, qui Electoratum morte obita relinquit: nec datur, hac linea Electorali exiſtente, tranſitus ad lineam agnatorum tranſuerſalium, iuxta ordinationem *c. 1. de nat. ſucceſſ. feud.*

4. Alterum caput vel ſecunda pars Bullæ diſponit ſuper ſucceſſione agnatorum collateralium ſiue ex tranſuerſo venientium. Quo caſu, neglecta lege primogenituræ, reditur ad ius commune Romanorum ſeu & Longobardorum, quo proximior vlteriorem excludit, & maior natu minorem: nec locum habet vlla iuris fictio, ſeu repræſentationem eam dicas, ſiue tranſmiſſionem ſeu transfuſionem, ſed ſolius conditio ætatis. Nam tum agnatus iure proprio ſuccedit, ex ſua ipſius perſona, eueniente hoc caſu, quo linea Electoralis tollitur è medio, eiusque ius exſtinguitur; Paulus Caſtrenſis *conſil.* 164. *num.* 5. *verſ. ſed nos loquimur, libro ſecundo.* Decius *conſil.* 498. *num.* 19. Cæphalus *conſil.* 4. *num.* 44. Ioann. Gallicius *conſil.* 2. *num.* 66. 71. 143. Decianus *conſil.* 83. *num.* 28. *& ſeqq.* Matth. Klock in *conſultat.*

Digitized by Google

tat. *An fratrum germanor. filij patruum* &c. Matth. Cuno *de Pactis lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 61. Forſterus *de ſucceſſ. ab inteſt. lib.* 2. *cap.* 21. *concluſ.* 3. *num.* 17. *& ſeqq.* Qua de re ſuo loco oportunius dicturi ſumus.

5. Nunc, omiſſo priore Bullæ capite ſiue parte, quæ ad ſolam lineam Electoralem attinet, de altero eius membro diſſeramus, in quo noſtræ quæſtionis cardo vertitur, ſcilicet de proximioris agnati maioratu.

Capvt V.

Primogenitus, Maior, Senior; & earum vocum notiones.

1. QVanquam Imperator noſter *Primogenitum* à *Seniore* ſiue *Maiore* diſtinguat veriſſime, ſi credimus Doctorum noſtrorum placitis, Pauli Caſtrens. *conſil.* 164. *part.* 2. *num.* 5. Iacobi à Saa in *tract. de Primogen. num* 60. Michaëlis Palaez *de Primogen. in præfat. num.* 3. Hulder. Zaſij *conſil.* 20. *num.* 12. *libro ſecundo.* Engelbrechti in *Disquiſit. de Iurisdiction. veteris Reipubl. Romanæ & hodiernæ German. concluſion.* 141. *lit. c.* Rittershuſij in *Partit. feudal. cap.* 18. *fol.* 466. Betſij in *tract. de Pactis famil. illuſtr. cap.* 8. Beſoldi in *diſputation. nomicopolit. lib.* 1. *diſſert.* 4. Menochij *Conſil.* 442. *num.* 19. *& ſeq.* Freheri *de legitim. tut. curaq. Elect. Palat. fol.* 23. Quemadmodum Græci quoque veteres ſapientes recte diſtinxiſſe leguntur inter πρωτογέννητον ſeu πρωτότοκον, & πρεσβύτερον. Vbi *Primogenitus* verbum eſt iuris ſeu ciuile; *Maior* autem vel *Senior* verbum eſt facti ſeu naturale; Lud. Molina Iuriſconſultus *lib.* 1. *de Hiſpan. primogen. cap.* 1. Antonius Theſaurus *lib. ſingul. Quæſtion. forenſ. & pract. quæſt.* 35. *num.* 17. Lud. Molina Ieſuita *de Iuſtit. & iure tom.* 3. *part.* 1. *tract.* 2. *diſputat.* 576. *num.* 5. *& diſputation.* 577. *num.* 8. vt ita in prima Bullæ parte primogenitura ſit fundamentum, ad quod ætas & gradus referenda ſint, vbi rectiſſime dicitur, eundem eſſe Seniorem, proximiorem & primogenitum; Engelbrecht. *d. concluſ.* 141. *lit. c.* in ſecunda vero parte, id eſt, ſenioratu, proximitas & ætatis prærogatiua

S fun-

fundamentum ſit, vbi ille nimirum vocatur, qui in progenie poſt mortem poſſeſſoris proximior & maior natu reperitur; idem Engelbrecht. *d. lit. c.*

2. Tamen plures ſunt Doctores, qui inter hæc vocabula nullam velint eſſe differentiam, niſi abuſiuam & impropriam; Menochius *conſil.* 442. *num.* 21. *& ſeq. lib.* 5. *& conſil.* 981. *num.* 1. *lib.* 10. Didacus Couarruuias in *quæſt. pract. q.* 1. *num.* 1. *& ſeqq.* Molina Iuriſconſultus *lib.* 1. *de Hiſpan. primig. cap.* 1. Anton. Theſaurus in *quæſt. pract. q.* 35. *num.* 2. Peregrinus *Reſponſ. conſil.* 39. *num.* 12. *libro* 1. Molina Ieſuita *de Iuſtit. & iure tom.* 3. *part.* 1. *tract.* 2. *diſputat.* 576. *num.* 5. *& diſputat.* 577. *num.* 8. vt ſcilicet idem dicatur *primogenitus* late ſumpto vocabulo, qui & maior & ſenior, quaſi ante omnes natus, vt explicat Dominus Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus in *Epiſt. ad Coloſſ. c.* 1. Cui concordat Peregrinus *reſponſor. conſil.* 33. *num.* 28. *lib.* 2. aſſerens, primogenitum idem eſſe, quod primo natum & accipi proprie ac naturaliter; Theſaurus *d. quæſt.* 35. *num.* 1. idem Peregrin. *conſil.* 64. *num.* 13. *lib.* 2. Sicut inter Græca quoque verba, πρωτοτοκεῖον & πρεσβεῖον, nihil intereſſe putant Tiraquellus *de primigen. cap.* 1. *num.* 2. Couarruuias *c. Raynutius, de teſtam. cap.* 16. §. 1. *num.* 34. Et profecto ſi etymon vtriusque vocabuli conſideres, ac notionem in conſilium adhibeas, nihil prorſus diſcrepant, ſed ἰσοδυναμοῦσιν, vt loquuntur in ſcholis.

3. Quod vero ad rem attinet, non quidem negamus, eſſe quandam harum vocum abuſionem in primigenijs Hiſpanorum, in quibus nihil conſtans, nihil perpetuum, nihil certum reperitur; ſed omnia à Doctoribus, prout Conſultores ſunt, ita confunduntur. Namque apud eos *Maioratus* κατα χρηστικῶς pro primogenitura capitur, quanquam ſuper eo, quid ſit proprie Maioratus, conueniri nec dum potuerit, vt videre eſt ex variantibus & diuerſis eius definitionibus, & mutuis reprehenſionibus apud Roderic. Xuarez in *tract. Vtrum in bonis maioratus pater habeat vſumfructum, num.* 8. Molinam Iuriſconſultum *lib.* 1. *de Hiſpan. primigen. cap.* 1. *num.* 5. *& ſeqq.* Anton. Gomezium in *l.* 40. *Taur. n.* 1. Molinam Ieſuitam *de Iuſtit. & iure tom.* 3. *part.* 1. *tract.* 2. *diſputat.* 577. & alios. Quibus quidem condonandum eſt, vbi in fideicommiſſis & diſpoſitionibus hominum conſiſtunt, quæ pro varijs inſtitutorum & teſtatorum voluntatibus mirifice ſolent variare; ſed Le-

ges

Digitized by Google

ges publicæ debent eſſe certæ, quarum interpretatio non ex hominum diſpoſitionibus eſt ſumenda, ſed ex puris putis fontibus, ad quos ipſæ quoque diſpoſitiones humanæ ſunt regulandæ & conformandæ.

4. Interim duplicem nobis *Maioratum* procuderunt, vnum facti ſecundum naturam, alium iuris per fictionem; Surdus *conſil.*468.*lib.*4. Theſaurus *pract. forens. quæſt.* 35. *num.* 17. Duplicem itidem Primogenituram, vnam ex diſpoſitione legis, alteram ex diſpoſitione hominum; Emanuel à Coſta in *tract. de patruo & nepote*, *part.* 1. *num.* 20. Theſaurus *d. quæſt.* 35.*num.*15. *verſ. in vltimo vero*: vel verius ac elegantius vnam naturalem, aliam legitimam. *Naturalem* vocant, qua quiſque natu maior, reſpectu minorum, dicitur primogenitus: *Legitimam* vero, quæ non annorum numero, ſed legis vel conſuetudinis beneficio cenſetur, quando ſcilicet lex vel conſuetudo certæ cuidam perſonæ priuilegium aut prærogatiuam defert, quæ primogenituræ naturali debita videtur. Hæ duæ primogenituræ dicuntur eſſe duo diuerſa καθ' ἑκαστα, quæ ſeparatim intelligi poſſint: ita vt primogenitura naturalis ſine priuilegio legis, & primogenitura legitima ſine ætate ſtare poſſit; Canaius Fraxineus in *Reſponſ. ad tract. Zampini de prærogat. primi Princip. Franciæ, n.*20.

5. Nos quoque, Imperatores noſtros ſecuti, quamuis haud diffiteamur, nonillico, vbi fit mentio *primogeniti*, ad ſucceſſionem primigeniam eſſe recurrendum, tamen in propoſito caſu eam agnoſcimus differentiam inter *Primogenitum* & *Seniorem*, quam ipſæ nobis Bullæ, Leges Regnorum & Conſuetudines dictitant librorum Feudalium: vt ſcilicet *primogenitus* in iure ſucceſſionis habeatur is, qui in vna familia à lege vocatur; *Senior*, qui in eadem familia ab ætate prærogatur. Multum ergo intereſt inter has enunciationes; *Primogenitus filius, & primogeniti primogenitus, ſuccedat in eis*: & , *Proximior ac ſenior pro tempore.*

6. *Senior* namque & *Maior* συνωνύμως dicuntur, qui Germanis der Elter / Philoni Iudæo χρόνῳ, ἡλικίᾳ, γενέσει πρεσβύτερος, id eſt, tempore, ætate, natiuitate ſenior eſt, in *lib. de ſacrificio Abelis & Caini*: qui nimirum ætate cæteros antecedit in pari pro-

Digitized by Google

pinquitate & gradu exſiſtentes; Iac. à Saa *de primogenit. num.* 48. Et forſaſſis definiri poteſt in hunc modum : *Senior eſt, qui præſtat inter agnatos collaterales, & antiquiorem præ aliis exſiſtentiam per natiuitatem ſortitus eſt*, vt verbis vtar Domini Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini in *Dialogo de Trinit. lib.* 4.

7. Vnde facile eſt cognitu, quid ſibi velit *Senioratus*, qui ab Hiſpanis veteribus *Sennorio* vel *Sennerie*, ab Italis *Signoria*, à Gallis *Seigneurie*: vel *Maioratus*, qui ab Hiſpanis *Mayorazgo*, vel etiam *Mayoradgo*, ab Luſitanis *Morgado*, à Gallis *Mairie*, à Latinis etiam *Senioria* & *Maioria*, à Philone τὰ χρόνυ πρεσβεῖα *de ſacrific. Abel. & Cain*, appellantur; ceu teſtes ſunt Gregor. Lopez in *partit. l.* 2. *tit.* 15. *par.* 2. Molina IC. *lib.* 1. *de Hiſpan. primigen. cap.* 1. Molina Ieſuita *de Iuſtit. & iure tom.* 3. *part.* 1. *tract.* 2. *diſput.* 576 *num.* 5. *& diſput.* 577. *num.* 8. Iohann. Garſias *de expenſ. & meliorat. cap.* 12. *num.* 28. *& ſeqq.* quod nempe ſit *ius prioris ætatis in ſucceſſionis prærogatiua, competens agnato proximiori, qui primus eſt in ordine naſcendi*, vt verbis vtar Iohann. le Cirier in *tract. de Primogenit. lib.* 1. *quæſtion.* 1. *num.* 4.

CAPVT VI.

Senior & Maior pro Domino; Iunior pro Domnicello: eique rei ratio reddita.

1. IN tantum autem maioris ætatis ratio ſemper habita fuit in ſucceſſionibus Principatuum, vt inde etiam vſualis ille ſermo inualuerit, vt is, qui Principatum aliquem poſſidet & gubernat, & qui alios habet in ſua poteſtate, *Senior* appellari cœperit, in quacunque ætate conſtitutus; verbi gratia, Imperator, Rex, Dux, Marchio, Comes, Baro. Sic explicat Salomon Conſtantienſis Epiſcopus, & Abbas Sancti Galli in *Lexico*, quod Iſo Magiſter collegit: *Veteres Principes, antiqui Principes, Senes, Seniores.* Et eleganter, vt infinita loca alia prætercam, in Capitulis Caroli II. Imperatoris, quæ miſit ad Francos & Aquitanos, anno Domini

Domini DCCCLVI. *Et mandat vobis noſter Senior, quia ſi aliquis de vobis talis eſt, cui ſuus Senioratus non placet*, &c. Beda Venerabilis in vita S. Dunſtani; *Iuſſit eum ablata dignitate, etiam omni honore priuari, & ſibi ſenioratum, vbi vellet, ſine ſe ſuisque conquirere.* Berno Abbas Cluniacenſis in Teſtamento ſuo; *Obſecro vos Principes & Seniores, quicunque terrenarum rerum Iudices eſtis*, &c. Albert. Krantzius lib. 2. Nortman. cap. 2. *Quis, ait ille, veſter eſt Princeps aut Senior? Nullus, reſpondent illi: nam æquo per omnia iure imperamus.*

2. *Senior* ergo idem eſt & ſignificat, quod Dominus, vti recte exponunt præter Feudiſtas ad *lib. 1. Feud. tit. 17.* Vitus Amerpachius *Annotation. in Lotharij Imperat. Capitulare*, Montecatinus *comment. in Politic. Ariſtot. lib. 1. text. 13.* Ioachimus Vadianus *lib. 1. de antiquit. Monaſt. German.* Fr. Hotom. in *comment. de verbis feudal. verbo, Dominus, & Senior*, Reinerus Reineccius in *Auctorem de geſt. Caroli Magni, fol. 57. & ſeq. & ad Dithmari Merſeburg. Chronic.* Goldaſtus in *Notis ad Theodorum Eremitam lib. 1. de vita S. Magni cap. 1. tom. 1. Alamann. rer. part. 2. fol. 392.* Franciſc. Guillimannus in *Syntagm. de vera orig. & ſtemm. Cunradi II. Imper. Salici, fol. 27.* Cardin. Palæotus *de Bono ſenect. part. 3. fol. 267.* Petr. Gregor. Tholoſan. *lib. 6. Syntagm. iur. vniu. cap. 11.* Franc. Pithæus in *Gloſſar. Capitular. Franc.* Nic. Vignerius in *Summar. hiſtor. Francor. lib. 2. fol. 176.* Iohan. Buſæus in *Notis ad Hincmari Epiſtolas, cap. 4. num. 3.* Hieronym. Bignonius in *Notis ad Marculphi Formul. lib. 1. cap. 7. fol. 458.* Ioan. Lydius in *Gloßis Latinobarb.* Frid. Lindenbrogius in *gloſſario legum Germanic.* Andr. Quercetanus in *Notis ad Biblioth. Cluniacenſ. fol. 12.* Vnde nata ſunt trita illa & vulgaria hodie vocabula apud Gallos *Seigneur*, Italos *Signor*, Hiſpanos *Sennor*, Luſitanos *Senhor*, vt in programmatibus, *El Rey noſſo Senhor.*

3. Et quia *Maior* idem eſt, quod Senior, inde factum eſt, vt & hæc etiam vox pro Domino & ſuperiore vſurpari cœperit, vt videre eſt in Decretal. Gregorij IX. & Extrauag. Iohannis XXII. Paparum, quorum tituli ſunt inſcripti: *de Maioritate & obedientia.* Cuius vocis proprietates conſignarunt Gloſſa in *cap. deliberat. Ext. de offic. deleg. lib. VI.* Iohan. Andreæ in *cap. ſi pluribus, Ext. de præbend. & dignit.* Albericus in *Lexic. verb. Maior.* Et eſt, *Domne Maior*, familiaris

Digitized by Google

Sidonio Apollinari Epiſcopo Aruernenſi loquendi formula, quæ Aruernum idioma redolet, apud quos vulgo *Senni maie* in vſu eſt, vt notauit Sauaro *ad Sidon.lib.1.Epiſt.1.& lib.2.epiſt.3.*

4. *Maior* autem κατ' ἐναλλαγὴν τοῦ συγκριτικοῦ ἀντὶ τοῦ ὑπερθετικοῦ pro maximo, id eſt primo, frequentatur, ſignificatque eum, qui alijs præeſt, & imperium in minores, hoc eſt inferiores, habet. Cuius notionis quoque in ſacris Literis paradigmata habemus. Matth.18. v.1. *Quis, putas, maior eſt in regno cœlorum?* Et Marc. 9. v. 34 *Inter ſe diſputauerant, quis eorum maior eſſet.* In Græco textu eſt μείζων; Theod. Beza in *Annotat.* Vnde Zonaras I C. Græcus in *Schol. ad Balſamonis Nomocan. Synod. 7. can.* 10. ἡ τῶν λεγομένων δὲ Μειζοτέρων φροντίς ἐστιν, ἡ ἐν τοῖς ἀρχοντικοῖς λεγομένη κουρατωρεία. Recte; & inde qui Francis *Maior domus* vel *Maior Palatij*, Græcis Κουροπαλάτης dicitur; Meurſius in *Lexic. Græcobarb*, Pithœus in *Gloſſar. Capitul.* A Germanis vocatur, Groß Hoffmeiſter / id eſt *Magnus Magiſter Aulæ.* Recte. nam & Magiſter ἀπὸ τοῦ *Maior* deriuatur, vt vult Vgutio in *gloſſ. de verb. ſignificat.* & Papias in *gloſſario.* quaſi maior in ſtatione; Iſidorus *lib.*10. *Etymolog.* Eſt enim *Magiſter*, qui magis cæteris poteſt; Feſtus Pompeius *de verb. ſignif.* Paulus Diaconus in *Epitom.* Neſtor. Nouarienſ. in *Vocabulario*: cuiusq; ſumma poteſtas eſt in alios; Varro *lib.* 4. *de ling. Lat.* Iunianus Maius in *lib. de priſcor. propriet. verb.* Hinc *Magiſter Equitum, Magiſter populi* apud Romanos *Grand Maiſtre* in Gallia: *Magnus Magiſtre Boruſſiæ, Magiſter Liuoniæ, Magiſter Ordinis Theutonici, Magiſter Ordinis Iohannitarum,* &c. quod horum ſumma poteſtas in Equites, & populum. Vnde & *Magiſtrare* pro regere, imperare, dominari; Paulus Diaconus in *Epitom. Feſti*, & *Magiſtratus*, qui per imperia potentiores ſunt, quam priuati; idem *d. loc.*

5. Hinc ergo *Maiores*, & cum adiunctione *Maiores natu*, paſſim in Hiſtorijs mediæ ætatis ponuntur pro Principibus & Proceribus Regni tam ſecularib. quam Eccleſiaſticis, q Latinis à poſitiuo *Magnates*, Græcis Μεγιστᾶνες dicti: quemadmodum apud Tuſculanos olim vocabatur *Deus Maius*, qui eſt Iupiter, à magnitudine ſcilicet & maieſtate, vt ait Macrobius *lib.1. Saturnal. cap.12.* & explicat Meurſius in *Curis Plautin. ad Truculent. c.4.* & *Animaduerſion. miſcell. lib.3, c.1.* Imo illa ipſa vox, *Maieſtas*, hinc deducta videtur, quaſi maior ſtatus, hoc eſt ſuperior, vel ſuprema & maxima poteſtas, nulli alteri obnoxia; quod politicos noſtros non-

Digitized by Google

nondum quidem obſeruaſſe conſtat; ſed in re tamen ipſa conuenit. Arniſæus *lib.1. de iure maieſt.* & Reinhard. Kœning in *Diſput. de maieſtate.*

6. Apud Romanos olim *Maior Conſul* dicebatur, vel penes quem faſces erant, vel qui prior factus erat, vt putat L. Cæſar apud Feſtum Pompeium *de verb. ſignif.* & Paulum Diaconum in *Epitom. Feſti*: quia is potior erat, qui prior; Chriſtoph. Colerus *Parerg. c* 34. Vnde & in quibuſdam Ciuitatibus *Prior* nominatur vel *Primas*, ſicut Pragæ in Bohemia. Et adhuc in Gallia *Maires des villes*, Maiores ciuitatum, vocantur Conſules vel Prætores; Longouallius in *l. imperium, & l. magiſtratibus, D. de iuriſdict.* Alciatus *lib. 2. Paradox. c. 13. & lib. 3. Diſpunct. c. 1.* Droſæus in *Methodo iuris*, Franciſc Pithœus in *Gloſſar. Capitular.* Qui in Heluetiæ quibuſdam oppidis Meyer/ in Belgio Mere; Goldaſtus *Alamannic. rer. tom. 1. fol.* 190. Quod ſi licet parua magnis comparare, cum Romanorum illo inſtituto aliquid commune habere Francofurdia ad Mœnum videtur, vbi eodem prorſus modo *Senior Conſul*, der Alte Herr/ indigetatur non tam ab ætate, quam à potiori poteſtate & auctoritate, qua etiam in ipſum collegam, *Iuniorem Conſulem*, Jungen Herrn/ id eſt, minorem, imperium habet.

7. Nec priſci illi Græci hanc vim ignorauerunt, apud quos πρεσβεύειν pro principari, & πρεσβευτὴς pro Principe legitur, veluti Plutarchus in Othone Imperat. τὸν πρεσβευτὴν τοῦ τάγματος, vbi Franc. Philelphus interpretatur, *Seniorem legionis*, id eſt, qui legioni præeſt.

8. Quin apud Hebræos quoq; *Seniores* dicti, viri Principes in populo. Nam Iudaicæ Reipublicæ adminiſtratio ferme ex Seniorum auctoritate, qui *Principes* dicebantur *familiarum*, pendebat. Inde tam frequenter in ſacra Scriptura eos nominatos legimus *Seniores populi, Seniores ciuitatis, Seniores Iſraël, Seniores Iudæorū Seniores terræ*, & ſimilia verba, de quibus accurate Ioan. Bapt. Aurelius Calaber *lib. 2. de Polit. & diſcipl. ciuil. & eccleſiaſt. fol.* 100. *& ſeq.* Lambert. Danæus in *Politic. Chriſtian.* Sigonius *lib. 6. de Republ. Hebræ. cap.* 4. Card. Palæotus *de bono ſenect. part. 3. fol. 257. & ſeqq.* Gramaye in *Aſia ſiue hiſt. Aſiatic. in analect. antiquit. Iudaic. ſect. 9. fol.* 206 Zepperus *lib. 3. de polit. Iudaic.* Thomas Milles *de Nobilit. politic. cap. 2.* Arniſæus *de Republ. lib. 1. cap. 1. & lib. 2. cap. 2. ſect. 1. & cap. 3. ſect. 5. num. 3.*

9 Latinis quoque ab eadem ætatis conditione *Senatores* appellati:

lati; Tit. Liuius *lib.* 10. *hiſtor.* Florus *lib.* 1. *cap.* 1. Eutropius in *Breuiar. hiſtor. Rom. in princ.* Dionyſ. Halicarnaſſæus *lib.* 2. *Antiquit. Rom.* Meſſala Coruinus *de progenie Auguſti*, Dominic. Flocchus *de Magiſtrat. Rom. lib.* 1. *cap.* 1. Anton. Volſcus & Vbertinus Creſcentinas in *Comment. ad Ouid. lib.* 5. *Faſtor.* Leonard. Aretinus *lib.* 1. *Hiſtor. Rom.* Lælius Biſciola *lib.* 3. *Horar. ſubſeciu. cap.* 17. Ioan. Paſſeratius in *Prælect. ad Propert. lib.* 4. *eleg* 1.

10. Nec Germanis ea notio ignoratur. Etenim apud Anglo-Saxones Senior Regis agnatus, qui proximam in Regno dignitatem & poteſtatem habebat, *Aldermannus* vocabatur, id eſt, Senior homo, vt videre eſt in inſcriptione apud Camdenum in *Britannia fol.* 368. quæ ſic incipit; HIC REQVIESCIT ALWINVS INCLITI REGIS EADGARI COGNATVS, TOTIVS ANGLIÆ ALDERMANNVS. Videtur fuiſſe idem cum eo, quem Franco-Galli *Seneſcalcum appellant*, id eſt, Seniorem ſcalcum, hoc eſt hominem ſeu miniſterialem Regis, alio nomine *Maiorem* dictum. Schalck enim eſt miniſterialis, Mann eſt homo: quæ duo apud Germanos in rebus officialibus & feudalibus æquipollent. Vnde *Maioratum* & *Seneſcalciam* pro eodem vſurpat Hugo de Clerijs in *tract. de Maiore domus Franciæ*, qui extat in calce operum Goffridi Abbatis Vindocinenſis, & Auctor *Supplementi ad Chronic. Sigeberti*, quod Miræo debemus. Videndus Hieronym. Bignonius in *Notis ad Marculphi Formul. lib.* 1. *cap* 25. *fol.* 514. Iohan. Meurſius in *Gloſſar. Græcobarb. verb.* Κυροπαλάτης & Iohan. Lydius in *Gloſſis Latinobarb.* quæ in fine operum Nicolai Clemangis habentur.

11 Sic Norimbergæ Duumuiri vocantur *Seniores* à Conrad. Celte in libello *de orig. morib. & inſtit. Norimberg. cap.* 13. & Eobano Heſſo in *carm. de Norimberg.* qui minus apte *Vetuſtiores* Seb. Munſtero in *Coſmograph.* Et in quibuſdam Heluetiæ municipijs die alten Rhäte appellantur, qui alibi Conſules vel Prætores. Et omnino Alterleuthe vel Altermanner (qui Saxonibus Oeldelut & Oeldeman) vocari Rectores vel Seniores Collegiorum ſiue Compagniarum mercatorū, penes quos inter eos omnis eſt directio & auctoritas, aſſerit Matth. Stephanus *de iuriſdict. lib.* 2. *part.* 2. *cap.* 7. *n.* 22. & Wehnerus in *Obſeruat. pract.* verb. Alterleuthe.

12. Quia

12. Quin etiam vox *Grauio*, Graff aut verius Graue/ pro Comite & Iudice, à maioribus noſtris in Imperio Germanico vſurpari cœpit, quòd Seniores tantùm & veterani milites ad id muneris allegerentur, vel quod Germani & Galli Senatores ſuos, die Grauen/hoc eſt, Seniores nuncuparent: Iodoc. Willichius in *Taciti German.cap.*19. à Canitie nimirum, id eſt, Graw/Petr. Heigius *Queſt.illuſtr.q.*3.*num* 40. quemadmodum Grawpündner in Rhætia Heluetica nobis dicuntur, qui Latinis *Canini Leopontij*, quod eſt veteres vel antiqui, Italis & Gallis *Griſones*, hoc eſt cani dicti, vt ſcribunt Ægid. Iſchudus in *Deſcript. Rhet. Alpin.* Ioh. Stumpfius in *Chronic. Heluet.* & Ioſias Simlerus in *comment. de Alpibus*. Hinc in Belgio Conſules ciuitatum Mergreue/ quaſi dicas maiores iudices vel Senatores appellantur. Teſtatur id Edoardus Rex Angliæ in Legib. cap. 35. *Teutonici etiam, & Friſones, & Flandrenſes, Conſules ſuos Mergreue, quaſi maiores dominos vocare ſolent.*

13. Denique ex eadem conſuetudine in Chriſtiana Republica πρεσβύτεροι, *Presbyteri*, dici cœperunt προεστῶτες τῶν ἐκκλησιῶν, id eſt, qui rebus Eccleſiaſticis adminiſtrandis præficiebantur, vt vulgò notum eſt. Latinis quoque *Seniores* dicti, vt notauit Deſider. Heraldus in *comment. ad Tertull. Apologet. fol.* 155.

14. Et quemadmodum *Senior* pro Principe, qui ad gubernacula ſedet, ita viciſſim *Iunior* pro eo ponitur, qui ex Regum ac Principum familia nullum adhuc Principatum tenet, ſed in aliorum poteſtate conſtitutus eſt. Vnde Germanis Junckherr appellatur, quaſi Junger Herr: quod in filiis Regum, Ducum, Comitum, &c notarunt Ioach. Vadianus *lib.* 1. *de Antiquit. monaſt. German.* Iodoc. Willichius in *Tacit. German. cap.* 19. Cyriac. Spangenbergius *lib* 5. *Chron. Hennenberg. ca.* 5. Goldaſtus *Alaman. rer. tom.* 1. *fol.* 392. Iohan. Lydius in *Gloſſ. Latinobarb.* Wehnerus in *Obſeruat. pract.* verb. Junckherrn/ Nördermannus in *diſput. de iure Principatus, concluſ.* 88. *lit. c.* Exempli gratia: In Diplomate Ludouici VI. Regis Franciæ, anno MCXXX. legitur: *Aſtantibus in palatio noſtro, quorum nomina ſubſcripta ſunt & ſigna. Signum Philippi Iunioris Regis. S. Ludouici Buticularij*, &c apud Martinum Marrier in *Biblioth. Cluniacenſ. fol.* 1392. In Legibus Waldemari II. Regis Daniæ, quas Warinburgi publicauit in Ordinum conuentu, anno MCCLXXX. in ſubſcriptionibus legitur: Met Hans Sönners raad / Eher Jos wore Konigh

 Erick/

Erick/(primogenitus ſcilicet & in Regni Societatem aſſumptus) Hertug Abel/ Jeuncker Chriſtoffes/ &c. Eadem verba habes in præfatione Legum, quæ vulgò appellantur dat Judſke Lowbock/ id eſt, *Gothici iuris liber*. Et affirmat Spangenbergius, ſe vidiſſe antiqua Inſtrumenta, in quibus Regis Daniæ filius ſubnotarit: Jungker Otho von Denenmarck. Vnde fors eſt vt intelligas illud, quod in Latinis Regum Angliæ Diplomatibus legi obſeruauit Camdenus in *Britann. fol.* 118. nempe; *Ego Eadgarus Clyto Regis filius*. quaſi tu dicas, klyn/id eſt, Iunior. In Diplomatibus Ducum Brunſuicenſium, de anno MCCCLXXIV. We Junckhern Frederick/ Berndt/ Henrick vnnd Otto/ Bröder van der Gnade Godes/ Hertogen tho Brunſwig vnde tho Luneberg/&c. Et iterum de Anno MCCCC. We Junckher Bernd vnde Ehr Hinrick van der Gnade Goddes Hertogen tho Brunſchwick vnd tho Luneberg/&c. Quæ inſtrumenta exſtant in *Actis Homagialibus* der Stadt Brunſchwig/ *tom*. 1. In Pactis hereditariis Illuſtriſſimorum Comitum Holſato-Schaumburgiæ, & Illuſtrium Comitum Sternbergæ, Anno MCCCLXX. ſtatutis, ſubſcripſiſſe leguntur; Graff Herinrich von Sternberge/ Juncker Simon von Sternberge Dechandt zu Paderborn/ vnnd Juncker Johann Graff zum Sternberge: apud Cyriac. Spangenbergium in *Chronic. Schaumburg. lib. 5. cap.* 18. Inter quos Heinricus erat familiæ princeps ac regens: Simon eius frater ſecundogenitus: & Iohannes denique filius ſub patris imperio. In Receſſu Comitiorum Francofurtenſium Anno MCCCCLXXXIX. ſubſcripſiſſe memoratur, Herr Ludwig von Eyſenberg/ qui fuit caput familiæ & regens. At in Comitatu Archiepiſcopi Moguntini fuiſſe: Jungkherr Johann von Eyſenberg/ Graff zu Büdingen: apud Lehmannum in *Chronic. Spirenſ. lib. 7. cap.* 120. Et cum Electore Palatino: Jungherr Wynrich von Oberſtein/ apud eundem *fol.* 1000. Sic Britannis Aremoricis in libris conſuetud. Britan. *Iuigneur* dici pro iuniore fratre, annotauit Hotom. in *Comment. de verbis feud.* verb. *Senior*.

15. Nec veteres illi Romani has appellationes ignoraſſe putantur: apud quos *maior herus* dicebatur dominus & paterfamilias; *minor herus* verò cognominabatur filius familias, quòd eſſet ſuus heres, haberetque dominium in ſpe; Baptiſta Pius *Annotat. in Plaut. Aſi-*

nar.

nar. act. 2. *ſc.*2. Chriſtophor. Colerus *Parerg. cap.*34. Frideric. Taubmannus *Notis in Plaut. Aſin. act.* 2. *ſc.*2. Philipp. Pareus in *Lexic. Plaut. verb. Herus & Dominus.*

16. Sunt autem iidem Iuniores, qui aliàs *Domnicelli* vocantur, à *Domnus*, quo Chriſtiani ſcriptores vtebantur, quum de ſeculari poteſtate ſermo erat, quippe qui *Domini* vocem ſoli Deo propriam voluerunt, vt ab aliis annotatum eſt.

17. Et ſicut *Senior* pro Domino, ita vice verſa *Iunior* quoque pro Vaſallo & miniſteriali, vſurpari cæpit; Fra. Pithœus in *Gloſſ. Capitular.* Frid. Lindenbrogius in *Gloſſ. Leg. Germ.* Gloſſæ veteres in Capitularia Imperatorum interpretantur: *Iuniores, id eſt Iudices.* Hinc *Iuniores Comitum*, in Legibus Longobardorum, & Capitularibus Francorum, id eſt, Miniſteriales. Alibi etiam *Minores* indigetantur Ordines Imperij inferiores ſeu mediati, vt in Hincmari Archiepiſcopi Rhemenſis *epiſt.*1. quæ eſt de adminiſtratione Imperij Francici.

18. Quæ omnia abundè nobis fidem faciunt, quanta ætatis ſemper fuerit habita ratio in ſucceſſionibus Regnorum, Principatuum, Comitatuum, &c. in quibus, defuncto poſſeſſore Domino, antiquiſſimus quiſque agnatus ferè potior fuit, niſi ab alio vinceretur iure propinquitatis, cuius prima ac potiſſima cura in legibus ſuccedendi, vt iam dicturi ſumus.

Capvt VII.

Proximior quis intelligatur.

1. Ait Imperator; *Proximior eſt & Senior*: quia in caſu deficientis lineæ Electoralis, primùm conſiderari debet proximitas, vt nimirum is vocetur, qui defuncto poſſeſſori propinquior exſtiterit; Freherus in *comment. ad c.*7. *Aur. Bullæ, verſ. & heic duo in ſpeciem, fol.*17. quia fieri poſſet, vt aliquis eſſet proximior, & tamen iunior, veluti de patrui concurrentia cum nepote ſeniore refert Eman. à Coſta in *tractat. de Patruo & nep. part.* 1. *num.* 28. Aluar. Valaſcus *de iure emphyteut. quæſt.* 50. *num.*26. Molina Ieſuita *de Iuſtit. & iure, tom.* 3. *part.* 1. *tr.* 2. *diſp.*630. *num.*1, *verſ. A coſta vbi ſupra, & diſp.* 631. *n.*1. *verſ. Quæ dicta*

Digitized by Google

Erick/(primogenitus ſcilicet & in Regni Societatem aſſumptus) Hertug Abel/ Jeuncker Chriſtoffes/ &c. Eadem verba habes in præfatione Legum, quæ vulgò appellantur dat Judſke Lowbock/ id eſt, *Gothici iuris liber*. Et affirmat Spangenbergius, ſe vidiſſe antiqua Inſtrumenta, in quibus Regis Daniæ filius ſubnotarit: Jungker Otho von Denenmarck. Vnde fors eſt vt intelligas illud, quod in Latinis Regum Angliæ Diplomatibus legi obſeruauit Camdenus in *Britann. fol.* 118. nempe; *Ego Eadgarus Clyto Regis filius.* quaſi tu dicas, klyn/id eſt, Iunior. In Diplomatibus Ducum Brunſuicenſium, de anno MCCCLXXIV. We Junckhern Frederick/ Berndt/ Henrick vnnd Otto/ Bröder van der Gnade Godes/ Hertogen tho Brunßwig vnde tho Lüneberg/&c. Et iterum de Anno MCCCC. We Junckher Bernd vnde Ehr Hinrick van der Gnade Goddes Hertogen tho Brunſchwick vnd tho Lüneberg/&c. Quæ inſtrumenta exſtant in *Actis Homagialibus* der Stadt Brunſchwig/ *tom.* I. In Pactis hereditariis Illuſtriſſimorum Comitum Holſato-Schaumburgiæ, & Illuſtrium Comitum Sternbergæ, Anno MCCCLXX. ſtatutis, ſubſcripſiſſe leguntur; Graff Herinrich von Sternberge/ Juncker Simon von Sternberge Dechandt zu Paderborn/ vnnd Juncker Johann Graff zum Sternberge: apud Cyriac. Spangenbergium in *Chronic. Schaumburg. lib.* 5. *cap.* 18. Inter quos Heinricus erat familiæ princeps ac regens: Simon eius frater ſecundogenitus: & Iohannes denique filius ſub patris imperio. In Receſſu Comitiorum Francofurtenſium Anno MCCCCLXXXIX. ſubſcripſiſſe memoratur, Herr Ludwig von Eyſenberg/ qui fuit caput familiæ & regens. At in Comitatu Archiepiſcopi Moguntini fuiſſe: Jungkherr Johann von Eyſenberg/ Graff zu Büdingen: apud Lehmannum in *Chronic. Spirenſ. lib.* 7. *cap.* 120. Et cum Electore Palatino: Jungherr Wynrich von Oberſtein/ apud eundem *fol.* 1000. Sic Britannis Aremoricis in libris conſuetud. Britan. *Iuigneur* dici pro iuniore fratre, annotauit Hotom. in *Comment. de verbis feud.* verb. *Senior*.

15. Nec veteres illi Romani has appellationes ignoraſſe putantur: apud quos *maior herus* dicebatur dominus & paterfamilias; *minor herus* verò cognominabatur filius familias, quòd eſſet ſuus heres, haberetque dominium in ſpe; Baptiſta Pius *Annotat. in Plaut. Aſinar.*

Digitized by Google

nar. act. 2. *ſc.*2. Chriſtophor. Colerus *Parerg. cap.*34. Frideric. Taubmannus *Notis in Plaut. Aſin. act.* 2. *ſc.*2. Philipp. Pareus in *Lexic. Plaut. verb. Herus & Dominus.*

16. Sunt autem iidem Iuniores, qui aliàs *Domnicelli* vocantur, à *Domnus*, quo Chriſtiani ſcriptores vtebantur, quum de ſeculari poteſtate ſermo erat, quippe qui *Domini* vocem ſoli Deo propriam voluerunt, vt ab aliis annotatum eſt.

17. Et ſicut *Senior* pro Domino, ita vice verſa *Iunior* quoque pro Vaſallo & miniſteriali, vſurpari cæpit; Fra. Pithœus in *Gloſſ. Capitular.* Frid. Lindenbrogius in *Gloſſ. Leg. Germ.* Gloſſæ veteres in Capitularia Imperatorum interpretantur: *Iuniores, id eſt Iudices.* Hinc *Iuniores Comitum*, in Legibus Longobardorum, & Capitularibus Francorum, id eſt, Miniſteriales. Alibi etiam *Minores* indigetantur Ordines Imperij inferiores ſeu mediati, vt in Hincmari Archiepiſcopi Rhemenſis *epiſt.* 1. quæ eſt de adminiſtratione Imperij Francici.

18. Quæ omnia abundè nobis fidem faciunt, quanta ætatis ſemper fuerit habita ratio in ſucceſſionibus Regnorum, Principatuum, Comitatuum, &c. in quibus, defuncto poſſeſſore Domino, antiquiſſimus quiſque agnatus ferè potior fuit, niſi ab alio vinceretur iure propinquitatis, cuius prima ac potiſſima cura in legibus ſuccedendi, vt iam dicturi ſumus.

Capvt VII.

Proximior quis intelligatur.

1. Ait Imperator; *Proximior eſt & Senior*: quia in caſu deficientis lineæ Electoralis, primùm conſiderari debet proximitas, vt nimirum is vocetur, qui defuncto poſſeſſori propinquior exſtiterit; Freherus in *comment. ad c.* 7. *Aur. Bullæ, verſ. & heic duo in ſpeciem, fol.* 17. quia fieri poſſet, vt aliquis eſſet proximior, & tamen iunior, veluti de patrui concurrentia cum nepote ſeniore refert Eman. à Coſta in *tractat. de Patruo & nep. part.* 1. *num.* 28. Aluar. Valaſcus *de iure emphyteut. quæſt.* 50. *num.* 26. Molina Ieſuita *de Iuſtit. & iure, tom.* 3. *part.* 2. *tr.* 2. *diſp.* 630. *num.* 1. *verſ. A coſta vbi ſupra, & diſp.* 631. *n.* 1. *verſ. Quæ dicta*

ſunt: Bernardus de Medico in *compend ſucceſſ.feud.tit. de ſucceſſ.collateral. in feud. fratris & auunculi, in fin.* Anton. Colerus in *diſput. de iure Imper. German. ſect.* 54. vbi conſentienter affirmant, quod proximior in gradu, licet minor natu, præferatur remotiori in gradu, tametſi natu maiori.

2. Quamuis autem *proximior* dicatur comparatione cæterorum agnatorum, tamen is quoque rectè ſubintelligetur, qui ſolus fuerit, quemue non modò nemo antecedit, verùm etiam nemo ſequitur; Cabedus *pract. obſeruat. part. 2. deciſ. 51. n. 4. in fin.* cui facit *l. 92 & l. 155. D. de verb ſign.* Sic in *Lege XII. Tabul.* quæ proximo agnato hereditatem defert: ſic in edicto Prætoris, quo proximum cognatum vocat, *proximi* appellatio exaudienda eſt; *§. ſi plures, Inſtit. de legit ſucceſſ.* Quod idem ipſum de primogenito annotarunt Theologi tàm veteres, quàm recentes.

3. Et eo caſu *proximior* eandem vim habebit, quam *Senior*, vt ſcilicet ſit (quemadmodum Grammatici loquuntur) comparatiuus per imminutionem, & qui non habeat ſignificationem à poſitiuo. Qua de re *lib. 1. cap. 1. n. 4* diſſeruimus.

4. Eſt ergò *Proximior* hoc loco, ***agnatus legitimus laicus ex tranſuerſo veniens, qui defungenti vltimo Electori, propinquiore gradu in linea paternali coniungitur.***

CAPVT VIII.

Proximior dicitur iuxta gradus prærogatiuam, id eſt, verè & naturaliter, non ficte & repræſentatiuè.

1. DIxi, defungenti ſiue defuncto Electori: non per repræſentationem, ſicut in priori Bullæ parte, vbi de primogenitura diſponitur, ſed per gradus prærogatiuam, vt rectè quidem notauit Freher, *ad cap. 7. Aur. Bulla, fol. 17.* quanquam, quomodo ſeſe extricaret, vir ſagaci ingenio & iudicio præditus non inuenerit.

2. Rectius incedunt Gloſſatores Hiſpani, qui ad Legem Taurinam, quæ ex noſtra Bulla eſt omninò expreſſa, commentantur, quòd deficiente linea primigenia directa, quum ad Collaterales venitur, proximior & ſenior agnatus præferri debeat, nulla admiſſa repræſen-

tatio-

Digitized by Google

tatione; Gregor. Lopez in *l.2. Partit.tit.15 par.2 verb. El mas propinco pariente*, Mieres *de Maiorat. part.2.q. 6.n.31.* Anton. Gomezius in *l.8. Taur.n.19.& ſeqq.* Molina Ieſuita *de Iuſtit. & iure, tom.3. part.1. tractat.2. diſput.627.*

3. Debet enim is eſſe potior in iure, qui proximior eſt defungenti, ob propiorem quandam naturæ, carnis, & ſanguinis coniunctionem, propter quam etiam videtur magis dilectus; Baldus in *l. cum ita* § *in fideicomm. D. de legat.1.* Gabr. Roman. in *comm. opinion. tit. de fideicommiſſ. lib.4 concluſ.3.* Cardin. Mantica *de coniect. vlt. vol lib.8. tit.9.* Mich. Craſſus in *Recept. ſent.* § *fideicommiſſum. q.11.* Simeon à Prætis *Interpret. vlt. voluntat. lib.3. interpret.3. dub.4. ſolut. vlt. & ſeqq. fol.359.* Iul Clarus § *teſtamentum, q 76.n.14* Angel. Mattheacius in *Epitome legat. & fideicommiſſ. cap. 6. lit.a. & lib.2. cap.6.n.1.* Sylueſter Steierus in *Genealog. Chriſti lib.2.*

4. Non ergò in hoc noſtro caſu filius ingredietur locum patris, nec eius perſonam repræſentabit: quia vbi ſimpliciter vocatur proximior, Legislator cenſetur limitare ſucceſſionem ad certum gradum: quo qui non continetur, admitti minimè debet, ne quidem per fictionem repræſentationis; Cardin Mantica *de coniect. vlt. volunt lib.8. tit.9.* Didac. Couarruuias *pract. quæſt. cap.38. n.4. verſ.3. ad intellectum*, Mattheac. in *Epit. legat. & fideicomm. lib.2. cap.6. n.11.* Nam lex loquens de proximiore, intelligitur de eo, qui in gradu verè præcedit, non fictè; Baldus in *l. vlt. C. de verb ſignif.* Salicetus & Alexander in *l. vlt. C. de teſta. milit.* Marzarius in *Epitom fideicomm. q.34.* Gregorius Meſſanenſ. *de ſucceſſ. feud. part. 4 q.10. n.10.* Forſterus *de ſucceſſ. ab inteſt. lib.3. cap.33 axiom.4. n.5.* Molina Ieſuita *de Iuſt & iur. tom.3. part.1. tr.2. diſput.629. nu.3. verſ. quod confirmant.* Ex prioritate namque gradus maior propinquitas demonſtratur; *l.1.* § *gradatim, D. vnde cognat. l. iuriſconſ. in pr. D. de grad. & affinit.* § *ſi plurium, Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ.* Cephalus *conſil. 656. lib.5.* vbi explicat verba *ex antiquioribus proximiorum*, Baldus *conſil.334 lib.3.* vbi inquit; cum vtitur comparatiuo, intelligi debet de magis propinquo, adeò quòd de remotiori nullo modo intelligi poſſit. Quamobrem conficitur, proximiore vocato, iuri repræſentationis nullum eſſe locum; Forſterus *de ſucceſſ. ab inteſt. lib.3. cap.33. axiom.4. n.7. in fin.* Anton. Gomezius in *l.40. Taur. n.41.*

Digitized by Google

5. Igitur graduum, id eſt generationum cognitio primùm attendenda eſt in hoc caſu, in quo proximior præfertur; *l.69.§.vlt.ff.de leg.2.* Georg. Bernardus in *diuiſ.Inſtit.Imper.lib.3.tit.de inutil.ſtipul.* vt ſcil. proximior in gradu remoueat vlteriorem; Tiraquell. *de iure primig. q.40.n.159.* Tiber. Decianus *conſil.1.n.175* Dieg. Gomezius in *addition. ad l.40. Taur.n.41.* vbi multos auctores cumulat.

6. Eſt enim hoc nomen, *proximior*, collectiuum, quod in infinitum extenditur; Forſterus *de ſucceſſ.ab inteſt.lib.3.cap.31.axiom.1.& 2.n.1.& 2.* vel in milleſimum gradum; Cabedus *pract. obſeruat.part.2.deciſ.51.nu.4. in fin.* quod in diſparibus gradibus inducit ordinem ſucceſſiuum, ſecundum proximitatem gradus, ita vt quotuſquiſque defuncto proximior eſt, cæteris remotioribus præferatur. Quam rem doctè explicat Forſterus *d.cap.31.axiom.3 n.4.*

CAPVT IX.

Proximitas conſideranda ex perſona vltimi poſſeſſoris, non primi acquirentis.

1. SVnt namque, qui velint, proximitatem primi ſtipitis, quem vulgò acquirentem vocant, non vltimi Electoris eſſe attendendam. Cōtra quos eruditè & ſolidè pugnant Angelus Mattheacius in *Epitom. leg. & fideicomm. cap.14. & lib.2.cap.15.* (in primis autem eſt contra noſtros antagoniſtas notandum 10. *argument.* & ibi Mattheacij reſponſum *nu.8. & nu.16.*) & idem *lib.2.cap.15.* Renatus Choppinus *in tract. de ſucceſſ. Regni*, Matthæus Zampinus in *tract. de ſucceſſ. prærogatiua primi Principis Franciæ*, Franciſcus Verona vel potius Robert. Bellarminus in *Apolog. pro Patribus & Scholaſtic. Societ. Ieſu in Gallia lib.2.cap.9.* Octauianus Cacheran. *conſil.71.n.10.& ſeqq.* Hieron. de Cæuallos *Pract. quæſt. commun. cōtra comm. tom.3.q.761.n.150.& ſeqq.* Molina IC. *lib.3.de Hiſpan.primig. c.9.* Molina Ieſuita *de iuſt.& iur.tom.3.part.1.tract.2.diſput.628.* Franciſc. Marzarius in *tract.de fideicommiſſ.part.2.num.48.* Alexander Trentacinquius in tract. *de ſubſtitut.part.4.cap.12.* Anton. Peregrinus in *tract. de fideicommiſſ.art.20.*

2. Eſt ſiquidem rationabile, ciuile, & naturale, vt proximior & Senior

Digitized by Google

nior inter agnatos ſuccedat defuncto, vt pater filio, frater fratri, proximus proximo: E contra facere, nonne eſt rumpere vincula naturæ? quæ non rumpuntur niſi per ſummum ſcelus, vt dicit Calphurnius *Declamat.*4.

3. Hinc ſingularis eſt regula, quod proximus dicatur reſpectu vltimi defuncti, & non primi acquirentis; Paulus Fuſcus in *ſingularibus in vtroq; iure. verb. Proximi.* Et quòd eo reſpectu proximior ſuccedat vltimo poſſeſſori, etſi alius ſit proximior primo acquirenti, tradunt Iac à Saa in *tract. de primog. n.*60. Iul. Clarus *lib.*3 *ſent. §. teſtamẽtum q.*70. *n.*14. Anton. Gama *deciſ.*354. *n.*9. Aluar. Valaſcus *de iure emphyteut. q.*50. *n.*34. Molina IC. *lib.* 1. *de primig. Hiſpan. cap.*3. *n.*15. & *cap.*6 *n.*46. & *ſeq. lib.*3. *ca.* 9. *n.* 1 & *n.*11. Molina Ieſuita *d. diſput.*628. *verſ. vt verò vtramq; quæſtionẽ.* Etenim agnatus ſuccedens vltimo agnato, non dicitur venire, vt ex nunc, ſed vt ex tunc. Andr. de Iſernia in *c.*1. *de inueſtit. de re alien. fact.* Ioh. Cephalus *conſil.*137. *n.*43. Paulus Fuſcus *lit. A. n.*41.

4. Quod verum eſt, ſiue noſtrum caſum compares cum fideicommiſſis & feudis, in quibus proximitatem poſtremi poſſeſſoris eſſe attendendam, eruditè euincit Forſterus *de ſucceſſ. ab inteſt. lib.* 3. *cap.*30. *axiom.*5. *n.*16. & *ſeqq.* Cabedus *pract. obſeruat. part.* 2. *deciſ.*51. *num.*5. Dieg. Gomezius in *Addition. ad l.*40. *Taur. n.*41. Peregrinus *conſil.*33. *nu.*16. & 25. *vol.*2. Cæuallos *pract. quæſt. comm. q.*762. *n.*58.

5. Siue cum feudis ex pacto & prouidentia, in quibus cum attendatur proximitas cum vltimo poſſeſſore, vtique proximior in gradu erit præferendus; Didacus Spinous in *Specul. teſtament. gloſſ.*18. *num.*51. Matheacius *de legat. & fideicommiſſ. lib.*2. *cap.*15. *n.*11. Peregrinus *conſil.*5. *n.*8. & *n.*30. *vol.*3.

6. Reditur enim in hoc caſu ad ius commune ab inteſtato; Frekerus in *comment. ad cap.*17. *Aur. Bullæ, fol.*17. & nos ſuprà *cap.* 4. deduximus. Atqui ab inteſtato ſemper proximitas conſideratur reſpectu vltimi morientis, vt notiſſimi iuris eſt. Itaque is demum proximior reputabitur, qui defungenti vltimo Electori, quem caſum DEVS clementiſſimè auerruncet, proxima agnatione coniungetur, in quacunque tandem linea exſiſtat; Cabedus *d. deciſ.*51 *num.*4 Mattheacius *de legat. & fideicommiſſ. d. lib.* 2. *cap.* 15. *num.*10.

Digitized by Google

CAPVT X.

Prior gradu & ætate ſecundum naturam potior eſt.

1. QVod ipſum non caret naturali quadam ratione & æquitate. Siquidem proximior, vt ſuperius demonſtrauimus, idem eſt, qui prior gradu. Atqui prius ſi dicatur de honorabilioribus & magis dilectis, dici alieniſſimo modo, docet Ariſtot. in *Prædicament. tract. 3. cap. 2.* & ibi Dexippus in *Comment. chart. 4. col. 1.* Nam licet conſuetudine hoc quidam introduxerint, vt prius habeatur, tamen & ipſe Ariſtot. reprobat, & inter τοῦ prioris ſignificata prorſus eſſe alienum, tradit Ammonius Hermias in *Comment. ad d. cap 2.* Rationem aſſignat Simplicius, quia id non natura, ſed opinione tantummodò prius habeatur in *Prolegom. in Categor. Ariſtot.*

2. Prius autem verè, propriè, & naturaliter dicitur id, quod tempore præexſiſtit. Verba hæc ſunt Ariſtotelis: *Prius primò & maximè propriè ſecundum tempus, ſecundum quod antiquius alterum altero & vetuſtius dicitur.* Vbi commodiſſimè Ammonius, eumque ſecutus Simplicius, τὸ πρεσβύτερον, id eſt, *ſenius*, vſurpari dicit, quum de hominibus ſermo eſt, vt inter eos ſcilicet prior habeatur, qui antiquior eſt tempore, ſeu κατὰ τὴν ἡλικίαν, vt ait Simplicius in *Prolegom. in Categor. Ariſtot.*

3. Eleganter Iamblichus in *Protreptico*: Ἀεὶ γνωριμώτερα τὰ πρότερα τῶν ὑστέρων: *ſemper priora poſterioribus cognoſcibiliora ſunt.* Quod dictū de prioritate & antiquitate temporis atque annorum in hac ipſa præcedentiæ & prælationis cauſa, interpretatur Petr. Matthæus in *Hiſtor. Henrici IV. Regis lib. 7. narrat. 1. n. 13. fol. 633.*

4. Quamobrem quum prior ſit natura, qui ſimpliciter eſt, eo, qui quodam modo eſt; Alexander Aphrodiſienſis in *lib. 2. poſter. analytic.* & Euſtrathius *d. lib. 2. Ariſtot.* prior autem ſimpliciter dicitur Senex iuuene, & perfectus imperfecto; Margentius in *lib. 1. Meteor. Ariſtot. chart. 5.* Thom. Aquinas in *lib. 2. phyſic lect. 2. text. 30*, & illud ad naturam ipſam, diuinum exemplar, accedat quàm proximè, quod magis abſolutum & perfectum eſt; conſequitur prioritatem noſtram ſecundum ſubiectum & materiam, ſcilicet gradum & ætatem, eſſe prioritatem ſecundum naturam; Auerroës ſiue rectius Abenroës in *lib. 2. de generat. text. 4. cap. 167.*

5. De-

5. Denique qui magis appropinquat Principi familiæ & capiti, prior dicitur eſſe eo, qui magis remouetur ab illo; Alexand. de Ales in *lib.5. Metaphyſic. Ariſtot. text.16.* At verò propior gradu magis appropinquat. Ergò prior eſſe debet in ſucceſſione, vt hìc locum etiam habeat vulgaris regula; *Qui prior eſt tempore, potior eſt iure.*

Capvt XI.

Proximior & Senior verba ſunt naturæ, non iuris, & vere ac proprie capienda ſunt, non putatiue aut fictitie.

1. QVanquam anteà Imperator in priori Bullæ membro diſpoſuerit de primogenitura, tamen in hac ſecunda parte per verba expreſſa diſponit de proximiore & Seniore; Gregorius Meſſanenſis *de conceſſ. feud. part.4.q.3.n.16.* Cæuallos *pract. quæſt. commun. contra commun. tom.3 q.762.n.154.& ſeqq.& n.164.* Quæ verba naturaliter & verè accipienda ſunt; Peregrin. *conſil.33.n.15.& conſil.64 n.13.lib.2.* nec non propriè & ſtrictè; Cæuallos d. q.762. n.160.

2. Quia qualitas adiecta, vt eſt proximitas & ætas, ei videtur congruere, qui habet illam propriè, verè, & naturaliter, & nō fictionis iure; Cæuallos *d. q. 762. n. 163.* intelligique debet ſecundum tempus verbi, cui cohæret; *l. in delictis. § ſi extraneus. ff. de noxal. act.* Bartolus & Doctores in *l. ex facto, in princ. D. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Vaſquius in *præfat. illuſtr. controuerſ. n.33.* At in noſtro caſu qualitas proximitatis & ætatis eſt adiecta ſubſtituto agnato in caſum futurum. Idcircò de agnato proximiore & Seniore intelligi debet tempore demum contingentis caſus; Cacheranus *conſil. 71. n.6. & ſeqq.* Cæuallos *d. q. 762. n. 173. n.184.* Molina I C. *in conſil. pro Philippo Hiſp. Rege,* apud eundem Cæuall. *d. tom 3. fol. 78. col.1. & fol.79. col.1.* vbi tractat de generali Regnorum ſucceſſione: Forſterus *de ſucceſſ. ab inteſt. lib.4 cap.22. nu.14.* ex quo tempore ſcilicet ſuam efficaciam conſequuntur; Albert. Brunus in *tract. de ſtatut. exclud. fœmin. art.6.n.34* Bolognetus *conſil. 5 pro Triuultiis num.26.* Gutierrez *conſil.1. num.14.* Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſt. lib.3. cap.15. nu.14.* & diſpoſitio iſta Bullaris ſuum ſumit effectum; Nicol. Intrigliolus *de ſubſtit. cent.3. q. 56. n.2. & ſeqq.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art.26. n.6. & ſeq.*

3. Quare proximior & Senior is dicendus eſt, qui tempore mortis vltimi poſſeſſoris alios antecedet: quoniam primogenitus æſtimatur ex eo articulo, quo offertur hæreditas; *l.1.§.7. & 11. D. vnde cognat.* Arniſæus *de Republ. lib.2.cap.2. num.82.* & ſucceſſio habet naturam relationis ad tempus mortis; & ideò inſpicitur prioritas, quæ tunc in rerum natura verſatur; *l. ex facto, §.pen. D. ad Sc. Trebell §. proximus, Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ* Baldus in *l.2. nu 5. C. de iure emphyt.* Quod Baldi dictum notabile reddit Gregor. Lopez in *l.28. Partit. tit. 8 part.5. verb. ſegum ſe auienen*, Molina in *conſil pro Duce de Villa formoſa num. 39.* Gregorius Meſſanenſis *de conceſſ. feud part. 4.q.10. num. 5. & ſeqq. & nu. 15.* Alciatus in *l proximus D. de v. ſ.* Forſterus *de ſucceſſ. ab inteſt. lib 4. cap. 24. num. 39.* Molina IC. *lib.3. de Hiſpan. primigen. cap.10.* Andr. Gail *lib. 1. Obſeruat. cap.136. num.1. & ſeq.* Trentacinquius *de ſubſtitut. part.4. cap. 7. num. 69.* Intrigliolus *de ſubſtitut. cent. 3. q.56. num.7.* Peregrinus *de fideicommiſſ. art.29 n.13. & ſeq.*

4. Et verba, in quibus fit mentio alicuius perſonæ cum aliqua qualitate, intelliguntur de eo, qui verè habet illam qualitatem, non autem fictè, ſeu per repræſentationem, vel priuilegium; *l. vltim. C. de his qui ven. ætat. impetr.* Dominicus de S Geminiano in *c. ſuſceptũ de reſcript. in 6.* quia cum ſit mentio de agnato Seniori, tempore mortis vltimi poſſeſſoris de eo capiendum erit, qui eo tempore Senior erit, & verè & naturaliter agnatus exſiſtet maior natu & non fictè aut repręſentatiuè; Capicius *deciſion. 21. n.8.* Did. Spinous in *Specul. teſtam. gloſſ. 18. num. 51. & ſeq.* Quod maximè locum habet in materia ſubſtitutionis, circa quam verſatur noſter caſus, in quâ verba debent accipi naturaliter, hoc eſt, in veritate, & non in fictione, ſcilicet in eorum ſolo caſu, & non trahi ad alios: Doctores ad *l. nomen filiarum, in verb. cadere, D. de verb. ſignif* Lancellotus Politus *de ſubſtit. lib.1. nu.26.* Seruinus in *Act. pro Regina Margarita, fol.60.*

5. Et itaque ſi nepotes illa qualitate ætatis caruerint, non poterunt hac appellatione Senioris venire; Decius *Conſil. 443. nu. 24.* Lælius Biſciola *lib. 2. Horar. ſubſeciu. cap.17.* ſed patruus ætate maior indiſtinctè ſuccedet; Bartolus in *auth. poſt fratres, C. de leg hered.* Did Rodericus *de coniect. mente defunct. lib.2. cap 3. §.3. n.24.* Alexander Imolenſis *Conſil. 4. lib. 4.*

CAPVT

Capvt XII.

Senior in ætate quærendus eſt, non in linea.

1. EX quibus admodùm eluceſcit, dictionem, *Senior*, in Bullis noſtris propriè eſſe accipiendam. Namque vbi varia & multiplex occurrit verbi alicuius ſignificatio, ea eſt amplectenda, quæ ad eius naturam propius accedit, quæque maiorem vim ac poteſtatem habeat; *l.1 D. ſi ager vectigal.* Harduicus à Daſſel. in *l.4.§. Cato, num.181 D. de verb ſignific.* Iam autem *Senior* magis de tempore ætatis, quàm fictione linearum, accipiendum eſſe, inde apparet, quia Senior propriè de linea accipi non poteſt. Quod non inuitè ipſe etiam Freherus fatetur ad *cap.7. Aur. Bullæ, fol.17.*

2. Et quòd, vbi vocatur Senior, ſemper debeat attendi ratio ætatis, & conſiderari potius, quàm aliæ qualitates, probat Accurſius in *l.1. verb. maiores, C. de imponend. lucrat. lib.10.* Cui conſentit Crotus in *l. omnes populi n.146. D. de inſt. & iur.* ac Felinus in *rubr. de maiorit. & obed. n.26. & in c. ſuper eo, num.5. de Teſtib. & atteſt.* Et pro hac opinione conſuluerunt Barbatias *conſil.10. num.36. vol.2.* Decius *conſil.443. nu.10. Alciatus conſil.8. lib.9*, Alba *conſil 60. n.3.* Menochius *conſil.442. nu.29* Iac. Berettus *conſil.134. n.29* Peregrinus *conſil.39. lib.1. & conſil.33. num.15. lib.2.* Fr. Hotomanus in *tract. de Patruo & nepot. cap.4. & cap.9.* Et hanc opinionem dicit communem Simeon de Prætis *de interpret. vltim. volunt. lib.3. interp.2. n.18.* communiſſimam Cæuall. *pract. quæſt. commun. contra commun. tom.3. q.762. nu.150.* & claſſicam denique Lælius Biſciola *lib.2. horar. ſubſeciuar. cap.17.*

3. Nimirum in legibus à proprietate verborum non eſt diſcedendum; Bartolus in *l. omnes populi n.65. D. de iuſtit. & iur.* Iaſon *ibid. num.53. & ſeq.* Caccialupus *n.129.* Crotus *n. 01.129. & 130.* Melch Kling ad *lib.2. Decretal tit.1. c. cum contingit.* & paſſim conſulentes ac interpretes: & ad legum inſtar in fideicommiſſis ac teſtamentis; Tiraquell. *de iure primigen. q.40. num.224.* Couarruu *variar. reſolut. lib.3. cap.5. num 5.* Cæphalus *conſil.251. num.20.* Peregrinus *conſil.64 num.8 lib.2.* Idcircò vox, *Senior*, in hac noſtra lege ſtrictiſſimè eſt interpretanda de eo, qui Senior eſt ætate, id eſt, maior natu; Baldus in *l. cum antiquioribus, C. de iur. delib.* Didac. Rodericus *de ſenioct. ment. defunct lib.2. cap.3. §.3. nu.9.* Tiraquell.

de iur primigen.q 1 *n.*12. Molina I C. *de Hiſpan.primig.lib.*3.*cap.*6.*num.*19. Couar 1. *Pract.quaeſt.cap.*38.*n.*7.*verſ.*3. Peregrin. *conſil.*39.*num.*18.*lib.*1. *&* *conſil.*64.*n.*9.*& ſeqq.lib* 2. Pernous *conſil.*8 *& conſil.*6.*verſ. vbi autem pater.& conſil* 12.*verſ.non obſtante.* Intelligitur enim propriè ac naturaliter; *l.vlt.C.de his qui ven.ætat.impetr.* non verò ficte, & ſic repræſentatiue; *l.fideicommiſſum,D.de condit.& demonſtr.* Cæuall. *Pract. quaeſt.commun.contra commun.tom.*3.*q.*762.*n.*124.*& ſeq.& n.*127. quia hæc qualitas requiſita impedit omnem repræſentationē; Decius *conſil.* 445. Capitius *deciſion.*2.*n.*8. Molina I C. *de Hiſpan.primig.lib.*3.*cap.*7.*nu.*2.*& cap.*8.*num.*8. Tiraquell. *de retract.lignag.*§.1.*gloſſ.* 9.*n.*101. quia qualitas maioris ætatis, quæ eſt qualitas naturalis & perſonalis, non eſt tranſmiſſibilis; Cæuall. *d.q* 762.*n.*123. nec alteri cedi poteſt, ſed cum perſona extinguitur; Tiraquell. in *d.tract.*§.26.*gl.*1.*n.*80. quia quod natura comparatum eſt, vt ſit in alio, illo non exiſtente, nuſquam erit; Plotinus *Ennead.*3.*lib.*6.*cap.*14.

4. Quinimò ſemper in maioratu ſuccedit vltimo poſſeſſori maior, non quidem dignitate, nec linearum ordine, aut aliis qualitatibus, ſed natu ſeu ætate computata à puncto natiuitatis, quod illi eſt magis coniunctum; Molina Ieſuita *de iuſt.& iur.part.*1.*tract.*2.*diſput.*624.*nu.*1.*in pr.* in tantum vt ſit iuris indubitati, maiorem natu eius gradus aut qualitatis, præferendum eſſe cæteris eiuſdem gradus aut qualitatis; Gregor. Lopez in *Partit.l.*2.*tit.*13.*part.*2.*verb.mayoria.* vbique enim, ſi cætera ſint paria, & in eodem gradu, quod antiquius, præfertur; Arniſæus *de Republ.lib.*2.*cap.*2.*ſect.*8.*n.*81. quia quando antiquior de familia vel Senior ætate vocatur, tunc ſumus in maioritate facti, & non iuris: & non obſtante linearum ordine, Senior ſiue maximus natu in familia admittendus, defuncto vltimo poſſeſſore; Anton. Theſaurus *quaeſtion. forenſ.& pract.q.*35.*n.*17. Qui enim vocat maiorem natu, cenſetur habere rationem non ad dignitatem vel ad aliam præeminentiam, quæ conſideratur in primogenito, & venientibus ab eo, vt in priori Bullæ parte diſpoſitum eſt, ſed ad ætatem vocati, prout benè conſiderat per auctoritates & iura Barbatias *conſil.*10.*in fin.lib.*2. Ant. Theſaur. *d.q.*35.*n.*7. Annæus Robertus *lib.*3.*rer.iudicat.c.*15.*in fin.*

5. Quod ipſum non videntur ignoraſſe priſci illi Græcorum prudentes, apud quos legitur: τὴν βασιλείαν κατὰ τὸ πρεσβεῖον λαμβάνειν: *Regnum*

Digitized by Google

Regnum natu maximus accipit, apud Suidam in *Lexico*, vbi de Periandro Cypſili Corinthiorum Regis filio, & Hieron. Wolphium *annotat. in vitam Demoſthen.* ab Libanio deſcriptam, vbi docet, πρεσβεῖον hoc loco accipi pro grandiori ætate. Et Strabo *lib.* 16. *Geograph.* rationem reddens, cur apud Nomadas patrui nepotibus anteferantur, ὅτι, inquit, οἱ ἀδελφοὶ τιμιώτεροι τῶν τέκνων κατὰ πρεσβυγένειαν.

6. Quo inſtituto & Hebræi videntur vſi: quos ait Arias Montanus *lib.* 3. *antiquit. Iudaicar. cap.* 3. hereditates partiri ſolitos, vt ætatis, ita etiam locorum ordine conſtituto, &c.

7. Rectè ergò & veriſſime ad mentem Aureæ Bullæ Onuphrius Panuinius in tractat. de Comitiis Imp. cap. 10. *Laicis ius eligendi hereditarium conceſſum eſt. Sicut enim Regnum Bohemiæ hereditarium eſt, ita & omnis, qui eo regno legitimè potitur, vbi primùm Rex defunctus eſt, ſtatim ius electionis obtinet, qui primogenitus Regis defuncti, vel maior filiorum viuentium; vel ſi is mortuus ſine liberis fuerit, eius propinquior eſſe ſolet. Idem vſuuenit cæteris tribus Electoribus laicis, quorum primogeniti, vel grandiores natu filij ſicut in paternis ditionibus ſuccedunt, ſic & in Electoris dignitate.* Et explicatius adhuc Matth. Stephanus lib. 2. de iuriſdict. part. 1. cap. 5. n. 24. *Palatinatui*, inquit, *Saxoniæ & Marchionatui ea lege eſt alligata Septemuiralis dignitas, vt patre mortuo aut agnato illa cum hereditate tranſeat in filium natu maximum, aut agnatum proximum ætate cæteros antecellentem.* Nec non Michael Schiferer Pannonius vel potiùs Dominic. Arumæus in diſput. de orig. & poteſt. Elector. th. 18. *Laicis ius eligendi hereditarium eſt. & vbi primogenitus filiorum defuncti Electoris, vel ſi hic ſine filiis deceſſerit, ad propinquiores fratres vel agnatos hæc ſereniſſima dignitas deuoluitur.*

Capvt XIII.

Verba Bullarum ſtrictim explanantur. Quid ſibi velit Conſanguineus, *in Aurea Bulla, quidue clauſula illa,* Quibus omnibus non extantibus: *& additio,* Pro tempore, *in declarationibus & Reſcriptis Cæſareis.*

1. QVanquam hæc ſatis eſſe cuiuis intelligenti (meo quidem iudicio) poterant, ad veram & genuinam Aureæ Bullæ mentem ac ſenten-

ſententiam declarandam: tamen ne quid ſit, quod meritò deſideretur ad eam penitius cognoſcendam, eiuſdem, ſimul & Declarationum Cæſarearum, verba quàm breuiſſimè poterimus obiter enucleabimus.

2. Sciendum eſt itaque, Bullas omnes ac ſingulas datas eſſe poſſeſſori Electoratus, eiuſue deſcendentibus & agnatis, vti ſuprà demonſtrauimus. In omni ergò dubio caſu quis dubitabit, quin ad ipſam decidendi rationem, id eſt poſſeſſionem, recurrendum ſit? Aiunt ergò Imperatores, poſſeſſori Electoratus, ſi fortè defungatur, ſuum heredem eſſe filium primogenitum; vel eo præmortuo, eiuſdem filium primogenitum, iure ſuitatis. Quod ſi primogenitus ſine liberis deficiat, vocandum eſſe ſecundogenitum, eodem pacto, quo primogenitum vocatum eſſe diximus: vel eo non exiſtente, tertiogenitum, ordine quodam ſucceſſiuo. Quod ſi nulli filij fuerint, vocandos eſſe fratres Electoris. Quod ſi moriente poſſeſſore, nemo horum extiterit, tunc admittendum eſſe proximiorem & Seniorem, ex agnatis collateralibus. Quibus verbis ecquid dici, fingi, aut pingi potuit clarius, expreſſius, dilucidius?

3. Etenim quod in Bulla Aurea *cap.* 25. Carolus. IV. Imper. ſanciuerat, deficiente vel inhabili primogenito, *ſecundogenitum, ſi fuerit in ea progenie, ſeu alium Seniorem fratrem, vel Conſanguineum laicum, qui paterno ſtipiti in deſcendenti recta linea proximior fuerit, ſucceſſurum*: id ipſemet Imperator Legiſlator binis, Wencelaus eius primogenitus vna, & Sigiſmundus ſecundogenitus quatuor Bullis in hunc modum declararunt: *Quibus omnibus non extantibus, ad proximiorem heredem, ſecundum lineam paternalem, duntaxat laicum, Seniorem Ducem Saxoniæ pro tempore*, &c.

4. Vbi prouocabulum QVIBVS, eſt de ſui natura reſtrictiuum; *l. ea tamen adiectio, D. de legat.* 3. Carolus de Graſſalio *lib.* 1. *regalium Franciæ cap.* 6. Iaſon in *l.* 1. *nu.* 3. *C. de ſumm. Trinit.* Peregrin. *conſ.* 38. *num.* 3. *lib.* 1. accipiturque ſecundum ſubiectam materiam, ad quam refertur; Decius in *c. in præſentia, num.* 42. *ext. de probat.* Forſterus *de ſucceſſ. ab inteſt. lib.* 4. *cap.* 1. *axiom.* 5. *num.* 17. vt reſtringatur ad eos tantùm, qui exprimuntur, & non ad vlteriores; Peregrin. *d. nu.* 3. Sfortias Oddus in *tract. compend. ſubſtitut. part* 5. *art.* 2. *concl.* 11. *nu.* 20. quia relatio limitata limitatum

Digitized by Google

tatum producit effectum; Iohan. Gallicius *conſil. 2. num. 96. inter conſil. feud. varior. DD.* Exprimuntur autem ſoli Electoris filij, nepotes, & fratres; ad eos ergò ſolos hæc particula poteſt referri abſque vlla violatione atque impropríetate; Peregrin. *conſil. 64 num. 1. lib. 2.* Eſt enim eius relatiui natura facere relationem perſonaliſſimam; Peregrin. *d. conſ. n. 3.* non quidem abſolutè, ſed continuatiuè; quia relatio ad proxima refertur; *l. ſi idem cum eodem, §. vlt. D. de iuriſd. omn. iud.* vt ſcilicet deficientibus filiis, nepotibus, & fratribus eius, qui Electoratum obtinet, idem Electoratus ad proximiorem & Seniorem eiuſdem agnatum deuoluatur; Peregr. *conſil. 65. n. 7. lib. 2.* nõ autem prius: propterea quòd relatiuũ hoc importet conditionem, quæ debet impleri in forma ſpecifica nec in caſu ficto, ſed vero: Gregor. Meſſanenſis *de ſucceſſ. feud. part. 4. q. 10 n. 10.*

5. Eodem modo dictio Omnibvs, ſecundum terminos in Bullis poſitos, ad naturam rei, cui additur, reſtringenda eſt; Alciatus, eumque ſecutus Daſſelius in *l. 4. §. Cato num. 357. D. de verb. obligat.* habetque vim ſpecialis expreſſionis; Ioh. Rudingerus *controuerſ. iuris feud. lib. 2. cap. 16. nu. 2. in fin.* Verba enim vniuerſalia eius ſunt efficaciæ, vt habeant vim ſpecialis expreſſionis; Crauetta *conſil. 292. & conſil. 388* Schraderus *conſil. 1 n. 253 vol. 1.* Ergò *omnibus*, ſcilicet filiis, nepotibus, & fratribus Electoris, quos ſpecialiter expreſſerat; Carolus de Graſſalio *lib. 1. regal. Franciæ cap. 6.*

6. Sequitur, Non extantibvs, id eſt, deficientibus, mortuis; Cacheranus *conſil. 74. n 19.* illis ſcilicet, qui particulariter nominati ſunt; idem *n.* 51. Molina Ieſuita *de iuſt. & iur. tom. 3. part. 1. tract. 2. diſp. 628. verſ. ſecundò quoniam, & verſ. quod ad ſecundum arg.* Eſt namque hæc ſolennis formula Legiſlatorum, quam noſter Imperator ab iis mutuatus eſt. Sic enim in conſimili planè deciſione Modeſtinus I C. in l. omnia. 32. §. 6 D. de legat. 2. *Poſt omnes eos extinctos, qui,* &c. Et Iuſtinianus Imperat. nouell. 118. cap. 3. τέτων δὲ μὴ ὄντων: *Hi autem non exiſtentibus.* Conſtantinus Porphyrogeneta Imper. Conſtantinopol. in conſtit. de prædiis militaribus: συγγενῶν δὲ ἐκ ὄντων, ἢ τῶν ἀπὸ νόμε καλεμένων ἀγχιςέων: *Cognatis autem vel propinquis, qui à lege vocantur, non extantibus.* Alphonſus electus Imperator l. 2. Partit. tit. 15. part. 2. *Pero ſi todos eſtos fallecieſſen.* Et in pari caſu heredum colla-

collateralium Dauid Rex Scotiæ in Leg.Scotor.lib.2.cap.34.§.3. *Quibus præmortuis:* vbi notat Iohan. Skenæus Conſiliarius Regius, eadem ipſiſſima verba poni à Glanuilla in *legibus Angliæ lib.7.cap.* 4. Quibus ego omnibus optimum Interpretem adducam lib.2.feud. tit. 11. vbi ſtatuitur: *Filiis enim exiſtentibus maſculis, vel ex filio nepotibus, vel deinceps per maſculinum ſexum deſcendentibus, cæteri remouentur agnati.* Adde Alciatum *conſil.2.n.23.lib.*8. Ang. Matheacium *de legat. & fideicommiſſ.lib.2.cap.5.n.16.lit.ſ.*

7. Sunt autem hi ablatiui abſoluti, qui reſoluuntur in vim conditionis; Roland. à Valle *conſil.*82.*n.*16.*vol.*1. Cacheran. *conſil.*74.*n.*51. Borcholt. *de feud. cap.*3.*n.*8. Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſt. lib.*3.*cap.*15.*n.*6.*& ſeqq.* At notum eſt, conditionem ſuſpendere omnem actum, cui opponitur; *l. cum in ſecundo*, 16. *D. de iniuſt. rupt. teſt. l. cedere diem*, 213. *D. de verb. ſignif.* Iohan. Rudingerus *controu. feud. lib.2.cap.*54.*nu.*3. Et quod defectus conditionis impediat translationem prærogatiuæ, docet Bartolus in *l. qui abſenti*. 38.§.1.*D. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* Rudinger. *d.nu.*3.*in fin.* Itaque hac conditione nondum ſecuta, nulla adhuc eſſe poteſt cuiuſcunque agnati prærogatiua, præter eam, quam ſuperiori libro demonſtrauimus.

8. Aiunt porrò Imperatores in Declarationibus: *Ad proximiorem heredem, Seniorem Ducem Saxoniæ*, &c. pro quo in Aurea Bulla legitur: *vel Conſanguineum laicum*, repetendum eſt, ἀπὸ κοινοῦ *Seniorem.* Hic enim comparatiuus de induſtria ab Imperatore antepoſitus vtrique verbo videtur, vt velit ab eo vtrumque regi & formari. Quod vel ex Grammaticorum & Rhetorum præceptis notum eſſe poteſt. Sic & ſequens coniunctiuus, *laicus*, qui vtrique verbo poſtponitur, ad vtrumque debet referri, tam fratrem ſcilicet, quàm Conſanguineum, ac ſi dixiſſet, *Seniorem fratrem laicum, vel conſanguineum Seniorem laicum.* Cuiuſmodi repetitiones in iure noſtro non eſſe nouas, tradit Cuiac. ad *Papin. in l.*67.§.*ſi rem tuam, D. de legat.*2.& neceſſariò eſſe faciendas, ſi de verbis obiter poſitis dubium incidat, docet non ineleganter doctiſſimus Seruinus in *Act. pro Regina Margarita fol.*63. non quidem ex cuiuſuis cerebro, ſed collatis iis, quæ præcedunt & quæ ſequuntur, vt inde vera interpretatio ſumatur, ſicuti monet faciendũ in Sacra S. Santes Pagninus in *theſauro linguæ Sanctæ, ad verb.* טוב & Phil. Melanch. in *Rhetoric.*

9. Eſt

9. Eſt ergo *Conſanguineus*, non frater eodem patre natus, vt Dn. Engelbrechtus in ſua *Diſſertat.n.*123. nobis perſuadere poſtulat, ſecutus (opinor) Cuiacium *lib.*11. *Obſeruat.cap.*26. Ant. Contium *lib.* 1. *Subſeciu.lect.cap.*6. Franc. Duarenum *lib.*2. *Diſputat.anniuerſ.cap.*14. Theodor. Canterum *lib.*1. *Var.lect.cap.*9 Alberic. Gentilem *Diſputat.de Nupt. lib.* 5. *cap.*11. quorum tamen dictata ad Proculi caſum longe diuerſum, non ad noſtram Bullam pertinent: ſed latius accipitur pro agnato, qui iure legitimo ſanguinis vel agnationis ab eodem paterno ſtemmate vel ſtirpe deſcendit; Thomas Aquinas in *diſtinct.*40. Forſter. *de ſucceſſ.ab inteſt.lib.*3 *cap.*6.*nu.*10. Cuiac. *parat.Cod.ad l.*1. *de impon.lucrat.deſcript.* & *lib.*15. *Obſeruat. cap.* 36. Alb. Gentilis *d. cap.*11. *fol.*562. quemadmodum Græci quoq; ὅμαιμον & αὐθόμαιμον generaliter accipiunt pro cognato, vt ex Lycophrone notauit Euſtathius in *Iliad.lib.*2. & Pollux in *Onomaſt.*

10. Quod ſatis explicat ipſe Imperator, quum addit; *qui paterno ſtipiti in deſcendenti linea recta proximior fuerit*; vel, vt in Reſcriptis declaratur, *ſecundum lineam paternalem*, quod in Leg Salica, *ex paterno genere*: in Nouell. Iuſtiniani 48. περὶ τῶν πατρῴων γονῶν. Quibus verbis remouentur & excluduntur ij agnati, qui cum in eadem familia exiſtant, à primo tamen Electoratus acquirente non deſcendunt, nec vllum ab eo ius ſortiti ſunt, vt lib. 3. demonſtrabimus.

11. Additur denique, *Pro tempore*, plane vt in lege Alphonſi Imperatoris, *à el tempo de ſu finamiento*, vel (vt alij textus habent) *fallecimiento*: nulla ſcilicet linearum aut repræſentationis habita ratione, vt in antecedenti diſpoſitione de primogenitura: nec attenditur, cuius pater aliquando Senior fuerit, ſed qui ipſe eo temporis articulo, quo poſſeſſor Electoratus ſine liberis & deſcendentibus deceſſerit, natu maximus ſit; Freherus in *comm ad c.*7. *Aur. Bullæ fol.*17. Quia verba illa, *pro tempore*, indicant, eſſe conſiderandam qualitatem ætatis, exiſtentem tempore mortis illius, qui in linea primigenia vltimus Electoratum obtinet: ita eleganter Theſaurus *Quæſt.pract.q.*35.*n.*13.

12. Quibus in hunc modum expoſitis, videamus nunc reſtat, ecquid noui conſtituerit noſter Imperator in hac Aurea Bulla. Deinde quomodo hæc diſpoſitio conueniat tam cum antiquis Imperij noſtri Germanici legibus ac conſtitutionibus, quam cum iure diuino, canonico, ciuili, & aliarum gentium politiorum.

CAPVT XIV.

Aurea Bulla nihil noui ſtatuit, nec ius vetus corrigit, ſed extendit, explanat, atque declarat.

1. QVum Aurea Bulla ſit cum accuratiſſima cauſæ cognitione, vnd vff Erſehung vnd Erwegung deß vralten Teutſchen Rechtens/ deß Reichs Verlaſſungen/ Ordnungen vnd Satzungen/ auch vff Erkündigung deß Herkommens/ꝛc. id eſt, reuiſis ac conſideratis antiquiſſimis Germanorum iuribus, Imperijque Receſſibus, Ordinationibus & Conſtitutionibus, atque explorata conſuetudine &c. ſtatuta & ſancita, Imperatorque Legislator dicat expreſſe, quod ex traditionibus antiquorum, *à tempore, cuius contrarij non habetur memoria, ita ſit iugiter obſeruatum*: & clarius adhuc idem Imperator, nec non Wenceslaus, & Sigismundus Impp. in ſuis Bullis declaratorijs, *Electores diuturna temporum præſcriptione inconcuſſe habuiſſe*, inde certum eſt, conſtatque, eoſdem Imperatores in Aurea Bulla ac Reſcriptis declaratorijs nihil noui conſtituiſſe, nec vetera Imperij noſtri iura correxiſſe, ſed eadem exactius, accuratius, clarius, expreſſius ac dilucidius explanaſſe & extendiſſe: Kurtzer Bericht von deß H. Römiſchen Reichs / der Churfürſtlichen Pfaltz zuſtehenden *Vicariat fol.* 8. *& ſeq.* Quod & ipſum verbum, *declaramus*, toties repetitum, ſatis euidenter inculcat; Molina IC. *de Hiſpan. primog. lib* 3. *c.* 6. *n.* 24. & Molina Ieſuita *de iuſt. & iur. tom.* 3. *part.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 627 *n.* 3. *verſ. item quoniam lex* 40. *Taur.*

2. Eſt ſiquidem Bulla Aurea non ad nouum quid in Imperio introducendum adinuenta, ſed ad tollendas difficultates & præſcindendas lites circa Electoratus obortas, ex his, quæ olim erant de Principatibus in genere ſtatuta, & in alijs etiam Regnis per Germanos inſtitutis obtinebant, conſuetudineq; in Imperio erant recepta, ad maiorem explanationem id totum expreſſit ac definiuit, quod in eadem conſuetudine cõtinebatur; Molina *d. verſ. & ſeq.* declaratq; legem & conſuetudinem Imperij antiquam; Petrus Olhagaræus IC. & Hiſtor. Regius in *hiſtor. Foxenſi, Bearnenſi, & Nauarra lib.* 4. *cap. vlt. n.* 18.

3. Quemadmodum enim leges Partitæ & Taurinæ in Hiſpania, quæ eundem ipſiſſimum tenorem, quo ad ſucceſſionem Regnorum & Principatuum quaſi verbatim comprehendunt, quem leges Bullarũ Impe-

Imperialium præſcribunt,non ſunt correctoriæ eorum, quæ erant de iure communi Imperiali,vel de iure Regio, aut quæ conſuetudine e-rant recepta,ſed declaratoriæ; Anton.Gomezius in *l.*40.*Taur.num.*28. Couarruuias *var.reſol.lib.*1.*c.*14.*n.*5 Gomez Arias in *l.*43.*Tauri.n.*3. Ma-tiencus in *recopilat.leg.Hiſp.lib.*8.*tit.*7.*lib.*5.*gl.*3.*num.*21. Burgos Salon de Paz in *procem.leg.Taur.num.*432.Iohan. Lupus in *l.*27.*Tauri*,Molina IC. *lib.*3.*de Hiſp.primig.c.*6.*n.*14.Cæuallos *Pract.quæſt.commun.contra comm.* *q.*762.*n.*117.ſane videtur,nec Auream Bullam eſſe correctoriam iuris veteris & antiquarum Imperij noſtri legum, aut receptæ antiquitus conſuetudinis,ſed potius confirmatoriam & declaratoriam: quicquid in contrarium teneat Fernand. Vaſquius *de ſucceſſ.creat.lib.*3. §. 27. *n.* 18. *in fin.*

4. Qua de cauſa leges Bullarum non ſolum ſe extendunt ad diri-menda ea primigenia, quæ poſt illas facta ſunt, ſed etiam ad dirimenda ea,quæ ante eas ſunt facta,& de illis iuxta eas eſt iudicandum, quando aliud legibus ipſis non fuerit expreſſum; Molina IC. *de Hiſp.primig. lib.* *3.c.6.n.24.& ſeqq.*Id namque eſt de natura legis declaratoriæ; *l.leges,C.* *de legibus,c.vlt.de conſuetud.*quod optime declarant, quo ad leges Parti-tas & Taurinas,& conſequenter quo ad noſtras Bullas,Ioan Lupus,qui vulgo ab Hiſpanis Doctoribus vocatur Palatios Ruuios,in *l.* 27. *Tauri,* *n.*17.Burgos Salon de Pace in *Procem.legum Taur.n.* 432. & iterum in *l.* 3. *part.*1.*num.* 37. idem Molina *d.cap.*6.*n.*24.& Molina Ieſuita *d.verſ.item* *quoniam,& ſeq.& diſp.*626.*n.*21.*verſ.quoad ſucceſſ.in fin.*

5. Interim tamen non inficior, quod quanquam leges Aureæ Bullæ regulariter, & maxima ex parte ſint declaratoriæ, ita tamen eſſe declaratorias, vt non præciſe declarent, quid iuxta antiquiora iura & conſuetudines abſolutiſſime ſit dicendum, ſed etiam pro poteſtate, quam idem Legislator habet,ſtatuant innouando, addendo, ac minu-endo; idem Molina Ieſuita *d.diſput.*627.*verſ.ad ſecundum,negandum eſt:* in ijs præſertim Principatibus,qui videbantur diuerſis inter ſe ac diſcre-pantibus vti iuribus ac conſuetudinibus,vt in poſterum eſſet vniforme ac ſimplex,ſublata nimirum,quo ad ſucceſſionem Principum,differen-tia iuris Francici & Longobardici & conſtituta ſucceſſione & ſubro-gatione perpetua,ſeruato in infinitum conſanguinitatis aut agnationis iure atque ordine.

X 2 CA-

Digitized by Google

CAPVT XV.

Aurea Bulla ad cæteros quoq; Principatus extendenda eſt.

1. AIT namque Imperator tit. 25. *ſi cæteros Principatus congruit in ſua integritate ſeruari, vt corroboretur iuſtitia, & ſubiecti fideles pace gaudeant & quiete* &c. Argumentatur à minori ad maius in hunc modum: Si *Principatus*, id eſt, Ducatus, Landgrauiatus, Marchionatus, Comitatus, & Baronatus, quæ ſunt feuda dignitatum & regalia, ex conſtitutionibus Imperij debent eſſe ita vniti, vt ſint indiuiſibiles ac inalienabiles, vnuſq; tantum in eis ſuccedat &c.

2. Ex quibus verbis manifeſtiſſime liquet, Electoratuum ſucceſſionem conformatam eſſe ad ius generale ſuccedendi in Principatibus Imperij iam antea vſitatum antiquitus, & per publicã Imperij ſanctionem confirmatum. Quærat fortaſſe aliquis, vbinam illa ſit ſanctio, & quando gentium conſtituta, quum eius Imperator in hoc loco nullam faciat mentionem? Reſpondemus, ab Imperatore noſtro diſertiſſime innui & tantum non digito demonſtrari *c. Imperiale. §. præterea Ducatus, de prohib feud. alien. per Frider.* quæ eſt conſtitutio Friderici I. Imperatoris cognomento Barbaroſſæ, lata Roncaliæ in Comitijs Imperij generalibus, cum conſenſu Principum Germaniæ, Galliæ, & Italiæ, anno Domini MCLVIII. atque ita ducentis & amplius annis ante publicationem Aureæ Bullæ.

3. Et eſſe eam conſtitutionem de ſucceſſione Ducatuum, Principatuum, & Comitatuũ ad normam & præſcriptũ Aureæ Bullæ accipiendã ac interpretandã, egregie docuerunt Cuiac. *lib. 5. Feud. ad d. conſtit. Frider.* Frideric. Bocerus *de ſucceſſ. Feud. c. 3. q. 47.* Daniel Mollerus *lib. 2. Semeſtr. cap.* 40. Knichen *de Saxon. non prouoc. priuileg. verb. Electorum, c. 2.* Ianus à Arcedura in *concluſ. feudal. c. 4. concl. 2. n. 1.* Gothofredus ad *d. §. præterea Ducatus lib. 2. feud.* Arniſæus *de Republ. lib. 2. c. 2. ſect. 7. n. 23. & ſeqq. nu. 66. ſect.* 8. *n.* 70 Beſoldus *diſput. nomicopol. lib. 1. diſſ. 6. fol. 63.* Anton. Colerus in *diſput. de iure Imp. Germ. ſect. 50.* Gerlac. Buxdorffius in *Diſput. ad Aur. Bull. th. 85. lit. b.* Angel. de Fœnis in *Diſcurſ. hiſt. & politicoiurid. de vera Iuliacenſ. & Cliuenſiũ ſucceſſ.* vbi expreſſe ad Aureã Bullam nos remittunt. Quibus adſtipulantur, qui illũ §. non modo de indiuiduo, ſed etiam de iure primogenituræ & maioratus interpretantur; Gallicius *conſ. 2. n. 153.*

Petr.

Petr. de Gregorio Meſſanenſis *de conceſſ.feud.part.4.quæſt.2.num.5 & ſeqq. & num.12.* ibique Garſias Maſtrillus in *Addition* & idem Meſſanenſis *par.4.q.13 n.11* Bartholom. Camerarius in *comment ad d. c. Imperialem*, §. *præterea Ducatus*, Hardvvic.à Daſſel in *l.4.§. Cato, n 61.D. de verb.obligat.* Baro Schenck à Tautenberg.*lib.2. Feud.tit. 31. fol. 535.* Vulteius *de feud. lib.1. cap.8. n.36.* Molina IC. *de iure primig.lib. 1. cap.3. num.6.* Marta Neapol.*de iurisdict.part. 4. cent.1. cap.23.n.3.*

4. Qua ratione & legem Partitam atq; Taurinam, Hiſpanorum prudentes ad cæteros quoque Principatus & Maioratus, id eſt, feuda regalia, emphyteuſes, anniuerſarias ſiue Capellas, ius patronatus, fideicommiſſa &c, quæ pro indiuiſo ab vno ad alium deriuantur in familia aliqua, ex illo §. Fridericiano extendunt; Gregor.Lopez. in *Partit.l.22.tit.1.part.2.gloſ.1.* Arias Pinellus *de bon. matern.lib.1.part. 2. nu. 17.* Mieres in *tract.de Maiorat.part.1.q.12 num.14.* Anton. Gomezius in *l.40.Tauri.n.12.* Marienсus in *Recopilat. leg.Hiſpan.l.11.tit.7.lib. 5. gloſ.7.nu.2.* Molina Iuriſconſultus *de Hiſpan.primig.lib.1. cap.1.n. 26.& ſeq. & cap.13.lib.3.c.3.n.19 & cap.6.n.41.* Velazquez de Auendanno in *l.40.Tauri, gl.2.n.69.* quem allegat Diegus Gomezius in *Addition. ad l.40.Tauri, n.12.* Couarruuias *Pract.quæſt. cap.28.n.13.* Molina Ieſuita *de iuſtit. & iure tom. 3.part.1. tract. 2. diſput.627.n.vlt.*

5. Sicut enim in Regno, cui Electoratus comparatur, ſuccedi ſolet, ita etiam in cæteris Principatibus & dignitatibus particularibus, eſſe ſuccedendum, vt ſcilicet primogenituræ & maioratus ratio habeatur, tradit Paulus Caſtrens.*conſ.164.vol.2.* quem laudat & ſequitur Couarr. *lib.3. var.reſolut.cap.5. n 5. verſ.quarto ad huius partis*, Petr. Peralta in *l.3.§. qui fideicommiſſum.n.122 & 138.verſ.ſecundo videndum, D.de hered.inſtit.* Anton. Padilla Meneſius in *rubr.Cod.de fideicommiſſ.* Decius *conſil.389.n.7.* Crauetta *conſil.256.* Cabedus *pract.obſeruat.part.2.deciſ. 51.num.9.*

6. Quod tamen licet non modo hodie, ſed etiam ante Auream Bullam, in pleriſque Imperij Principatibus, Comitatibus, & Baronatibus non obſeruetur, ſed diuiſio in tantum inualuerit, vt per eam conſtitutionibus Imperij quodammodo derogatum videatur, nihilo tamẽ magis inde concludi poteſt aduerſus veritatem legum antiquiorum, quam ipſius Aureæ Bullæ, quæ ſeſe in illis aperte fundat, vt initio hu-

Digitized by Google

ius capitis eſt videre, & eleganter obſeruauit Bodinus *lib. 6. de Republ. cap. 5.* Arniſæus *lib. 2. de Republ. cap. 2. ſect. 7. n. 58.*

7. Verum enimuero vt rem auctorem demus, age ad ipſas tandem Leges maiorum noſtrorum accedamus.

CAPVT XVI.

Legum veterum Germanicarum generalis conſenſio in iure ſuccedendi.

1. NOn minus eleganter, quam vere Periander Corinthiorum Rex ſapientiſſimus: τοῖς μὲν νόμοις παλαιοῖς χρῶ, τοῖς δ' ὄψοις προσφάτοις: *Legibus*, inquit, *antiquis vtere, obſonijs recentibus*. Cui non abſimile eſt illud Phauorini Philoſophi apud A. Gellium lib. 1. cap. 10. *Viue moribus præteritis, loquere verbis præſentibus.* Et verſus ille Quinti Ennij:

Moribus antiquis res ſtat Romana Viriſq;.

2. Tanta autem fuit veterum Germanorum in iure ſucceſſionis non modo communio, ſed quædam quaſi conſpiratio, vt Stephanus Paſchaſius, Conſiliarius Regius, ſcribere non dubitarit, omnes Germanorum leges in ſucceſſionibus eiusdem ferme tenoris fuiſſe. Namque lib. 2. des Recherches de la France cap. 16. in hunc modum commentatur: *Si nous voulons rechercher les Hiſtoires plus haut, nous trouuerons que non ſeulement les Francois, mais auſſi la plus part des peuples, qui ſortirent du profond de la Germanie, eurent, ceſte loy affectee, & en recommendation ſur toutes autres* &c. Deinde recenſitis Francorum in Gallia, Vandalorum in Africa, Gothorum in Italia, & Anglorum in Britannia legibus ſucceſſorijs, ſubijcit; *De facon que nous pouuons presque dire, que ce fut vne Loy, qui couroit generalement entre les Germains, lors qu'ils ſe desborderent encontre l'Empire de Rome* &c.

3. Cui aſtipulatur Andreas Fauynus Iuriſconſultus Pariſienſis, & in Regia Curia Aduocatus lib. 7. Hiſtor. Nauarræ, an. MCCCXXVII.

fol.

fol. 392. vbi agit de ſucceſſione fæminarum, deficientibus maſculis: *Qu'en France, Angleterre, Allemagne, Italie, Eſpagne* &c. Et ſtatim poſt: *Que les Francois, Anglois, & Lombards, eſtant ſortis a' vn meſme ventre, a ſçauoir de l' Alemagne, mere commune de ces puiſſantes nations, qu' elle auoit nourrics & allaictees d' vne meſme mammelle, auoient eſte de tout temps gouuernees par vne meſme police, & meſmes loix, la conformite diſquelles ſeroit notoirement cognoiſtre*, &c. Cum eius opinione conuenit quoque Petrus Olhaſaræus Iuriſconſultus & Hiſtoricus Reg us in *Hiſtor. Foxenſi lib.* 4. & Ludouicus Guyon Dolanus *lib.* 5. *diuerſar. lection. cap.* 2.

4. Et ante hos omnes Iacob. Aluarotus Iuriſconſultus Italus in §. *mulier, tit. ſi de feud. controuerſ. fuer. in Uſib. feudor* Leges Gothicam, Salicam, Alemanicam, Francicam, Vandalicam, & plures alias coniungit.

5. Quibus omnibus ac ſingulis in Imperio Romano auctoritatem fuiſſe datam ab Lothario Primo Imperatore, vt vnicuique è ſubditis populis liberum eſſet lege, qua vellet cumque, viuere, affirmat Wolphgang. Hungerus Iuriſconſultus Bauarus in *Lingua German. vindication. verb. Salique*, longe ſcilicet melius informatus ſaniusque ſapiens, quam ille Iuriſconſultus Bauarus, qui auctor eſt der Donawörtiſchen *Relation*, & qui etiam reſcripſit tractatum ſub titulo; Nothwendige Erinnerung / was bey dem gantz gefährlichen auff vnnd ehrnrühriger ſcripto vnder dem titul / Beſtendige *Informatio facti & iuris* &c. in quibus duobus tractatibus, Sacratiſſimo Imperatori noſtro Germanico, eiusque conſtitutionibus & ordinationibus, Ordinumque placitis, omnem auctoritatem, quantum in ſe fuit, detractum iuit.

6. Cui opponimus B. Saluianum Maſſilienſem Epiſcopum, hominem Romanum, qui vixit circa illa tempora, quum primum ſeſe Germani in orbem terrarum effundere coeperunt. Iuriſconſultus enim in libris *de Gubernation. Dei* 4. 5. & 6. comparans mores, inſtituta ac leges Germanorum, quos nominatim exprimit, puta Saxonum, Francorum, Gepidarum, Hunnorum, Alamannorum, Gothorum, Alanorum, &c. cum moribus ac legib. Rom. noſtrarum legum probitatem in ſocietate ciuili ſemper Rom. ſuis corruptelis præfert.

Digitized by Google

fert. Tandem *lib*.7. concludit in hanc ſummam: *Leges autem illorum* (maxime Vandalorum, Alanorum, Sueuorum & Gothorum, de quibus ibi ſermo) *nequaquam illis ſunt legibus conſentanea, qua ita partem improbitatis remouent, vt partem obſcoenitatis admittant, vt Romana illa Decreta*, &c.

7. Has ergo conſentientes ſuccedendi leges priſci illi Germani communi quodam quaſi conſenſu in gentes ab ſe deuictas intulerunt. Vt ipſa veritate verius ſit, quod Illuſtriſſimus Princeps Franciſcus Carolus Dux Saxoniæ Inferioris, &c. in *Orat. de prarogatiua Germania*, habita ſub auſpicio Illuſtriſſ. Principis, Friderici Achillis Ducis Würtembergenſis, ſcribit fol. 91. *Gens noſtra tot gentium, Cimbrorum, Sueuorum, Gothorum, Longobardorum, Francorum, Alanorum, Burgundionum, Normannorum, Herulorum, Gepidarum, Anglorum, Vandalorum, Danorum, Hunnorũ, & aliorum multorum, in orbem terrarum diſtributione, orbis Imperio eſt dignior* &c.

8. Sed forſitan exactis illis Regibus poſtea omnes hæ leges exoleuerunt. Ita quidem ſentit Dn. Engelbrecht. in *Diſſertat. n.* 64. noſtra quidem ſententia parum caute. Nam & Reges ſuos etiamnum habẽt Gothi in Hiſpania, Franci in Gallia, Angli in Britannia; Gothi, Dani, Hunni &c. antiquis in Regnis. Cæteræ vero gentes, Cimbri in Holſatia, Longobardi in Liguria, Burgundiones & Normanni in Gallia, Sueui in Rhætia, Heruli, Vandali, &c. priſcis in ſedibus, ſuos agnoſcunt Principes Regia poteſtate imperitantes.

9. Deinde, non vſquequaque verum eſt, exactis Regibus cunctas protinus leges exoleſcere. Manet enim earum ratio etiam exſtinctis Regnis; Boerius *præfat. in Leg. Longobard.* id eſt, ratio ipſarum legum ab præfatis Regibus Germanis conditarum allegari poteſt; Baldus in *c. tranſlato ſacerdotio, de conſtit.* quũ etiam ex legibus abrogatis & correctis maneat ratio; Bartolus ad *l.* 1. *D. de coniung. cum emancip. lib.* Salicetus ad *l.* 1. *C. de Lat. libert. toll.* Et regula illa, *exſtincto Regno exſtinguitur quoque lex Regni*, intelligenda eſt de forma & adminiſtratione Reipublicæ, non de præceptis communibus viuendi, contrahendi & ſuccedendi, ſine quibus nulla Reſpublica ſtare diu potuit, ne ipſa quidem Romana, quæ, Pomponio teſte in *l.* 2. §. 3. *D. de orig. iur.* viginti poſt exactos

Reges

Reges annis, Romuli, Tati, Numæ, &c. leges quaſi poſtliminio reuocauit, & in *XII. Tabulas* retulit, vt ab aliis eſt annotatum.

10. Denique nulla legitur apud Germanos noſtros Lex Tribunitia, de qua loquitur Pomponius truncate à Dn. Engelbrecht. adductus, nulla Comitialis, quin ne Imperialis quidem vnquam exſtitiſſe, qua omnes leges hæ exoleſcere iuſſæ fuerint. Quam inſtantiam ſerio ſemper vrſerunt Germani Gallique noſtri Doctores, Nicol. Boërius in *præfat. Leg. Longobard. ad Ludouicum XII. Regem Franciæ*, Nicol. Iaskier in *præfat. Leg. Saxon. ad Sigiſmundum Regem Poloniæ*, Vit. Amerpachius in *præfat. Capitular. Caroli Magni ad Carolum V. Imp. & Ferdinandum Regem Roman.* Gerhard. Lorichius Hadamarus in *præfat. Reformationis Ludouici Pij Imp. ad Vicarium Treuirenſem*, Baſilius Ioannes Herold in *præfat. Legg. Germanic. ad Archiepiſcopum Treuirenſem*, Pet. Pithoeus in *præfat. Capitular. Franc. ad Henricum III. Regem Franciæ & Poloniæ*, Meichſnerus in *præfat.* vber das Kayſerlich vnnd Königlich Land vnd Lehen Recht. *ad Adamum ab Hoheneck Conſiliarium Palatinum*, deniq; (vt alios ponamus ad compendium) Frider. Lindenbrogius in *præfat. Legg. Germanic. ad Imp. Matthiam Auguſt.* nunc feliciter imperantem. Quod igitur mutatum non eſt, cur ſtare prohibebitur? quum præſertim Carolus Magnus Imperator omnes illas Leges confirmarit & authentiſarit, ſanctione publica & generali perpetuùm valitura, in Comitijs Imperij Aquisgranenſibus, quorum decretum exſtat in Goldaſti Collect. conſtitutt. Imperial. tom. 1.

Capvt XVII.

Leges ſucceſſoriæ veterum Germanorum generales.

1. Tviſto fertur, nationis noſtræ auctor conditorque primus Germanis & Sarmatis leges præſcripſiſſe. Quod vt eſt incompertum, ita in medio relinquimus, ne videamur velle fabulis in re ſeria & grauiſſima ludere.

2. Nec certiora ſunt inſtituta Antenoris cum Cambra Regina, & Clogionis Regum Francorum ſuper ſucceſſione Principatuum, quæ Trithemius Abbas ex neſcimus quo Waſthaldo & Hunibaldo confinxit in *compend. Annal. Franc, lib. 1.* quanquam laudata & compro-

Digitized by Google

bata Viris prudentiſſimis, Rhenato Choppino, Matagoni à Matagonibus, Matthæo Zampino, Fr. Hotomanno, Claudio Prato, Carolo Fauigino, alijſue maiorum gentium Iureconſultis, vt de turba noſtrorum Hiſtoricorum nihil dicam.

Primus omnium C. Cornelius Tacitus, Eques Romanus, nobis verum, & non confictum ius prodidit, quo priſci illi maiores noſtri in ſucceſſione hereditatum fuerint vſi in elegantiſſimo ſuo libello *de moribus Germanorum.* Cuius verba habent in hunc modum:

Reges ex nobilitate, Duces ex virtute ſumunt.

Heredes tamen ſucceſſoresque ſui cuique liberi: & nullum teſtamentum. Si liberi non ſunt, proximus gradus in poſſeſſione fratris, patrui, auunculi.

Inter familiam, & penates, & iura ſucceſſionum, equi traduntur. Excipit filius, non vt cætera natu maximus, ſed prout ferox bello & melior.

Ait, *EX NOBILITATE*, id eſt genere ſeu familia nobili, quæ etiam tum certa & ſingularia fuit, vt Amalungia Oſtrogothorum, Balthingia Wiſigothorum, Zomeia Hunnorum, Harlingia Briſiacorum vel Eliſatorum ad Rhenum, Merouingia Francorum, Heldrungia Longobardorum, Agilolfingia Boiorum, Zecchia Bohemorum, Piaſtia Polonorum, Iagellonia Lituanorum &c. de quibus Alexander ab Alexandro *Genial. dier. lib. 4. cap. 23.* Beſoldus *Diſput. nomicopol. de Reg. ſucceſſ. lib. 2. diſſert. 1. n. 10. & ſeqq.* & nos infra *lib. 3.* proſequemur. Facit autem duos heredum gradus, primum ex linea deſcendente, vt liberos; deinde, cum orbitas fuerat, ex tranſuerſali linea, veluti fratres, patruos, & auunculos; Iodocus Willichius *comment. in Taciti German. part. 1. c. 27.* Et notandum eſt, quod proximitatem aſſignat in vltimum poſſeſſorem, & in ipſa proximitate maioris ætatis primam & præcipuam conſtituat rationem, quippe cui & familia, & Penates ceſſerint.

3. Proxima eſt Lex Salica, prima omnium legum Germanicarum, quæ quidem ſcripta exſtet; quam Varamundo Franco Regi vulgus Hiſtoricorum adſcribit, publicata circiter annum Domini CCCCXX, non in Gallia, vt Neoburgici Conſiliarij in ſuis *aduerſus Heidelbergenſes ſcriptis* opinantur, ſed in Germania, vt vel ipſi Gallici ſcriptores fateri coguntur, & aperte conſtat ex *proœm. Leg. Salic.* hoc eſt, in noſtra Franconia Germaniæ meditullio: vnde & Ius Franconicum appella-

pellatur in Aurea Bulla c. 5 §. 1. vbi eius prouiſio ſpectare dicitur ad Comitem Palatinum. In eius Legis *tit.* 62. varij ſubordinantur gradus ſucceſſionum. I. Deſcendentium, ſcilicet liberorum. II. Aſcendentium, ſcilicet Parentum. III. Collateralium, vt puta; 1. Fratrum; 2. Sororum conſanguinearum; 3. Sororum vterinarum; 4. Illis omnibus non extantibus, vt habent verba textus:

Quicunque de illis generationibus proximior fuerit, ipſi in hereditate ſuccedant, qui ex paterno genere veniunt.

id eſt, *les parents plus proches de l' eſtoc & ligne paternelle*, vt interpretatur Andr. Fauynus in *Hiſtor. Nauarra lib. 7. fol.* 403. Dicit, *ex paterno genere*, quod in noſtris Bullis Imperatores, *iuxta lineam paternalem*. Hæc ergo Lex ſancit, vt ad proximum quemque agnatum maſculum Sceptrum tranſeat; Stephan. Forcatulus *de Gallor. imperio & Philoſoph. lib. 5. fol.* 703. hoc eſt, proximiores tantum admittit, & nepotes omnes repellit; Hieronym. Bignonius in *Notis ad Marculphi Formul. lib. 2. cap. 10. fol. 557.*

4. Huic ſucceſſit Edictum Theoderici Gothi Regis Auguſti eius, quem vulgus noſtrate Dietrich von Bern indigetat, in cuius *tit.* 23. ſancitur in hunc modum:

Si quis inteſtatus mortuus fuerit, is ad eius ſucceſſionem veniat, qui inter agnatos atque cognatos gradu vel titulo proximus inuenitur, ſaluo iure filiorum ac nepotum.

Propoſitum hoc edictum perhibetur anno Domini DII. atque ita totis quadraginta duobus annis ante publicationem Iuſtinianeæ Nouellæ *de heredit. ab inteſt. venient.* in qua ius repræſentationis putatur primitus introduxiſſe, cum id iam in orbe tam Romano, quam barbaro, id eſt, Germanico, Theodericus noſter edixiſſet, vt filij fratribus, nepotes patruis, in limite directo, aut præferrentur, aut conferrentur.

5. Theodericum Gothum ſecutus eſt Childebertus Francus Rex Auguſtus, qui in Comitiis Attiniaci celebratis anno Dom. DXXXIX. decretum promulgauit, quod ſic habet:

Conuenit, vt nepotes ex filio vel ex filia ad auiaticas res cum auunculis vel amitis ſic venirent in hereditatem, tanquam ſi pater aut

Digitized by Google

mater viui fuiſſent. De illis tamen nepotibus iſtud placuit obſeruari; qui de filio vel filia naſcuntur, non qui de Fratre.

Quibus verbis nihil clarius dici potuit: quod ſcilicet repræſentatio ſolum habere locum intelligatur, quum auo ſuccedendum eſt, non quũ agnato, quia tunc nepotes à patruo, vt proximiore, excluduntur; Fauynus in *Hiſtor. Nauarræ lib. 7. fol. 393.* Bignonius in *Notis ad Marculph. Formul. d. lib. 2. cap. 10. fol. 557.*

6. Flauius Liutprandus Longobardus Rex Auguſtus, anno Domini DCCXX. in Edicto ſuo ſanciuit tit. 12.

Si frater ſuum fratrem occiderit, (quanquam anterius Edictum contineat, vt proximi parentes homicidæ ſuccedant, nos autem proximos FRATRES appellamus) ſi frater relictus fuerit, in res homicidæ fratris ſuccedat: ita vt ſecundum qualitatem perſonæ de ipſa ſubſtantia homicidæ, ſi ille, qui occiſus eſt, filios reliquerit, compoſitionem illis dare debeat; reliquum autem, quod ſuperfuerit, ſibi habeat. Et ſi pecunia ipſius homicidæ intantum fuerit ſub æſtimatione, quantum compoſitio eſt, aut forte minus, habeant eam filij ipſius, qui occiſus eſt. Quod ſi non reliquerit fratres vnum aut plures is, qui occiſus eſt, quantumcunque fuerit ſubſtantia homicidæ, filius ipſius, qui occiſus eſt, in ea ſuccedere debet. Quod ſi non habuerit filios legitimos, proximi ſuccedant parentes per gradum.

Habetur hæc conſtitutio etiam in Lege Longobardorum *lib. 1. tit. 10. l. 2.* Proximi ergo inter agnatos ex hac deciſione primo loco veniunt fratres, id eſt, patrui: altero dein nepotes; quod etiam Boerius annotauit ad *d. tit. 10.* Vt appareat, nullam omnino iniuriam fieri Longobardis, quemadmodum Engelbrecht. in ſua *Diſſertat. n. 89.* oggerit, nec leges eorum contrarium diſponere ab eo, quod ex Luca de Penna in *Diſcurſu exoteric.* adducitur.

7. Lex eſt Henrici Primi Saxonis, Imperatoris Auguſti cognomento Aucupis, quam tuliſſe ferunt anno Dom. DCCCCXXXI.

In reb. expeditorijs ſucceſſio filio primogenito, & agnato Seniori præcipua eſto.

Nepos tamen patruo præfertor in ſucceſſione aui.

Prior lex refertur à Theoderico à Niẽ Epiſcopo Cameracenſi in *tract. de priuil. Imperij, t. de Henrico Rege,* Cyriaco Spangenbergio in *Chronic. Saxon.*

Digitized by Google

*Saxon.cap.*121*.in fin. & c.*125. Albino in *Chronic. Miſniæ p.*1*.tit.*11*.fol.*16 Georg. Fabricio *Origin. Saxon. lib.*2*.f.*113. Petr. Heigio *q.iur.p.*1*.q.*8*.n.*29. Poſterioris mentionem tangit Lipſius in *Monit.polit. c.*5. cuius primus auctor Ludouicus III. Rex, qui cum inter patruum & nepotem cōtrouerteretur, cauſam pro more illius ſeculi duello adiudicauit, & nepotis pars obtinuit, vt ſcribit Fauynus in *Hiſtor. Nauarræ lib.* 3*. fol.* 161. quod idem ſub Henrico noſtro factum, & tertia vice ſub Ottone eius filio, conſtantiſſima omnium Scriptorum prodit memoria.

8. Ex Ottonis Primi, cognomento Magni, Imperatoris Auguſti, conſtitutionibus legitur in Speculo Saxonum lib.3. art.26.§.3.

Hanc ſedem (ſcilicet Scabinalem) *pater primogenito; eo vero non exiſtente, Seniori & ſibi in generatione ſimili agnato relinquet.*

9. Cui verbatim reſpondet lex Ottonis II. cognomento Ruffi, relata in Wichbildo Magdeburgenſi artic.33. §.4.

Sedem vero illam pater primogenito; eo vero non extante, Seniori & ſibi in generatione ſimili agnato hæreditat.

10. In conſtitutione Conradi II. cognomento Salici, Imperatoris Auguſti, *de beneficijs & terris tributariis*, publicata Romæ anno Domini MXXV. ſancitur in hæc verba:

Præcipimus autem, vt cum aliquis eiusmodi miles, ſiue de maioribus, ſiue de minoribus, de hoc ſeculo migrauerit, filios eius beneficium tenere. Si vero filios non habuerit, & auiaticum ex maſculo filio reliquerit, pari modo beneficium habeat, ſeruato vſu maiorum Valuaſorum in dandis equis & armis ſuis Senioribus. Si vero forte auiaticum ex filio non reliquerit, ſed fratrem legitimum ex parte patris, &, ſi Seniorem offenſum habuerit, ſibi vult ſatisfacere, & miles eius eſſe, beneficium, quod patris ſui fuit, habeat.

Ad quam conſtitutionem reſpexit Compilator Conſuetudinum feudalium *lib.*1*.tit.*1.§.2. vbi eam in hunc modum interpretatur: *Cum vero Conradus Romam proficiſceretur, petitum eſt à Fidelibus, qui in eius erant ſeruitio, vt lege ab eo promulgata, hoc etiam ad nepotes ex filio producere dignaretur, & vt frater fratri ſine legitimo herede defuncto, vel filius in beneficio, quod eorum patris fuit, ſuccedat. Sin autem vnus ex fratribus à Domino feudum accepit, eo defuncto ſine legitimo herede, frater eius in feudum nō ſuccedit. Quod etſi communiter acceperint, vnus alteri non ſuccedit, niſi hoc nominatim dictū*

 ſit,

ſit, vt vno defuncto ſine legitimo herede, alter ſuccedat. Herede vero relicto alter frater remouebitur. Quo loco primum filius vocatur ad ſucceſſionem feudi; dein nepos; tertio frater; & quarto, nullo fratre ſuperante, filius fratris, id eſt, nepos ex fratre. Manifeſta deciſio pro patruo in ſucceſſione transuerſali.

11. In conſtitutione Lotharij II. Imperatoris, quem alij III. nominant, propoſita Romæ anno Domini MCXXXVII. ſancitum eſt:

Si quis miles mortuus fuerit ſine filio maſculo, & nepotem reliquerit, in beneficium aui in patris vicem ſuccedat. Et ſi hic deeſt, & fratrem reliquerit, in beneficium patris ipſe ſuccedat. Et ſi filius fratris mortuus fuerit, frater patris in beneficium ſui defuncti ſuccedat.

Hæc lex corrupta eſt in *feud. lib. 1. tit. 19.* reſtituta à Cuiacio *lib. 1.* **Feud. tit. 18.** ſenſu optimo & aperto, vt ſcilicet nepos patruo præferatur in ſucceſſione aui, vt *tit. 8. de ſucceſſ. feud* ſi nepos non fuerit, frater patris, id eſt patruus, ſuccedat. Quod ſi is ſucceſſor patruus filium habuerit, & ille mortuus fuerit ſine liberis, in eius defuncti poſſeſſionem alter patruus immittatur. Quod totidem pene verbis in *Aurea Bulla* conſtitutum eſt.

12. In decreto Friderici Primi Imperatoris Auguſti, cognominati ab Italis Barbaroſſæ, quod ſuper controuerſia Ducatus Bauariæ & Marchionatus Auſtriæ tulit in Comitijs Ratisbonenſibus, anno Domini MCLVI. ſtatuitur de ſucceſsione:

Inter Duces Auſtriæ, qui ſenior fuerit, dominium habeat dictæ terræ. Ad cuius etiam ſeniorem filium iure hereditario deducatur: ita tamen, quod ab eiuſdem ſanguinis ſtipite non recedat, nec Ducatus Auſtriæ vllo vnquam tempore diuiſionis alicuius recipiat ſectionem. Et ſi, quod DEVS auertat, Dux Auſtriæ ſine herede filio deceſſerit, idem Ducatus ad ſeniorem filiam, quam reliquerit, deuoluatur.

Quod decretum poſtea ab Imperatore Friderico II. Auguſto confirmatum fuit in Comitijs Veronenſibus in Italia, anno MCCXLV. & ab Imperat. Carolo V. Aug. in Comitijs Wormatienſibus, anno MDXXII. Id nobis conſeruarunt Andr. Presbyter Ratisbonenſis in *Hiſtor. Bauar.* Iohan. Cuſpinianus in *deſcript. Auſtriæ*, Sebaſtian. Munſterus *lib. 3. Coſmograph. cap. 399.* Auctor tractatus, cuius inſcriptio: Kurtzer vnd gegründter Bericht vber die Frag/ob die Röm. Keyſ. Mayeſtet/in Sachen Fürſtenthumb/ Hertzogthumb/ Graffſchafften ꝛc. belan-

Digitized by Google

belangend/allein vnd durch dero Hoffräth/ob mit Zuziehung der Chur vnd Fürſten deß Reichs/als Parium Curiæ, zuſprechen/*fol.* 34. Auctor voluminis, cui titulus: Priuilegien oder Freyheiten/welche Römiſche Kayſer vnd Könige den vntern Obrigkeiten deß Reichs ꝛc. mitgetheilt haben/*fol.* 28. Paulus Wehnerus *tom. 6. ſymphoremat.* Goldaſtus in Reichsſatzungen *tom.* 1. *fol.* 302. Arniſæus *de Republ. lib.* 2. *cap.* 2. *ſect.* 7. *num.* 44. Verba Caroli V. Imp. in confirmatione Germanica ſic habent: Der älteſt vnter den Hertzogen ſol die Herrſchafft deß Landes haben/vnnd nach ihm ſein älteſter Sun/erblich. Doch alſo/daß es von dem Stammen deß Bluts nicht käm/vnd daß diß Hertzogthumb nimmermehr getheilt ſol werden. Wo aber bemelte Fürſten vnerbſam abgiengen/ſo ſol das Hertzogthumb vnd die Land an ſeine älteſte verlaſſene Tochter fallen.

13. Ex hac conſtitutione Ottocarus Rex Bohemiæ, coniugis ſuæ Margarethæ nomine, Ducatum Auſtriæ petiuit, quod ea eſſet fratri ſuo Friderico, vltimo Auſtriæ Duci, proximior, quam nepotes Theodericus & Albertus ex ſorore Cōſtantia natu maiore & Marchione Miſniæ geniti; Ioan. Cuſpinianus in *Hiſtor. Cæſarum in Rudolpho Habſpurgio*, Wolfg. Lazius *lib* 3. *Viennæ*, & in *Genealog. Auſtriæ*, idem Cuſpinianus in *Auſtria*, Hugvvaldus Mutius *Hiſt. German.* lib. 21. Æn. Syluius in *Bohemia c.* 27 Dubrauius *lib.* 16 *Hiſt. Bohem.* Ant. Bonfinius *lib.* 8. *decad.* 2. Otho Abbas Aulæ Regiæ *lib.* 1. *Chronic. cap.* 4. Haſelbachius *Hiſtor. lib.* 3. Hoc eſt, quod Baro Roſenbergius tum Auſtriacorum Magnatum primarius cum Barone de Haslavv diſputans inquit;

Proximior hæres ſed fuit matertera,

apud Georg. Calaminum in *Rudolphottocaro tragœd. act.* 1. *ſc.* 1. Verum quia Ottocarus Rex Margaretham Auſtriacam iam repudiauerat, ſuperinducta altera coniuge, merito petitione illius ſucceſsionis cecidit, Auſtriæ Ducatu per Rudolphum Imperatorem in Alberti filij coniugem Eliſabetham Tyrolenſem collato, vt ſcribit Elias Reuſnerus in *Baſilic. genealog. fol.* 203.

14. Et quanquam illa conſtitutio ita eſſet perſpicua, vt nihil magis, exſtiterunt tamen iterum homines quidam contentioſi, qui in diſceptationem vocare auderent, cum defuncto Alberto II. Imperatore Auguſto, Rege Hungariæ ac Bohemiæ, & Archiduce Auſtriæ, Leopoldus

dus poſthumus ab Auſtriacis inDominũ reciperetur. Qua de re adſcribam verba, quia ſunt ad ꝓpoſitũ, Gerardi de Roo ex eius lib. 6. Hiſtor. Auſtriac. vbi: *Erant*, inquit, *eo tempore inquieti aliquot homines & domeſticarum diſcordiarum incentores, qui ambiguis in vulgum rumoribus ſparſerunt, Fridericum* (Imperatorem eo nomine III.) *id operam dare, vti Ladiſlaum Auſtriæ ditione omni exuat, egiſſe eo nomine Romæ cum Pontifice, atq; Diploma, quod Monitorium vocant, ſuper ea re ab ipſo impetraſſe. Habere præterea literas à Treuiro & Saxone Electoribus ſignatas, quibus ſupremus Auſtriæ Princeps ac Moderator vnicus ille declaratus ſit, qui in ea ſtirpe cæteros ætate anteiret. Quod ne malitioſe fingi abs quoquam videatur, vel ex Edictis aliisque ipſius literis doceri, in quibus vbiq; ſuam prouinciam, Viennam aliasq; Ciuitates* (quæ nempe ad Ladislaum ſpectabant) *ſuas identidem vocaret. Indignam rem eſſe, nec ab Auſtriacis, qui Alberto eiusq; heredi Ladiſlao, ſacramentum dixiſſent, vllo modo ferendam. Ad Pontificem quod attinet, iniquum eſſe atq; exempli inauditi; neq; ſtatui ab eo quicquam potuiſſe, non audita & altera parte cuius plurimum ea re intereſſet.* Et poſtea eodem lib. 6. fol. 232 *Ladiſlao vita functo* (quod contigit anno MCCCCLIX.) *tres omnino heredes ſupererant, pari ipſum agnationis iure contingentes; Fridericus Imperator, Albertus VI. eius frater, ac Sigiſmundus Tirolenſium Princeps, vtriusq; patruelis; quibus omnibus idem, qui Alberto Ladiſlai patri, proauus fuerat, Albertus Sapiens, quem & Contractum vocant. Inter hos de diuidenda hereditate magna extitit controuerſia. Fridericus enim natu maximus, Auſtriam ad ſe trahere nitebatur. Albertus vero ſuorum conſiliis inſtructus, ſatis illi prouinciarum eſſe dictitabat, primigeniorum iura in paternæ hereditatis diuiſione pro eo nimium valuiſſe, ſui in aliis & Sigismundi rationem eſſe habendam* &c. Qua de cõtrouerſia ad Ordines prouinciales delata, ſubijcit fol. 236. *Conuentu Procerum coacto Vdalricus Epiſcopus Gurcenſis, pro Friderico Cæſare verba faciens, non ætate tantum, ſed prole cæteris ſuperiorem eſſe illum, qui ex veteri ſuæ gentis inſtituto, rei ſummæ præeſſe deberet, contendebat. Qua in re ne ius ſuum eripi ſibi paterentur, orabat. Albertus ex iure gentium, in hereditate, quæ æqua omnibus obueniſſet, ſui quoq; ac patruelis Sigismundi rationem haberi debere affirmabat.* Wolffgangus vero Lazius lib. 2. Genealog Auſtriac. fol. 269. *Cæſaris nomine*, ſcribit, *Vlricus Gurcenſis in hunc modum affatur Ordines Auſtriæ: Quoniam* (Ladislaus) *fatorum iniquitate ante diem è viuis exceſſiſſet, & ipſe vt maior natu ex ſuperſtitibus*

Auſtriæ

Digitized by Google

Auſtriæ Principibus, & qui prolis fœcunditate reliquos ſuperaret, rogare Ordines quo peruetuſtis ſe quoq; prærogatiuis frui ſinant. Cautum enim in hiſce iam inde ab initio eſſe, vt ad gubernacula ſederet non ſolum qui ætate reliquos, verũ etiam qui prole excelleret. Quod quoniam vtrumq; propitio Numine conſecutus eſſet, vt fructus etiam aliquis ad ſe rediret, æquum videri. Cum is dicendi finem feciſſet, Albertus Archidux tam ſuo, quam Sigismundi nomine, in hanc fere ſententiam reſpondit: ſe quidem & fratruelem, Cæſaris priuilegijs nihil detrahere; attamen cum in vacuas prouincias, abſq; conſenſu illorum ſe immiſiſſet, quas nõ à parente, ſed aliunde ex ſanguinis vinculo comparaſſet, par omnino eſſe, idq; ius gentium dictare, vt æqualem cum ipſo hereditatem adirent, quã non minori, quam ipſe, vinculo contingerent: ceſſareq; iſthic & ætatis prærogatiuam, & prolis fœcunditatem, vbi non à parentibus, ſed propinquis, extincto aliquo ſtemmate, hæreditates defluerent &c. Ex quibus verbis abunde eluceſcit, quomodo Fridericus III. Imp. fuerit interpretatus proximitatem & ætatem in Bulla Cæſarea, ſiquidem illius prærogatiuam ſibi præ Sigiſmundo, licet primigeniti filio, deberi tam publicis edictis, quam priuatis actionibus propoſuerit; Peucerus *lib. 4. Chronic.* Sed ad inſtitutum, vnde digreſſi ſumus, redeamus.

15. In conſtitutione eiuſdem Friderici Primi Imperatoris *de feudis non alienandis*, edita Roncaliæ in Comitijs Imperij, anno Domini, MCLVIII.

> *Præterea Ducatus, Marchia, Comitatus, de cætero non diuidatur; aliud autem feudum, ſi conſortes voluerint, diuidatur, ita vt omnes, qui partem feudi habent iam diuiſi, vel diuidendi, fidelitatem faciant: ita tamen, vt Vaſallus pro vno feudo plures Dominos habere non compellatur: nec Dominus feudum ſine voluntate Vaſalli ad alium transferat.*

Extat hæc conſtitutio *lib. 2 feud. tit. 55. de prohib. feud. alien.* apud Raderic. *lib. 2. de geſtis Frider. Imp. c. 7.* & Gunther. in *Ligurin.* Quam ob oculos habuit Leuoldus de Northoff, Canonicus Leodienſis, & Abbas Viſetenſis, in Chronic. Comitum de Marka ad Engelbertum Comitem ita ſcribens: *Ad pacificam terræ gubernationem & defenſionem inter cætera expediens eſſe puto, vt ipſius Comitatus de Marka vnitas indiuiſibiliter conſeruetur, videlicet, vt caſtra, iurediſtiones, & diſtrictus per vnum tantummodo, & non per plures Comites gubernentur. Sic enim Pax in terra poterit conſeruari: ſic contra vicinos Dominos, & alios extraneos inuaſores tanto fortius defenſari:*

Digitized by Google

quod fieri non poſſet, ſi in ſe ipſa eſſet diuiſa. Nam ſi diuidatur, tunc vna pars ſubditorum vni Domino, altera pars alteri Domino adhærebit, & tanto terra ad ſe defendendum erit debilior contra aduerſarios extraneos, quando ſic eſſet diuiſa, quæ huc vſq; vnita fortiter & viriliter ſe defendit. Sic ſcriptum eſt enim in Euangelio: Omne Regnum in ſe diuiſum, deſolabitur. Quod ſatis patet in nonnullis dominijs Ducatuum, Comitatuum, & aliorum Dominiorum, quæ olim magni fuerunt nominis & potentiæ, quæ nunc per partitiones diuerſos in heredes factas, ad ſtatum modicum ſunt redacta: maxime cum Imperiali autoritate ſit ſancitum, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus diuidi non debere: & cætera, quæ ſequuntur, digniſſima ſunt, quæ perpetuæ Principum memoriæ infigantur.

16. Henricus VI. Imperator Auguſtus, Friderici ſuperioris filius, in Comitijs Francofurtenſibus anno MCXCVII. decretum publicauit ſuper ſucceſſione Imperij, cuius ſummarium eſt huiusmodi:

> *Videns Imperator Regnum Alemanniæ & Imperium Romanorum, propter frequentes mutationes Imperatorum, multa mala perpeſſum, priusquam vota Principum in perſona Imperatoris poſſent conuenire, ordinauit, vt amplius electio non fieret, ſed per ſolam ſanguinis ſucceſſionem imperium conferretur, ita vt qui propinquior Imperatori eſſet, hereditarie fieret Imperator.*

Quod decretum à Pontifice Romano, & quinquaginta duobus Imperij Principibus ſubſcriptum ac ſigillatum fuiſſe, Iohannes Monachus in *Chronic.* & ex eo Auctor *Magni Chronici Belgici fol. 205.* affirmant.

17. Fridericus II. Imperator Auguſtus, modo memorati Henrici filius, in conſtitutione ſuper iure ac priuilegio Regis Bohemiæ ita conſtituit:

> *Semper maior natu ſeu ſenior ex generatione tua, ex te, & ſucceſſoribus tuis legitime deſcendentes, in ipſo Regno ſuccedant: Alij vero heredes minores natu non habeant aliud, niſi quod ex Regis gratia poterunt obtinere.*

Habet hanc conſtitutionem Petrus de Vineis ipſius Imperatoris Cancellarius *lib. 6, Epiſt, 26.* & Iohann. Cuſpinian, in *deſcript. Auſtriæ.* Quæ quo-

quo pacto ſit intelligenda, docet idem ipſe Imperatot apud eundem Cancellarium d.lib.6.Epiſt.25.hiſce verbis:

Viuens iure Francorum, in eo videlicet, quod maior natu, excluſis minoribus fratribus & coheredibus, in caſtro ipſo ſuccedat, inter eos nullo tempore diuidendo.

Hoc enim eſt iure Francorum viuere, vt proximior & ſenior vnus & ſolus in feudo ſuccedat, ſecundum normã in Bullis expreſſam: quemadmodum patet ex lege ſequenti.

18. Idem Fridericus Imperator in *cap. ſi aliquem*, relato à Gregorio Meſſanenſi de conceſſ.feud.part 4. q.9 in pr.

Ille, qui tempore mortis ſupererit defuncto proximior, in feudo ſuccedat.

Vnde diſcimus, etiam in feudo, quod iure Francorum defertur, & per prærogatiuam primogenituræ, tamen conſiderari proximitatem vltimi morientis.

19. In Speculo iuris Saxonici lib.1.art.14. ſuper feudi ſucceſsione ſtatuitur:

Quamuis iure feudali Dominus duntaxat vnum de filijs cum feudo patris mortui valeat infeudare, non tamen eſt ius terræ, quod illud ſolus debeat retinere, quin fratres ipſius ad æqualem admiſerit in feudo portionem. Sic etiam non eſt ius terræ, ſi pater vnum de filijs ſuis cum feudo ſuo emancipauerit, quod ipſum poſt patris mortem ſolus cum fratribus ſuis diuiſione facta valeat obtinere. Vnde & ſi iure quidem feudali ſuper eo impetere eundem non valebunt, iure tamen prouinciali, ſi contra eum agant, eundem compellunt ad iuſtam & æquam diuiſionem.

Quo ad vnionem feudi, reſpicitur ad conſtitutionem Friderici Primi ſuperius relatam. Quo ad ſucceſsionem, notari videtur *tit. 50. de natur. ſucceſſ. feud. lib. 2.* Senſus eſt, qui feudum tenet iure feudali, ſolus eſt Dominus pro indiuiduo, excluſis fratribus vel agnatis paribus: ſin iure prouinciali, id eſt ciuili, quod nos appellamus Landrecht / diuidere illud tenetur cum fratribus ſuis, vel agnatis æque proximis: Gloſſ. in *d. artic.* 14. & Theodor. à Burgsdorff. Epiſcopus Naumburgenſis in *Addition.* Quis autem ordo in ſucceſsione obſeruandus ſit, declaratur artic.17. in hunc modum:

Digitized by Google

quod fieri non poſſet, ſi in ſe ipſa eſſet diuiſa. Nam ſi diuidatur, tunc vna pars ſubditorum vni Domino, altera pars alteri Domino adhærebit, & tanto terra ad ſe defendendum erit debilior contra aduerſarios extraneos, quando ſic eſſet diuiſa, quæ huc vſq; vnita fortiter & viriliter ſe defendit. Sic ſcriptum eſt enim in Euangelio: Omne Regnum in ſe diuiſum, deſolabitur. Quod ſatis patet in nonnullis dominijs Ducatuum, Comitatuum, & aliorum Dominiorum, quæ olim magni fuerunt nominis & potentiæ, quæ nunc per partitiones diuerſos in heredes factas, ad ſtatum modicum ſunt redacta: maxime cum Imperiali autoritate ſit ſancitum, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus diuidi non debere: & cætera, quæ ſequuntur, digniſſima ſunt, quæ perpetuæ Principum memoriæ infigantur.

16. Henricus VI. Imperator Auguſtus, Friderici ſuperioris filius, in Comitijs Francofurtenſibus anno MCXCVII. decretum publicauit ſuper ſucceſſione Imperij, cuius ſummarium eſt huiusmodi:

> *Videns Imperator Regnum Alemanniæ & Imperium Romanorum, propter frequentes mutationes Imperatorum, multa mala perpeſſum, priusquam vota Principum in perſona Imperatoris poſſent conuenire, ordinauit, vt amplius electio non fieret, ſed per ſolam ſanguinis ſucceſſionem imperium conferretur, ita vt qui propinquior Imperatori eſſet, hereditarie fieret Imperator.*

Quod decretum à Pontifice Romano, & quinquaginta duobus Imperij Principibus ſubſcriptum ac ſigillatum fuiſſe, Iohannes Monachus in *Chronic.* & ex eo Auctor *Magni Chronici Belgici fol. 205.* affirmant.

17. Fridericus II. Imperator Auguſtus, modo memorati Henrici filius, in conſtitutione ſuper iure ac priuilegio Regis Bohemiæ ita conſtituit:

> *Semper maior natu ſeu ſenior ex generatione tua, ex te, & ſucceſſoribus tuis legitime deſcendentes, in ipſo Regno ſuccedant: Alij vero heredes minores natu non habeant aliud, niſi quod ex Regis gratia poterunt obtinere.*

Habet hanc conſtitutionem Petrus de Vineis ipſius Imperatoris Cancellarius *lib. 6, Epiſt, 26.* & Iohann. Cuſpinian, in *deſcript. Auſtriæ.* Quæ

quo-

Digitized by Google

quo pacto ſit intelligenda, docet idem ipſe Imperatot apud eundem Cancellarium d.lib.6.Epiſt.25.hiſce verbis:

Viuens iure Francorum, in eo videlicet, quod maior natu, excluſis minoribus fratribus & coheredibus, in caſtro ipſo ſuccedat, inter eos nullo tempore diuidendo.

Hoc enim eſt iure Francorum viuere, vt proximior & ſenior vnus & ſolus in feudo ſuccedat, ſecundum normā in Bullis expreſſam: quemadmodum patet ex lege ſequenti.

18. Idem Fridericus Imperator in *cap. ſi aliquem*, relato à Gregorio Meſſanenſi de conceſſ.feud.part.4.q.9 in pr.

Ille, qui tempore mortis ſupererit defuncto proximior, in feudo ſuccedat.

Vnde diſcimus, etiam in feudo, quod iure Francorum defertur, & per prærogatiuam primogenituræ, tamen conſiderari proximitatem vltimi morientis.

19. In Speculo iuris Saxonici lib.1.art.14. ſuper feudi ſucceſsione ſtatuitur:

Quamuis iure feudali Dominus duntaxat vnum de filijs cum feudo patris mortui valeat infeudare, non tamen eſt ius terræ, quod illud ſolus debeat retinere, quin fratres ipſius ad æqualem admiſerit in feudo portionem. Sic etiam non eſt ius terræ, ſi pater vnum de filijs ſuis cum feudo ſuo emancipauerit, quod ipſum poſt patris mortem ſolus cum fratribus ſuis diuiſione facta valeat obtinere. Vnde & ſi iure quidem feudali ſuper eo impetere eundem non valebunt, iure tamen prouinciali, ſi contra eum agant, eundem compellunt ad iuſtam & æquam diuiſionem.

Quo ad vnionem feudi, reſpicitur ad conſtitutionem Friderici Primi ſuperius relatam. Quo ad ſucceſsionem, notari videtur *tit. 50. de natur. ſucceſſ. feud. lib. 2.* Senſus eſt, qui feudum tenet iure feudali, ſolus eſt Dominus pro indiuiduo, excluſis fratribus vel agnatis paribus: ſin iure prouinciali, id eſt ciuili, quod nos appellamus Landrecht / diuidere illud tenetur cum fratribus ſuis, vel agnatis æque proximis: Gloſſ. in *d. artic.* 14. & Theodor. à Burgsdorff. Epiſcopus Naumburgenſis in *Addition.* Quis autem ordo in ſucceſsione obſeruandus ſit, declaratur artic.17.in hunc modum:

Moritur autem Vir ſine liberis pater, ſi fuerit; Sin autem, vocetur mater, & in ſucceſſione fratribus præferatur.

Patris matrisq;, fratris vel ſororis hereditatem filius percipit, & non filia; niſi filius non ſuperſit accepturus.

Quando autem ad hæreditatẽ Soror non pertineat, neq; frater omnes, qui ſe in vno gradu cognationis exiſtere probauerint, ſiue ſit Vir, ſiue mulier, æquam hereditatis percipiant portionem. In his enim ſexum non diſcernimus. Quare heredes accelerantes appellamus.

Attamen vtriusq; ſexus nepotes in ſucceſſionibus, patribus & matribus, ſororibus & fratribus, defunctorum præferantur, eo, quod ſucceſſio non reſpicit gradus aſcendentium & collateralium, quamdiu deſcendentium gradus genitoribus ſuis æquales inueniantur.

Si quis alij in generatione fuerit inæqualis, hæreditatem eius non percipiet.

20. In Iure Feudali Saxonum cap.21.§.8.(in vulgatis codicibus eſt cap.29.) expreſſius aliquanto ita conſtituitur:

Dominus non tenetur plures inueſtire fratres, niſi tantum vnicum inter omnes.

Vbi Iaskier in *gloſſ. marg. adducit §. præterea Ducatus, 2. de prohibit. feud. alienat.* Et pertinenter Gloſſa in Speculo Saxon. lib.3. art.53. *Non debet Ducatus, aut Comitatus, nec Marchionatus* &c. *Hoc intellige ex eo, quia vexillum feudi eſt, vel quia Imperij officium eſt: vt in conſtit. Freder. §. pręterea, de probib. feud alien.* Nec nõ Gloſſ. in Specul. Saxon. lib.3. art.58. probans Principes Imperij dignoſci ex tribus, addit tertio; *Quod prouincias habere debeant, quæ Ducatus ſint. Vnde ſi plures fratres fuerint, bonaq; inter ſe diuidant, cui cedit Ducatus, ille Imperij Princeps erit, vt ſupra art.53. & C. vbi Senat. vel Clariſſ. l. 1. & l. quotiens, §. viros.*

21. In Libro, cui titulus, Keyſerlich Land vnd Lehnrecht / quod vulgo Speculum Suenorum appellatur, *lib.1. art.20. §.3.* de Principatibus non diuidendis ſtatuitur:

Man mag kein Fürſtenampt mit recht zweyen Mannen geleihen. Geſchicht aber es / ihr jedweder mag mit recht nicht ein Fürſt dauon geheiſſen noch geſeyn. Alſo mag man weder Marggraffſchafft / noch Pfalzgraffſchafft / noch Graffſchafft / die getheilt werden / ſo haben ſie jhre Namen verlohren.

Eſt

Eſt declaratio conſtitutionis Friderici Primi Imperatoris in §. *præterea I*[illegible]*ius* &c. quod etiam doctiſſimus Beſoldus obſeruauit. Adde *lib. 2.cap.57.* eiusdem libri, vbi de feudi conceſſione in hunc modum præcipitur; Alſo das es ſtat an des eltiſten Bruders wal/ wil er ſyne Brüder das lehen mit ihm laſſen empfahen/ das thut er wol. So iſt das ohn des Herrn wille wol/ daß er nit wann dem eltiſten das lehen ſol lyhen.

22\. Richardus Imperator Auguſtus ex Anglia accitus decreuiſſe legitur Lauſannæ anno MCCLVIII.

> *Filius, patre & matre ſuperſtite, ſine liberis defunctus, excluſis fratribus & ſororibus, patrem & matrem ſolos habet Succeſſores. Poſt patris autem obitum, & diuiſione paterna hereditatis facta, filio ſine liberis decedenti in feudalibus ſoli fratres conſanguinei, in allodialibus Sorores pariter & fratres conſanguinei, excluſa matre ſuccedunt.*

Conſanguineos dicit, vt vterinos excludat, quod & Aurea Bulla inculcat, & Speculum Saxonicum vocat fratres indiſtinctos, id eſt, binilateros, præ diſtinctis, id eſt, vnilateris *lib 2.artic.28.*

23\. Albertus Primus Imperator Auguſtus in conſtitutione ſeu confirmatione ſuper ſucceſſione Regni Bohemiæ, ad preces Rudolphi filij reſcripta in Comitijs Norimbergenſibus, anno MCCCVI.

> *Quod ſi idem Rudolphus filius noſter ſine fructu (quod abſit) decedat, tunc alius filius natu ſenior, Dux Auſtriæ, in Regno ſuccedat. Quod ſi nulli filij noſtri amplius extabunt, tunc germani noſtri ſenioris filius ſenior Rex conſtituatur.*

Refertur hoc reſcriptum in *Annalibus Auſtriæ*, & citatur etiam in conſilio quodam ſiue Bedencken/ wegen des Königreichs Beheim/ ob daſſelbig erblich/ oder ein Wahl Königreich ſey ꝛc. Eò tendiſſe videtur Legatus ille Bohemicus apud Dubrauium lib.28. Hiſtor. Bohem. fol.266. cum infit: *Inter Legatos* (à Bohemis miſſos ad Fridericum III. Imperatorem pro Ladislao Alberti Cæſaris filio) *Staſco erat, Ladislao Regi ob memoriam Alberti parentis non amicus. Is nactus facultatem ſeorſim alloquendi Fridericum, ei ſuadet, vt ipſe Regem Bohemiæ ſemetipſum conſtituat, tanquam Princeps Auſtriæ ſenior: id quod ei antiquo fœdere inter Bohemos & Domum Auſtriacam de ſucceſſione Regni liceret.* Quod ipſum

 narrant

narrant etiam Æneas Syluius in *Hiſtor. Bohem.* & Bonfinius in *geſt. Hungar.* Sed improbe: quia Albertus *ſine fructu*, vt ait Imperator, id eſt, rede, non videtur deceſſiſſe, qui filium poſthumum reliquit. Et *ſenior* tantum intelligendus eſt inter agnatos collaterales, in caſu deficientium deſcendentium ex linea directa.

24. Fridericus III. Imperator Auguſtus, quem alii IIII. hodie faciunt, anno Domini MCCCCLX. publice propoſuit ſequentes articulos:

Auſtria ex pactis legibusque antiquis diuidi non poteſt.

Supremus Princeps ac rei ſumma Moderator, vnicus ille eſſe debet, qui in ea ſtirpe cæteros ætate anteire videtur primigeniorum iure.

Cautum tamen, vt inter agnatos ad gubernacula veniret, non ſolum qui maior natu ex ſuperſtitibus Auſtriæ Principibus reliquos excelleret, verum etiam qui prolis fœcunditate ſuperaret.

Quæ in hunc modum referuntur à Gerardo de Roo *lib. 6. Hiſtor. Auſtriac.* & Wolffgango Lazio *lib. 2. genealog. Auſtriac.* Vbi quod ait de prolis fœcunditate, capiendum eſt de eo, cuius in terrarum diſtributione minoribus natu facienda, potior ratio haberi debet. Hæc enim mens eſt legis, vt ſicut ætatis in gubernatione, ita prolium multitudinis in conceſſione regionum æſtimetur. Quod vtrumque in Friderico Imperatore tunc concurrebat. Qui etiam ius ſuum tam apud Electores & Proceres Imperij, quam Ordines prouinciales Auſtriæ, tandem euindicauit, & Sigiſmundum patruelem, licet primogenito natum, tamen ætate inferiorem, excluſit, vt ſcribit idem Roo *fol.* 241.

25. Atque ita habemus vno quaſi obtutu, quid ante & poſt Auream Bullam ſuper ſucceſſione Principatuum Regalium, in quibus ipſi quoque Electoratus reponuntur, ab Imperatoribus ac Regibus Germanorum annos ſupra mille fuerit ordinatum, conſtitutum, & ſancitum cum Ordinum Imperij conſilio & conſenſu. Nunc quomodo particularium Principum leges cum ijsdem conueniant, paucis conſideremus.

CAPVT

Capvt XVIII.

Pacta ſucceſſoria Principum Germanorum ſuper iure primogenituræ & maioratus.

1. NOtiſſimi iuris eſt, pacta Ordinum particularium regulanda & interpretanda eſſe ſecundum generales Imperij leges, præſertim in ordine ſuccedendi; Molina Iuriſconſultus *lib. 1. de Hiſpan primigen. cap. 3.* Arniſæus *de Republ. lib. 2. cap. 2. ſect. 8. n. 73. & ſeqq.* Quælibet namque diſpoſitio ſecundum Imperij conſuetudinem facta videtur, etſi id, quod conſuetum vel ſancitum eſt, in ea expreſſum non fuerit; Iaſon in *l. certi condictio, §. ſi nummos, n. 6. & ſeq. D. ſi cert. pet.* Quod de primogenituris, maioratibus, & Principatuum ſucceſſionibus cenſuerunt Fernand. Vasquius, quem Hiſpani Doctores Menchacam vocant, *lib. 3. de teſtam. creat. §. 26 n. 94.* Petr. Peralta in *rubr. D. de hered. inſtit. & in l. 3. §. qui fideicommiſſ. num. 122. & 139. D. eod. tit.* Iacob. à Saa *de primogenit. num. 39. & ſeq.* Didac. Couarruuias *var. reſolut. lib. 3. cap. 5. n. 9.* Arniſæus *d. num. 73 & ſeq.* vt ſcilicet ea videantur ſequi ordinationes & conſtitutiones Imperij, tanquam membra ſuum caput; *c. cum non liceat, de præſcript.* Et quod exiſtentia, natura, ſucceſſio, & conſtitutio Principatuum Imperij, regulentur in omnibus & per omnia ſecundum exiſtentiam, naturam, conſtitutionem, & ſucceſſionem Archiprincipatuum Electoralium, qui ſunt columnæ, quibus ipſum Imperium fulcitur, ex ijs, quæ ſupra diſſeruimus, conſtare abunde poteſt.

2. In antiquis familiæ Ducum Würtembergiorum pactionibus, Vraci anno MCCCCLXXIII. & Mynſingæ anno MCCCCLXXX. erectis, atque à Friderico III. Imperatore, An. MCCCCLXXXIV. & MCCCCXCII. Regeq; Maximiliano Primo, an. MCCCCXCV. in couuentu Ordinum Imperij publico Wormatiæ confirmatis, ſtatuitur in hunc modum: Das die Herrſchafft zu Würtemberg / zu ewigen zeiten / von erben zu erben / von einem Hertzogen zu Würtemberg auff den andern / vñ alwegē auff den elteſtē ehelichen manlichen Leibserben / vnd nach eines elteſten abſterben / auff deſſelben elteſten Sohn vnd deſcen-

deſcendenten, vnnd alſo conſequenter fallen ſolle; Iohan. Feſslerus Cancellarius Wirtemberg. in warhafftiger beſchreibung / wie das Land zu Wirtemberg / durch Kayſer Maximilian zu einem Hertzogthumb ſey erhöhet worden: ſambt den Löblichen thaten der Fürſten / Graffen / Herrn vnnd Adels zu Wirtemberg / Iohan. Iacob. Plebſt *diſputat. 3. de iure locali Wirtemberg. theſ. 33.* Beſoldus *diſput. nomicopolit. lib. 1. diſ. 6. n.* 8. & tangit etiam Andr. Oſiander in *orat. funeb. Friderici Ducis VVirtemberg.*

3. In pactis hereditariis Ducum Brunſuicenſium de anno MDXXXV. confirmatis à Carolo V. Imperatore anno MDXXXIX. Toleti in Hiſpania, & à Rudolpho II. Imp anno MDLXXXII. Auguſtæ Vindelicorum in Comitijs generalibus, ſic de ſucceſſione fratrum Heinrici primogeniti & Wilhelmi ordinatur: Dergeſtalt vnnd alſo / das nun hinfürter Hertzog Heinrich / vnnd nach ihme ſein eltiſter Sohn/vnd nach demſelben abermals des verſtorbenen eltiſter Sohne/ vnnd alſo immer in abſteigender Lini werend/ Regierender Fürſt ſeyn ſoll vnnd will. Vnnd wann dieſelbe niederſteigende Lini Hertzog Heinrichs/bey dem das Regiment nach vorgeſchriebener ordnung alſo iſt/außſtirbt/ vnd dannoch in beyderſeits Hertzog Heinrichs abſteigender Lini / mänliche Lehenerben verhanden ſeyn / als dann ſol der neheſte eltiſter Sohn/oder mänlicher Lehenerbe von Hertzog Heinrichs Leibe geboren/Regierender Fürſt ſeyn/vnd nach ihme ſein eltiſter Sohn/vnd deſſelben eltiſten Sohns Sohne von erben zu erben; oder ob die nicht im Leben weren/alß dann der ſein negſter Bruder oder Vetter in bemelten Hertzog Heinrichs Lini iſt/Regierender Fürſt ſeyn / vnd allwege hinfüro von erben zu erben/ laut dieſer ordnung/gehalten werden. Wo aber Hertzog Heinrich vnd ſeine Erben/ohne manliche ſeines Leibes Lehenserben/in maſſen wie obgemelt iſt/abſterben würden/daß ſein Bruder Hertzog Wilhelm vnd ſeine Erben / derſelben Regierung/ nach ſeinem beſten nutz vnd gefallen/als dann annehmen/vnnd deren gebrauchen mügen: Derogeſtalt / daß alß dann Hertzog Wilhelms eltiſter Sohn/von ſeinem Leibe geboren/vnd nach dem deſſelben eltiſter Sohn/ vnnd nach demſelben abermals des Verſtorbenen eltiſter Sohn vnnd alſo immer in ſeiner abſteigender Linien werend / Regierender Fürſt ſeyn ſol vnnd will. Vnnd wann dieſelbe Hertzog Wilhelms niederſteigende

Digitized by Google

ſteigende Lini/bey der das Regiment nach vorgeſchriebener ordnung alſo iſt/außſtirbt/vnnd dannoch in beyderſeither Hertzog Wilhelms abſteigender Linien/måhnliche Lehenerben verhanden ſeyn / als dann ſol der neheſte eltiſter Sohn / oder måhnlicher erbe / von Hertzog Wilhelms Leibe geboren / Regierender Fürſt ſein / vnnd nach Jhme ſein eltiſter Sohn / vnnd deſſelben eltiſter Sohns Sohne/ von erben zu erben. Oder ſo die nicht im leben weren / als dann der ſein neheſter Bruder oder Vetter in gemelten Hertzog Wilhelms Linien iſt/Regierender Fürſt ſein / vnnd allewegen hinfüro alſo von erben zu erben/ Laut dieſer ordnunge / gehalten werden / daß alſo einer allewege vber vnſer Land vnd Leute / vnd was wir der kunfftig mehr erlangen / oder mit angeſtelle vberkommen/erobern/vnd ererben mügen/regieren/beſtellen/verwalten/inhaben / vnd nach ſeinem vnd des Fürſtenthumbs nutz gebrauchen ſol. Quod pactum familiæ ſuæ refert Illuſtriſſ. Henricus Iulius Dux Brunſuicenſis & Luneburgenſis in Außführlichen warhafften Hiſtoriſchen Bericht / die Fürſtliche Land vnnd Erbſtadt Braunſchweig / rc. betreffendt/*part.* 1. *cap.* 2. *num.* 37. vbi habes non obſcuram declarationem verborum Proximior & Senior in cauſſa deficientis lineæ directo deſcendentis: in quo caſu noſtra vertitur diſceptatio.

4. In Pactis dotalibus Sereniſſimorum Alberti Archiducis Auſtriæ & Iſabellæ Infantiſſæ Hiſpaniarum, anno MDXCVIII. in Hiſpania initis, artic. 2. ſtatutum eſt: *Vt liberi & eorum heredes ex hoc matrimonio nati, mares & fœminæ, legitimi & ex iuſto matrimonio procreati, non vero legitimati, nec quidem per ſubſequens matrimonium, maiore natu ſemper præcedente minorem, & mare fœminam, in eodem gradu, ſint heredes de manu in manum omnium dictarum prouinciarum* (ſcilicet Belgicarum & Burgundicarum) *inſeparabiliter & indiuiſibiliter coniunctarum, ita tamen vt nepos aut neptis, filio aut filia grandiori natu defunctis patre adhuc viuente, præferantur patruis aut materteris, & cuicunque in linea collaterali:* referentibus Pet. Matthæo *lib.* 1. *Hiſtor. Henrici IV. Regis Galliæ narration.* 1 *n.* 14 & Rudolph. Botereo *lib.* 5. *commentarior. de reb. toto orbe geſtis, anno* 1598. *fol.* 182.

5. In Ducatu Slesuicenſi quum Sereniſſimus Rex Daniæ nouum illum linearum ordinem introducere in inueſtitura feudali tentaret,

Aa *iure*

Digitized by Google

iure Danico ac Sleſuicenſi (id eſt ius illud Sialandicum ab Engelbrechto tam contemptim reiectum) *ad proximi gradus heredes maſculos, &, his non extantibus, ad fœminas quoque tranſire Duces diſputabant*; Dauid Chytræus in *Sylua Chronic. Saxon. anno* 1580. Super quo quia cum Rege conueniri non potuit, tandem Auguſti Electoris Saxoniæ, Vlrici Ducis Megalopolitani. & Wilhelmi Lantgrauij Haſſiæ interuentu, tranſactio facta fuit, cui inter cætera hic articulus inſeritur: *De ſucceſſione in Ducatu Slesvvicenſi, an propior gradu, defuncto ſuccedere, an vero ius repræſentationis locum habere debeat, cum conuenire in præſentia integre non potuerit, ius ſuum vtrique patri illibatum manebit. Ac ſi ex Ducibus Slesvvicenſibus aliquis deinceps ſine liberis decedet, bona relicta nemo ex ſuperſtitibus ſtatim occupabit, ſed per Principum fidos ac iuratos ſubditos adminiſtrari ſinent, donec Principes ipſi inter ſe, vel adhibitis aliquot amicis, de ſucceſſione æquis ac tolerabilibus medijs, tranſegerint, vel iure diremptí fuerint*: idem Chytræus *d. loc.* & Matth. Dreſſerus in *Millenar.* Quid autem iuris fuerit conſtituti in ſucceſſione huius Ducatus, ſatis aperte oſtendit Albert. Krantzius Canonicus Hamburgenſis lib 7. Daniæ cap. 41. in princ. vbi de Margareta Regina Daniæ, Sueciæ, Norvvegiæ, &c. ſcribit; *In Nevvenburg iuſsit omnes Prælatos & Regni Proceres conuenire. Aderat inter alios Gerardus Dux Slesvvici, cum patruo* Nicolao *& Adolpho fratruele. Ibi renouata eſt ratio feudi, quod Ducatus Slesvvicenſis perpetuo iure ad ſeniorem ex Holſatorum huius lineæ Comitibus pertineat, ita tamen, vt (iuxta Regni iura) feudum à corona recognoſcat, & inde præſtet obſequia: quodq; ſucceſsione legitima feudum ad proximos perueniat.* Quæ verba Spãgenbergius in hunc modum vernacule reddidit; Alſo daß die Graffen zu Holſtein allzeit der Elteſte / vnd deſſen ehe'iche nachkommen / das Hertzogthumb Schleßwig / erblichen haben vnnd behalten ſollen: in *Chronic. Schaumburg. lib.* 4. *cap* 1. Quo pacto autem ſint intelligenda, docet idem Krantzius lib. 10. Saxoniæ cap. 9. vbi legitur; *Ducatum quũ ea tempeſtate* (qua nimirum defecerat linea directa) *Nicolao ſeniori* (ſcil. in linea collaterali Comitum Holſato-Schaumburgiorum) *deferrent, ille cauſatus ætatem recuſabat. Nec Adolphus* (frater eius ſecundogenitus) *Wagriæ Comes magnis ſe rebus vir modeſtus voluit implicare. Ventum eſt ad* Gerhardum *Henrici* (fratris tertiogeniti cognomento Ferrei

Comi-

Digitized by Google

Comitis Holſatiæ & Schaumburgiæ) *primogenitum. Eum ſollenni iure Regina inueſtiuit, Ducemque Slesvvici appellauit anno octuageſimo octauo poſt mille trecentos à Chriſto nato.*

6. De pactis hereditarijs & iure ſucceſſionis Illuſtriſſimorum Comitum Holſatiæ & Schaumburgiæ ſic ſcribit Cyriac. Spangenbergius in *Chronic. Comitum Schaumburg. lib.4. cap.* 13. Was die Graffſchafften Holſtein vnnd Stormarn betreffen thut/ die ſein nach art der erbmanſtamgůter/ auff Graff Otten von Schawenburg/ des namens den dritten/ alß neheſten *agnaten*, ſo Hertzog Adolffen im ſechſten grad manlicher *linien* verwand geweſen/ in krafft der hochbeteurten Erbuertrage/ ſo jhre Vorfahren anno 1390 zum Kyle vnter ſich auffgerichtet/ durch erwehnten Hertzog Adolffs tödtlichen abfall/ einzig vnd allein *deuoluirt*, verſtammet vnnd vererbt worden. Ipſa vero pacta hereditaria refert *lib.*2. *cap.*20. vbi vide.

7. At vero quia nimis longum foret, aliorum plurimorum Principum, Comitum, & Baronum Imperij pacta ſucceſſoria, quæ penes nos ſunt, appingere, hiſce contenti, videamus, num ea quoque ad Nobiles ſint extendenda. In Inueſtitura Alberti Marchionis Brandenburgenſis, qua Ludouico ab Eyb Equiti Franconico confert in feudum hereditarium Burggrauiatus Norimbergenſis Camerariatum, anno MCCCCLXXXII. Vnnd der obgenant Ludwig von Eyb/ vnnd zu iederzeit der elliſt von Eyb/ ſeiner Linien/ oder ſo die erwunde/ darnach der elliſt des namens vnnd ſtammens von Eyb fur vnd fur/ ſo lang jhr einer im Leben iſt/ ſollen das obuermeldt Erbcammerampt vnſers Fürſtenthumbs des Burggraffthumbs zu Nürmberg/ ꝛc. von vns/ vnſern Erben vnſers Fürſtenthumbs des Burggraffthumbs zu Nürmberg/ zu rechtem mahnlehen haben/ nehmen vnnd empfahen/ ſo offt es zu ſchulden vnnd fellen kompt/ ꝛc. Cuius generis plura inſtrumenta inueſtiturarum, nec non etiam Reuerſalium, extant in *Articulis additionalibus reſpectiue elyſiuis, qui prioribus additi*, des Marggraffen zu Brandenburg *contra* Nürmberg/ in ſachen die Fraißliche Obrigkeit belangendt ꝛc.

8. Ex quibus manifeſtum fit, proximitatis in ſucceſſionibus primam & potiſſimam fuiſſe, eiq; coniunctam ætatis rationem in Impe-

Digitized by Google

rio Germanico perpetim æſtimatam. Ad cuius inſtituti normam cæteræ quoque Europeæ gentes non nolentes ſeſe conformaſſe obſeruantur.

CAPVT XIX.

Leges ſucceſſoria in Regno Franco-Gallorum.

1. LEgem primogenituræ Franco-Gallicæ in ſucceſſione Regni aliam confingit Fr. Hotom. in *controuerſ. de patruo & nepote cap.* 12. aliam Petr. Canaius à Fraxinis (qui nunc Mr. de Chenes, nunc Mr. de Freſnes, à Gallis ſuis appellatur) in *Reſponſ. ad Zampin. de ſucceſſ. præ rogat. primi Principis in Franc.* aliam Thomas Cromerius in *Cod. iuris ciuil. Rom. Gallicique lib. 7. tit. 1. cap. 1. in pr.* aliam denique Andr. Fauynus in *Hiſtor. Nauarræ lib. 3. in fin.* vbi eam legem adſcribit Hugoni Capeto.

2. De qua Carolus IV. Imperatoris, qui Auream Bullam condidit, in Hiſtor. vitæ ſuæ ſcribit in hæc verba. *Eodem anno obijt Carolus Francorum Rex, relicta vxore prægnante, quæ filiam peperit. Et cum de conſuetudine Regni, filiæ non ſuccedant, prouectus eſt Philippus filius Soceri mei in Regem Franciæ, quia propinquior heres erat in linea maſculina.*

3. Eius legis ſpecimen eſſe videtur in pactis dotalibus Henrici Delphini, qui poſtea Rex Francorum eorum nomine Secundus, & Catharinæ Mediceæ: in quibus Clemens VII. Papa Romanus, & Franciſcus Primus Rex Galliæ decernunt in hanc formam:

> *Maior natu filius ex hoc futuro coniugio oriturus, modo militiæ aptus exiſtat, neque ſit ſacerdotio addictus, paternam pariter atque maternam adibit hereditatem, modo ac forma infraſcriptis: hac tamen conditione, vt reliquis fratribus ſuis legitimam eorum bonorum partem concedat; Sorores vero in matrimonium rite collocet, dotemque aſſignet tum pro earum numero, tum pro copia rei familiaris.*
>
> *Hereditati filij maioris natu prole maſcula deſtituti ex legitimo matrimonio ſuſcepta, ſuccedet proximus frater, niſi fuerit Eccleſiæ addictus vinculo, & ad arma minime idoneus. Deinceps mortuis*

Digitized by Google

tui bona excipiat alius ordine ſucceſſiuo ſemper & primogenitura ſeruatis.

Quod ſi contingat, vt nullis extantibus maribus hæreditas cadat in filias, filiæ bona inter ſe partiantur ex æquo, præter eam portionem ſeu apanagiũ, quod prouenerit ex Corona & patrimonio Regum Franciæ; quod quidem reſtituetur, vnde profectum fuerit ſecundum conſuetudinem & legem Francorum.

Vt illa ipſa prædicti liberi futuri habeant, illiuque ſuccedant primo gradu genituræ, quo ad mares & fœminas deficientibus maribus ſeruato, quemadmodum ſupra explicatum eſt &c. *Dat. Maſſiliæ anno MDXXXII.*

Hæc pacta refert & enodat Iohan. Seruinus in *actione pro Regina Margarita Duce Valeſiæ* &c. Aiunt, *paternam* ſcilicet Ducatum Aurelianenſem, quem Delphinus ante adeptum Regnum tum obtinebat: *atq; maternam* ſcilicet Ducatum Vrbini in Italia, & Comitatum Aruernenſem in Gallia. Cætera aperiunt hi Scriptores, quos ſubnectam.

4. Vincent. Cabotius *lib. 1. var. iur. diſput. cap. 13.* vbi agit de Regno Franciæ in hodierna familia Capeuingia: *Delatum eſt*, inquit, *primogenito ex maribus, linea recta eorum, quibus ſucceditur: Illa vero deficiente maribus, ex latere coniunctis, vt quisq; proximior gradu eſſet.*

5. Cuius verba quodammodo explicat Natal. Comes lib. 12. Hiſtoriar. anno 1559 fol. 266. in princ. vbi legitur: *Lex eſt Gallorum, quæ ſanctiſſime ſeruatur, ne facultates familiarum diſtrahantur in plures partes per diuiſionem filiorum, vt vniuerſum Gallorum patrimonium ad primogenitos tantum perueniat: reliqui filij, qui Cadetti vocantur, id tantum conſequuntur vel ex ampliſſimis patrimonijs, quod victui & veſtitui ſatis ſit, omni prorſus pecuniæ facultate obliterata. Mortuo primogenito, pro ætate ſuccedunt.*

6. Iacob. à Petra in *Pract. tit. de ſucceſſ. feud. n. 63.* vbi tabulam ſucceſſionis Regni Franciæ deſcribit; *Succeſſit ergo illi* (ſcilic. Carolo Regi) *in regno Franciæ Philippus, filius alterius Caroli, qui erat ei in quarto gradu: nec ſucceſſit Robertus, pronepos Roberti, Comitis Arebatenſis quondam, quia ille erat in octauo gradu: nec ſucceſſit Robertus nepos Caroli Regis Siciliæ & Hieruſalem quia ille erat in ſeptimo gradu: nec ſucceſſit Ludouicus nepos B. Ludouici, quia ille erat dicto Carolo decedenti in quarto gradu.* Hæc ille; quæ etiã Hotoman. adducit pro gradus proximitate, in *controuerſ. patrui & nepot. c. 2.*

Digitized by Google

7. Autor Diſcurſus *de rebus Gallicis, ſiue triplici potentia Regis Galliæ, Regis Nauarræ, & Ducis Guiſiæ, n* 41. ad Ducem Guiſium Regno inhiantem oratione conuerſa ſcribit: *An tu plus iuris habere tibi videris, quam Sabaudiæ Dux Regi Galliarum ex filia nepos? tune illo ꝓpinquior, qui Regiam neptē nouiſſimam in vxorem duxerit? tu proximior, q̃ Lotharingiæ Dux, qui in iſta petitione & ſenior & potior eſt, alius itē ex filia Regis nepos?* Cui concinit Iacobus Francus ſeu potius Iacob. Bongarſius piæ & claræ memoriæ Cōſiliarius Regius, in *Iehoua Vindice ſiue de reb. Gallic. comment. 2. n.* 208.

8. Et noti iuris eſt, Gallorum moribus hodiernis, nepotes à patruis vel auunculis in ſucceſſione fraterna excludi: Roſenthal in *Synopſi feud. c. 7. concluſ. 56 gl. 6.* Betſius *de Pact. famil. illuſtr. fol. 613.*

9. Hinc deficiente linea directa, in agnatorum collateralium ſucceſſione, fuiſſe à Parlamento Regio ſupremo pro patruo proximiore & ſeniore contra nepotem pronunciatum, alibi memoratur. Et eius deciſionis bina arreſta habemus: vnum in Bodini lib. 6. de Republ. cap. 5. alterum in Annæi Roberti lib. 3. rer. iudicat. c. 15. in fin. Neq, hic aut Bodini aut Roberti auctoritas attendi debet, vt incaute obijcit Dn. Engelbrecht. *n.* 142. ſed ſupremi Regij Parlamenti Pariſienſis, ꝙ in Gallia eam habet auctoritatem, ne dicam lōgiſſime maiorem, q̃ Camera Spirenſis in Imperio Germanico. Nec eſt vt ad ſpecialem illam vocationē & nominationem Aureæ Bullæ remittamur, quæ magis pro Parlamenti decreto, quam contra illud militat: quia in linea deſcendenti directa vocatur certa perſona, nempe filius, nepos, frater: quibus non extantibus, id eſt, vltra quos nulla certa linea ſubordinatur, ſed vocatur indefinite proximior & ſenior pro tempore, vt *lib. 3.* latius deducemus.

CAPVT XX.

Leges ſucceſſoriæ in Regnis Anglo-Britannorum.

1. VEtuſtiſsima Lex eſt Angliorum, quæ extat. Eam compoſuiſſe videntur, antequam relicta Saxonia, Britanniam peterent tranſmarinam. In eius legis tit. 7. de allodibus, §. 1. ita ſcriptum eſt:

> *Si filium non habuit, qui defunctus eſt, terra ad proximum paternæ generationis conſanguineum pertineat.*

Et §. vlt. *Proximo paternæ generationis terram relinquat.*

Poſteriora §. 1, verba ſic Gallice vertit Fauynus lib. 7. hiſtor. Nauarræ.

Quant

Digitized by Google

Quant au ſief, il appartiendra au plus proche parent du defunct de ſon eſtoc & ligne. Vbi totam legem interpretatur de terra feudali, & proximum paternæ generationis Gallice reddit *couſin paternel.*

2. Sub *filij* tamen nomine etiam nepos comprehenditur, vt nimirum auo in hereditate ſuccedat, niſi pater eius fuerit ab auo foris f. miliatus, id eſt, certam terræ partem in vita ſua acceperit. Qua deinceps nepos cogitur eſſe contentus, vt ad integrum feudum patruus admittatur. Sic conſtitutum in legibus Regni Angliæ, quas Ranulphus Glanuilla Ceſtriæ Comes cõpilauit ſub Henrico III. Rege, anno Domini MCCXXX. *lib.* 7. *cap.* 3. At vero de heredibus collateralibus tractat *cap.* 4. *eiuſdem lib.* 7. quos inter proximus eſt pater. Florentius Wigorinienſis in Chronic. anno Domini MCCCCXLVI. *Interfecto Eadmundo, mox proximus heres Edredus fratri ſuccedens regnum naturale ſuſcipit.*

3. Ælfredus Rex AngloSaxonum in Teſtamento ſuo, quod condidit anno Domini MCCCXCIX. ita ſcriptum reliquit de Monarchia Regni Anglici & primogenitura:

> *Pater meus ÆthelVVulfus Rex nobis tribus fratribus delegauit, videlicet, Æthebaldo, Ætheredo, & mihi, ita quod qui noſtrum diutius foret ſuperſtes, ille totius Regni dominio congauderet. Et ſi contigerit, quod Æthebaldus primogenitus patris noſtri primus in fata deceſſerit, tunc recognoſcat Ætheredus cum totius VVeſt-Saxoniæ nobilitate.*

Et poſtea de pactis inter ſe & Ætheredum fratrem ſuum poſtgenitum (id eſt ſecundogenitum) initis poſt obitum fratris Regis primogeniti:

> *Propterea in vnum congregati ſumus apud Suinburnã, vbi pnunciauimus cognitione totius VVeſt Saxoniæ Principũ, Dominorũ, & Seniorũ, ꝙ ipſi fideliter teſtimoniũ perhibeãt, videlicet, ꝙ quis noſtrũ diutius ſuperuixeret, ꝙ ipſe legat alterius filijs ipſas terras, quas noſmet ipſi virtute ac poteſtate cõqueſti ſumus, & terras ipſas, quas ÆthelVVulfus nobis donauit, dummodo Aethelbaldus fuerat ſuperſtes, pter illud ꝙ nobis tribus fratrib. pater noſter Rex AethelVVulfus delegauit. Et ſup hoc vnusquisq; noſtrum alteri fidem firmauit, quod quis noſtrum diutius vitam viueret, quod ipſe alterius terras poſſideret, & dominia, & omnia, quæ ſui erant, præter illam partem, quam vterq; noſtrum filijs alterius legauit. Et ſi contingat, ꝙ Aetheredus Rex viam vniuerſæ carnis fuerit ingreſſus, extunc præter me non eſt quis, qui ſuper hereditatem ſcripturam habeat vel teſtimonium, nec quod ſit aliquis alius heres præter me.*

Quam

Quam teſtamentariam ordinationem nobis conſeruauit Aſſer Meneuenſis, Epiſcopus Schyreburienſis, & Regis ipſius Conſiliarius, atq; ad Germanos Legatus, in libro *de rebus geſtis Ælfredi Anglo-Saxonum Regis*. Hic Ælfredus, ab alijs Elfridus, à plerisque Alfredus appellatur. Docet autem nos teſtamentum, maioratus in Anglia morem ac inſtitutũ in ipſa etiam Regia ſucceſſione viguiſſe. Tantum maiori ætati paſſim tribuebant priſci illi Germani, vt nimirum is, qui grandior eſſet, minori præferretur: quemadmodum teſtatur Procopius *lib. 3. belli Vandal.* Stephan. Paſchaſius *aux Recherches de la France lib. 2. c. 16. & lib. 4. cap. 18.* Ludou. Gayon *aux diuerſes leçons lib. 5 c. 2.*

4. Edvvardus namque ſiue Eduardus hoc nomine Primus Rex Angliæ ius primogenituræ haud obſcure vindicat in reſcripto ad Bonifacium Papam, quo proponit iura ſua, quę prætendat in ſuperioritatem Regni Scotiæ, in hunc modum:

> *Brutus de genere Troianorum, poſt excidium Troiæ in Britanniam veniens regnum ſuum tribus filijs ſuis diuiſit. Locrino primogenito ſuo dedit illam partem, quæ quondam Loëgria, nunc vero Anglia nominatur, Albanacto ſecundo filio dedit Albaniam, quæ nunc Scotia vocitatur: Cambro vero tertio filio dedit Cambriam, quæ nunc VVallia appellatur, reſeruata Locrino ſeniori regia dignitate. Biennio poſt mortem Bruti applicuit in Albania Rex Hunorum, qui Albanactum fratrem Locrini peremit &c. Et ſic Albania deuoluitur ad Locrinum; tanquam ſcilicet ad primogenitum.* Sequitur deinde:
>
> *Duo filij DunVVallonis Regis ſc. Belinus & Brennus, inter ſe regnum patris ſui diuiſerunt: ita quod Belinus ſenior diadema Inſulæ cum Britannia, VVallia, & Cornubia poſſedit: Brennus vero ſub eo regnaturus Scotiam acceſſit. Petebat enim Troiana conſuetudo, vt dignitas hereditatis primogenito perueniret.*

Hanc Regis Epiſtolam ad Papam referunt Thomas Walſingham in *hiſtor. Anglor. fol.* 8. Matthæus Weſtmonaſterienſis in *Floril. hiſtor. anno MCCC. fol.* 493. Galfridus Moremutenſis *lib. 1. de orig. & geſt. Britannor. cap.* 11. quibus conſentiunt Sylueſter Gyraldus Cambrenſis in *deſcript. Cambriæ cap.* 7. idem Weſtmonaſterienſis *ætate 3. c.* 27 & Sereniſſ. Rex Iacobus Magnæ Britanniæ, &c. in *Doro baſilico ad filium.*

5. In Glanuillæ collectione *Legum Angliæ lib. 7. c. 3.* & in Codice legum

legum Regni Scotiæ, qui vulgo inſcribitur, *Regiam Maieſtatem Scotiæ lib.2.c.32.§.1.* de ſucceſſione patruelium ſtatuitur in hæc verba, quæ excerpſi:

Si quis moritur ſine herede filio vel filia, & habuerit nepotes vel neptes ex filio vel filia, tunc quidẽ indubitanter omnes ſuccedunt illi eo modo, quo determinatum eſt ſupra de filio & filiabus, & ſub eadem diſtinctione.

Ea determinatio ac diſtinctio habet in hunc modum: *ſi pater fuerit miles* (id eſt Vaſallus ſeu feudatarius) *tunc eo caſu eius filius primogenitus ſuccedit in totum, ita quod nullus fratrum ſuorum partem inde de iure petere poteſt.* Quæ verba extant in *legibus Scotiæ eod. lib.2.c.27 §.2.* Ergo per conſequentiam, etiam inter plures patrueles, qui natu maximus eſt, ſolus ſuccedet, remotis cæteris, vt recte annotauit Ioan. SKenæus Conſiliarius Regius in *Indice iuris Scotici, verb. Nepos.*

Capvt XXI.

Leges ſucceſſoriæ in Regnis Gotho-Hiſpanorum.

1. QVanquam Gothi in Hiſpania, extincta Regia Balthorum ſtirpe, ſemel atque iterum ad electionem confugiſſent, tamen conſtat Pelagium Regem cum Ordinum conſilio & conſenſu, Comitijs Legione habitis, legem tuliſſe, circiter annum Domini DCCXX. quæ ſic habet:

Pro lege perpetua ſtatuentes, vt Regis filius primogenitus vel maior, ſi deeſſet primus, ſi pater fuerit catholicus, cuiuscunq; etiam minimæ ſit ætatis, ſubſtituatur in Regnum. Si autem deſit filius maſculus, filia eius, ordine prædicto, adſumatur in Dominam: & illa Magnatorum Gothorum prouidentia de Nobilibus Gothis accipiat virum, de quo Regalis poſteritas conſeruetur.

Quam legem recenſent Lucas Tudenſis in *Chronic.* Ioan. Lupus, qui vulgo ab Hiſpanis vocatur Palacios Ruuios, in *tract. de obtent. regni Nauarræ part.6.n 9. & ſeq* Molina I C. *lib.1.de Hiſpan. primigen.c.2.n.13.* Molina Ieſuita *de iuſt. & iur. tom.3. part.1. tr.2. diſput.576. n. 5. verſ. Ioannes Lupus*: quos conſule ſuper intellectu huius legis ediſſertantes.

2. Poſt hunc Alphonſus X. eius nominis Rex Hiſpaniarum, ſed primus Romanorum Electus Imperator, nouum iuris vniuerſi corpus compoſuit, quod *Partitas* inſcripſit, Iuſtinianeorum Pandectarum

Digitized by Google

æmulatione, eaſque publicauit anno Domini MCCLV. In eius Codicis *part. 2, tit. 15. l. 2.* elegantiſſima hæc extat, & ſumme notabilis conſtitutio ad opinionem Azonis IC. Itali & Conſiliarij Cæſarei ſancita:

Maioria en nacer primero, es muy grãde ſennal de amor, que muestra Dios à los hijos de los Reges, aquellos que el le da entre los otros ſus hermanos, que nacen deſpues del. Ca aquel à quien eſta honora quiere fazer, bien da a entender, que lo adelanta, e lo pone ſobre los otros, porque lo deuen obedecer, e guardar, aſſi como à padre, e à ſennor.

Et inferius: *Los omes ſabios, e entendidos, catando el p̃ comunal de todos, e conociendo, que a particion nõ ſe podia fazer en los Reynos, que deſtruydos non fueſen, ſegun nueſtro Sennor Ieſu Chriſto dixo, que todo Reyno partido ſeria eſtragado, tunieron por derecho, que el ſennorio del Reyno, no lo ouieſſe ſino el fijo mayor, deſpues de la muerte de ſu padre. E eſto vſaron ſiempre en todas las tierras del mundo, do quier que el ſennorio ouieron por linage, e mayor mente en Eſpanna. E por eſcuſar muchos males, que acacieron, e podrian aun ſer fechos, puſieron, que el Sennorio del Reyno heredaſſen ſiempre aquellos, que vinieſſen por la linna derecha. E porende eſtablieſcieron, que ſi hijo varon non ouieſſe, la hija mayor heredaſſe el Reyno. E aun mandaron, que ſi el hijo mayor murieſſe, ante que heredaſſe, ſi dexaſſe hijo o hija, que ouieſſe de ſu muger legitima, q̃ aquel o aquella lo ouieſſe, e non otro nuguno. Pero ſi todos eſtos fallecieſſen, deue heredar el Reyno el mas propinquo pariente, que ouieſſe, ſyendo ome para ello, non ouiendo fecho coſa, porque lo deuieſſe perder.*

Vbi vides, ſucceſſionẽ in Regno, iuxta hanc legem Cæſaris Alphonſi, fieri per lineam deſcendentẽ ab vltimo poſſeſſore, ita vt maſculus præferatur fœminis, & ſemper primogenitus maſculus legitimus præferatur cæteris poſterius natis, & ſic ordine quodam. Vnde, quia id in quo ita ſucceditur, debetur primogenito, appellatũ eſt, *Primogenium*; & quia debetur maiori natu, corrupto vocabulo Hiſpanice dici cœpit *Mayorazgo*, quaſi *mayoria en nacer*, vt initio huius legis ſcriptum eſt. Præterea vides, in ea linea deſcendentium admitti repræſentationẽ, nepotemue maiorẽ natu præferri patruo, filio vltimo poſſeſſoris, etiamſi is coniunctior ſit vltimo poſſeſſori, & maior natu q̃ huiuſmodi nepos. Vides deniq;, in defectu omnium deſcendentium legitimorum, ſuccedere conſanguineum legitimum in linea tranſuerſali (quæ nunc eſt Imperialis

Au-

Auſtriaca in Germania,à Ferdinãdo ſecundogenito Philippi Regis demanans) propinquiorem vltimo poſſeſſori. Id ꝙ dilucidius adhuc habetur in eiusdem Alphonſi Cæſaris Partitis l.9. tit.1.part.2.illis verbis: *que ſon mas propinquos parientes à los Reyes,à el tiempo de ſu falleſcimiento*,vel (vt alij textus habent)*finamiento*,vt ibidem Gregor. Lopez egregie explicat. Quod ait,*a el tiempo*,id totidem verbis Cæſares noſtri dixerunt, *pro tempore*, in ſuis Bullis. Quæ omnia latius exequuntur Molina IC. *de Hiſpan.primigen.lib.1.c.3.n 6.& ſeqq.* & Molina Ieſuita *de iuſt.& iur.tom.3.part.1.tract.2.diſput.576.n.5.*

3. Quod ait lex, *por linage vel linaye*) hoc eſt,iure ſanguinis, atq; ita ex pacto quodam & prouidentia,vt notat Molina Ieſuita *diſput.626.nu.8.verſ.quod autem regnum*, vbi docet in Regno non ſuccedi iure hereditario,ſed iure ſanguinis.

4. Cum ait,*è mayormente en Eſpanna*) innuit aperte id,quod & Aurea Bulla, nempe nihil noui decerni,ſed ſucceſſionem in Regno per lineã deſcendentem,præferendo ſemper maſculũ maiorem natu, longe iam antea, inſtar cæterarum fere nationum,ſancitam fuiſſe in Hiſpanijs,& longa perpetuaq; conſuetudine vſq; ad illa tempora Alphonſi Cæſaris ita ſeruatam. Quinimo cum additur; *E' por eſcuſar muchos males* &c.conſtat manifeſte,ſequentem partem huius ſanctionis, vt ſcil.ſit repræſentatio,modo iam explicato,deficientibusq; omnino deſcendentibus legitimis,fiat tranſitus ad propinquiorẽ vltimo poſſeſſori in linea tranſuerſali,ab eodem antiquo tempore ſimul fuiſſe latam ab eisdem vetuſtis Legumlatoribus,perpetuoque vſque ad eadem tempora ſeruatam: vt docet Molina Ieſuita *d.diſp.576.n.5. in fin.*

5. Dicit lex: *E par eſcuſar muchos males que acaecieron* (alij textus perperã habent *aaeſcieron* alij *anecieron*) *e podrian aun ſer fechos, puſieron*, ipſi videlicet,qui regnum inſtituerunt iure ſanguinis; Molina *d.diſp.626.n.8. verſ. quod autem regnum,& n.21.*& paucis interiectis; *que el ſennorio de Reyno heredaſſen*,id eſt,ſuccederent in eo poſt aliorum mortẽ; idẽ *d.diſp.nu.*8. non quidem iure abſolute ac ciuiliter hereditario,ſed *heredar* hoc loco ſimulate capitur pro eo,ꝙ eſt ſuccedere ꝑ mortẽ alicuius in aliquo illius dominio,ſiue titulo heredis,ſiue aliquo alio. Qui loquendi modus frequens eſt in inſtitutionib. primogeniturarũ & maioratuũ,etiam in Hiſpano ſermone,vt annotat idẽ *d.diſp.626.n.9.verſ.ad confirmationẽ.*

6. Sequirur in lege: *Eporende* &c. hoc eſt, ideo, propterea; idem *dict. diſp. 626. n. 21.* Deinde, *pero ſi todos eſtos fallecieſſen*, lineæ videlicet deſcendentiũ ex vltimo poſſeſſore; idẽ *diſp. 627. in pr. & diſp. 628. verſ. vt vero vtraq;*. Pergitur; *deuieſſen heredar el Reyno el mas ꝓpinquo pariẽte*, vltimo videlicet poſſeſſori; idem *diſp. 626. verſ. 21. & d. diſp. 628. verſ. vt vero vtroq;*: vt deficientibus omnibus deſcendentibus vltimi poſſeſſoris, ſuccederet conſanguineus ſuperſtes illi proximior: quia hoc verbum plane vere propinquiorem ſonat ac ſignificat, non vero per repræſentationem & fictionem: idem *diſp. 627. n. 2. in pr.* Concluditur denique, *ſiendo ome* (alij, *ſeyendo hombre*) *para ello.* Quod ſuperius Imperator dixerat l. 9. tit. 1. part. 2. *Quando por heredamiento hereda los Reynos el fiio mayor, o alguno de los otros, que ſon mas propincos parientes a los Reyes, al tiempo de ſu finamiento.* Clarius vero adhuc in Lege Taurina, quæ ſequitur.

7. Carolus Rex Hiſpaniarum, & poſtea Romanorum Imperator Auguſtus eo nomine Quintus, in conuentu Ordinum Hiſpanorum Tauri anno M D V. congregato legem tulit, quæ eſt in decretis Taurinis 40, & habet in hunc modum:

En la ſucceſſion del mayorazgo, aun que el hyo mayor muera en vida del tenedor de mayorazgo, o de aquel a quien ꝑteneſce, ſi el tal hijo mayor dexare hijo, o nieto, o deſcendiente legitimo, eſtos tales deſcendientes del hijo mayor por ſu ordẽ ꝑfieran al hijo ſegũdo del dicho tenedor, o de aquel a quiẽ el dicho mayorazgo ꝑteneſcia. Loqual no ſolamente mãdamos que ſe guarde, y platiq̃ en la ſucceßiõ del mayorazgo a los aſcẽdiẽtes, pero aun en la ſucceßiõ de los mayorazgos a los tranſuerſales, de manera q̃ ſiempre el hijo, y ſus deſcẽdiẽtes legitimos por ſu ordẽ repreſentẽ la ꝑſona de ſus padres, aunq̃ ſus padres no ayã ſuccedido en los dichos mayorazgos, ſaluo ſi otra coſa eſtuuiere diſpueſta por el, q̃ primeramẽte conſtituyo, y ordeno el mayorazgo; q̃ ẽ tal caſo, mãdamos q̃ ſe guarde la volũtad del q̃ lo iſtituyo.

Hanc legem latine reddidit Fr. Hotomanus in *controuerſ. patr. & nepot. cap. vlt.* vbi *Mayorazgo* interpretatur maiora feuda, quorum ſucceſſio ad primogenitos pertinet. Sed nos verbum de verbo transferamus ex Gomezio: *In ſucceßione Maioratus, etiamſi maior natu filius è viuis decedat eo viuente, qui Maioratum tenet,* (id eſt, vt Hotom. reddidit, viuo feudi poſſeſſore) *aut is, ad quem pertinet; ſi eiuſmodi natu maior filius reliquerit ſuperſtitem filium, aut nepotem, aut deſcendentem legitimum, eiuſmodi*

deſcen-

deſcendentes natu maioris filij ſuo ordine præferantur filio ſecundo eius, qui Maioratum tenet, aut illius, ad quem pertinebat. Quod non ſolum præcipimus vt ſeruetur & fiat in ſucceſſione Maioratus erga aſcendentes, verum etiam erga tranſuerſales, ſic vt ſemper filius & eius deſcendentes legitimi ſuo ordine repræſentent perſonam parentum, etiamſi parentes non ſucceſſerint in prædictis maioratibus, niſi aliud fuerit conſtitutum per illum, qui Maioratum inſtituit atque ordinauit. Nam in eiuſmodi caſu præcipimus vt voluntas inſtitutoris ſeruetur. Cuius legis explicationem pete à Molina Iuriſconſulto *de Hiſpan. primigen. lib. 1. cap. 3. lib. 3. c. 6. & ſeq.* Hieron. Cæualos in *Pract. quæſt. comm. contra comm. tom. 3. q. 762. num. 16 18. 22. & ſeq. 93. 111. & ſeqq. 133. 137. 165. 169. 171. & ſeq.* Molina Ieſuita *de iuſt. & iur. tom. 3. part. 1. tract. 2. diſput. 626. nu. 21. diſp. 627. per tot. & diſp. 728.* Couarruuias *pract. quæſt. cap. vlt. n. 10.*

8. Quorum opinionem ſecutus Ioan. Mariana Ieſuita legem hanc ita interpretatur, vt in linea directa patri ſuccedat filius primogenitus vel nepos ex eo, vel pronepos, aut nemine horum exiſtente, ſecundogenitus, nepoſue ex eo vel pronepos &c. Quibus omnibus non extantibus ad agnatos ex latere defertur hereditas; vt nimirum ſuccedat propinquior & ætate maior, vel *in pari propinquitate eorum, qui defuncti ſceptra ambiunt, qui ætate, ſexu, virtutibus præſtantior eſt, ei regnum deferatur.* Tandem concludit; *Noſtra diſputatio ex ipſis naturæ principijs procedit & iure communi: quæ ratio Hiſpanorum moribus conſentanea eſt;* lib. 1. de Rege & Regis inſtitut. cap. 4.

9. Ait lex; *En vida del tenedor*) id eſt, viuo poſſeſſore. Nam poſſeſſionis prima ratio habetur, vt ſupra latius deductum eſt. Requiruntur enim hic duo, & quidem copulatiue ad cauſandam repræſentationem. Primum quod in vita poſſeſſoris Maioratus moriatur filius maior: Secundum, quod mors contingat filio maiori, quando eius pater, vel alius tranſuerſalis, cuius perſonam vult repræſentare nepos, ſit poſſeſſor: ita Cæuallos ad hæc verba legis in *pract. quæſt. comm. tom. 3. q. 762. n. 174.* Quæ omnia deficiunt in noſtro caſu, in quo nec Dux Fridericus Wilhelmus fuit poſſeſſor Electoratus, nec ipſe mortuus fuit in vita vltimi poſſeſſoris, tempore, quo haberet immediatam ſucceſſionem, vel ſpem probabilem ſuccedendi ex hac Lege Taurina, in qua nullum verbum debet eſſe ſuperfluum, & ſine effectu aliquid ope-

Digitized by Google

randi; *l. ſi quando, D de legat.* 1. Rolandus à Valle *conſil 61. num 4. volum.* 3. Cæuall. ſignanter ad noſtrum caſum *d. n.* 174. & in *Addition. ad nu.* 146. *fol.* 312.

10. Item, *à quien pertenece*) quod dicit, quia ſuccedituf non ei, qui maioratum tenet, ſi ad eum vere non pertineat; Molina Ieſuita *d. diſput.* 626. *num.* 21. quod propter Tyrannos & iniuſtos Inuaſores expreſſe adiectum videtur.

11. Additur, *à los tranſuerſales*) repræſentatio iuxta hanc legem in recta linea locum habet in infinitum: in collaterali inter agnatos non item; Mariana Ieſuita *d. lib.* 1. *de Rege & Regis inſtit. cap.* 4. vbi ſubijcit: *Reÿcienda repræſentatio quaſi iuris figmentum, neque extendenda ad ea, quæ expreſſa legibus inſtitutiſue populorum non ſunt.*

12. Sequitur, *no ayan ſuccedido*) quæ verba debent referri ad principium ipſius legis, vbi ſupponitur, quod in vita vltimi poſſeſſoris præmortua fuit perſona, quæ debet repræſentari; & tunc licet iſte nunquam ſucceſſerit in maioratu, & mortuus ſit, intrat eius locum nepos per repræſentationem; Cæuallos *d. q.* 762. *n.* 181. Quæ tum demum habet locum, ſi is, qui vult alium repræſentare, viuo eo conceptus eſt: alias enim ex perſona illius, quo viuo nondum conceptus eſt, in eius locum venire non poteſt; *l. Titius D. de ſuis & legitim. l.* 1. §. *ſi quis proximior, D. vnde cognat.* Forſterus *de ſucceſſ. ab inteſt. lib.* 4. *cap.* 22. *nu.* 11 Sequitur ergo quod etiam ex hac lege non procedat repræſentatio; *d. q.* 762. *num.* 81. cum fictio iuris nunquam procedat, niſi dentur duo extrema habilia, extremũ à quo, & extremum ad quem; Bartolus in *l. ſi is qui pro tempore, n.* 4. & 28. *D. ad l. Aquil.* At obijciunt, parentes omnia ſua vt bona, ſic iura cum generatione transfundunt in poſteros. Reſpondet Mariana d. loco: *Verum in iure quæſito; in futuro, ſi ſuperſtites ÿ eſſent, non item*, *propter verba huius legis, del denedor* &c.

13. Concluditur, *ſalua ſi otra coſa eſtuuiere* &c.) Atqui in Bullis noſtris exſertim proximior & ſenior vocatur in linea tranſuerſa. Qui caſus hac quoq; in parte pro diſpoſito habetur in hac lege Taurina; Cæuallos *d. quæſtion.* 762. *num.* 133. quia repræſentatio non habet locum, niſi in caſibus à iure expreſſis, cum procedat ex fictione, quæ nihil operatur, niſi in caſibus à iure (puta Aureæ Bullæ) deciſis, & nunquam contra voluntatem ſtatuentis; Eman. à Coſta in *tract. de patr. & nepot.*

Digitized by Google

*nepot.fol.*34. Molina Iuriſconſultus *lib.*3. *de Hiſpan. primigen. cap.* 8. *n.*5. Iohan. Lupus in *l.* 40. *Taur. n.*21. Caſtillo ad eandem *l.* 40. *verb. diſpueſta.* Porro Bulla præſcribens modum ſucceſſionis in Electoratibus, ſtatuit, vt deficientibus omnibus deſcendentibus vltimi poſſeſſoris ſuccederet is, qui illi reperiretur proximior in linea collaterali, vt habet lex Alphonſi ſuperior, ac proinde ea Bullæ cōſtitutio eſt ſeruanda iuxta hanc vltimam partem legis Taurinæ; Molina Ieſuita *diſp.*627 *n.*4.

14. Atq; ita ex declaratione iſthac legis Taurinæ fuiſſe iudicatum in Regio conſilio Philippi II. Hiſpaniarum Monarchæ potentiſſimi pro Comite de Salinas, in cauſſa Comitatus de Ciſuentas contra Ducem de Paſtrana eius conſobrinum, id eſt pro patruo contra nepotem, tradit Cæuallos *d. quæſt.*762. *n.*114. *& ſeqq.*

Capvt XXII.

Leges ſucceſſoriæ in Regno Luſitanico vel Portugallico.

1. QVia hoc Regnum à Gothis leges ſuas accepit, & pari iure cum Hiſpanis vtitur, viſum eſt eius quoq; Regni conſuetudinem cū Hiſpanicis inſtitutis coniungere, præſertim cum nunc in eiusdem Monarchæ ditionem ac poteſtatem redierit.

2. Primo loco occurrit Lex Mentalis, quam vocant, Ioannis Primi eo nomine Luſitanorum ſeu Portugalliæ Regis, quæ vocat maiorē natu, & lata eſt ad fauorem patrui, vt teſtantur viri Luſitani, Aluar. Valaſcus *de iure emphyt. q.* 50. Ant. Gama in *deciſ. Luſitan. deciſ.*307. Eman. à Coſta in *tract. de ſucceſſ. patr. & nepot.* Molina Ieſuita *diſput.* 576. *n.* 10. *& diſp.* 630. *per totum & diſp.* 632. & ante hos Decianus *conſil.*443. quē male in eo reprehendi à Carolo Molinæo (quem ille nouo Inquiſitorum vocabulo Modernum Pariſienſem vocat) affirmat Theſaurus *quæſt. practic. cap.*35 *n.*14. qui in Luſitania propter legem mentalem dicit iudicandum eſſe pro patruo, *num.* 43. à cuius opinione in linea collaterali non diſſentit, quanquam ab eo notatus, Iacobus à Saa in *tract. de primogen.*

3. Patris legē Mentalē in ſcriptum redegit Eduard⁹ filius, q̄ habetur in *Ordin. Luſitan. t.*17. *l.*2. & ſequentia cōtinet. In primis, vt donata à Regib. de bonis Coronæ Regni, licet donata alicui ſint, & omnib. illius deſcen-

Digitized by Google

ſcendentibus, aut heredibus, & ſucceſſoribus, & conceſſa ſint cum clauſula, vt diuidi inter eos non poſſint, cenſeantur legata vinculo maioratus, maneantque inalienabilia ac indiuiſa omnino, & per mortem vltimi poſſeſſoris deueniant integra ad filium illius legitimum maiorem natu ex ipſo relictum. Quod ſi vltimus poſſeſſor mortuus fuerit, nulla relicta ſobole legitima virili, deſcendente per lineam virilem, licet relinquat filias, aut ſobolem virilem ex filiabus, excluduntur tamen in ſucceſſione ab eis bonis, bonaque illa eo ipſo deuoluuntur ad Regni Coronam, eique reuniuntur. Multo minus in eis bonis ſuccedit frater vltimi poſſeſſoris, niſi illa iterum concedantur illi à Rege. Neque item in eis ſuccedit pater aut auus vltimi poſſeſſoris, niſi, ex facultate Regis, à tali patre aut auo adhuc viuente tranſijſſent ea bona ad vltimum poſſeſſorem. Nam tunc regrediuntur ad vltimum aſcendentem à quo fuerunt deriuata: & poſt mortem talis aſcendentis tranſeunt ad legitimam ſobolem ipſius virilem. 'A ſucceſſione etiam in eis bonis excluditur ſoboles omnis vltimi poſſeſſoris, quæ fuerit Ordinis ſacri, aut beneficiatus, atque vniuerſim omnis, qui de ſola Eccleſiæ iuriſdictione fuerit, licet ſoboles legitima illius virilis, ac per lineam virilem ſit. Ii Commendata ij, qui inhabiles non ſunt ad contrahendum matrimonium, perinde in eis bonis tam ipſi, quam ſoboles ipſorum, ſuccedunt, atque ſi Commendatarij non eſſent. Si vero inhabiles ſint ad matrimonium contrahendum, vt ſunt Commendatarij Ordinis D. Ioannis, licet ſuccedere poſſint, neque ipſa ſuccedant, ſi legitimi filij maiores natu vltimi poſſeſſoris ſint, neque vltimus poſſeſſor aliud à Rege obtinuerit: defunctis tamen eiuſmodi Commendatarijs, ea bona ſtatim ad Regiam Coronam deuoluuntur, eo quod habere non poſſint ſobolem legitimam. Vltimus tamen poſſeſſor eorum bonorum, parens eiuſmodi Commendatarij maioris natu, obtinere à Rege, dum viuit, poterit, vt non is ſuccedat, ſed proximior filius legitimus poſt eum Commendatarium; & tunc hic alius filius, & poſt eum ſoboles ipſius legitima virilis, ac per lineam virilem, quæ maior natu fuerit, ſuccedit. Hæc omnia habentur in dicta Lege Eduardi Regis *tit.* 17. *Ordination. Luſitaniæ l.* 2. §. 2. 3. 7. 8. 11. 12. 13. & 14. de quibus Molina Ieſuita *de iuſtit. & iure tom.* 3. *part.* 1. *tract.* 2. *diſput.* 576. *nu.* 10. *& diſput.* 630.

4 In

Digitized by Google

4. In eadem Lege Mentali, *Ordinat. lib. 2. tit. 17.* §. 1. de bonis primigenijs, ſeu vinculo maioratus alligatis, quo ad ſucceſſionem, ſic diſponitur:

Fiquem ſempre enteiramente, par morte do poſſuidos dos taes bonos è terras ao ſeu filho varam mayor, que delle fiquar.

Vbi vides vocari ad maioratum, non primogenitum, ſed filium ipſius poſſeſſoris maſculum maiorem natu, qui tempore mortis ipſius ſuperſtes fuerit, quicunque is fuerit, ſiue primo, ſiue ſecundo, aut tertiogenitus, & ſiue ſoboles ſuperſtes ſit ex anterioribus filijs defuncti, ſiue non. Filium enim præciſe vocat ipſiusmet poſſeſſoris & non nepotem, quando per mortem vltimi poſſeſſoris filius remanet; eumque filium illius ad eum maioratum vocat, qui inter eos, qui tempore patris fuerint ſuperſtites, maior natu ſit. Quare qualitates filij ipſius, & maioris ætatis, & quod ſuperſtes ſit tempore mortis ipſius, exigit in ſucceſſore, vt cæteris præponatur. Quod ſi § 3 ad excludendam fœminam à ſucceſſione in eiuſmodi bonis vinculatis, addit:

E quando per morte do puſſuidor, non fiquar tal filho varam, nemneto varam legitimo, filho de filho varam ledimo, e ficar filha &c.

vtique quando id, ad excludendam filiam, & ſobolem ex filia, addit, dum primo loco ponit, *tal filho*, hoc eſt, maiorem ætate inter eos, qui tempore mortis poſſeſſoris fuerint ſuperſtites. Quod eſſe non poteſt, niſi nullo prorſus filio remanente: & ſecundo loco addit, *nemneto varam legitimo, filho de filho varam lidimo*, proculdubio in primo gradu cõſtituit quemcunq; filium, & in ſecundo nepotem. Quare patruum nepoti præponit. Fertur vero, dum hic §. anno MDXIX. lectus fuiſſet coram Rege Emanuele, proauo Regis Sebaſtiani, & auo Regis Philippi II. Hiſpan. dixiſſe, perſpicuum omnino illum eſſe in fauorem patrui, referente Eman. à Coſta in *tract. de patruo & nepot. part. 1. n. 12.* & Aluar. Valaſco *de iure emphyteut. quæſt. 50. in fi.* Alia verba eiuſdem Legis Mentalis expendunt ijdem à Coſta & Valaſcus in fauorem patrui: ſatis autem ſit nos prædicta retuliſſe ex Molina Ieſuita *diſput. 630. verſ. comprobemus vero hac omnia.*

5. Denique Sebaſtianus Rex conſtituit anno Domini MDLVIII. eam legem, quæ habetur in Ordinat, Luſitan part. 6, tit. 1. l. 13. in hunc modum:

Digitized by Google

Ordenou el Rey noſſo Senhor, que de aquiem diante nos morgades, e bones vinculados de qualquer qualidade, ſucceda o parente, mais chegado ao vltimo poſſuidor, quando o prime iro inſtituidor nano declarat, ou diſpoſer; em otra maneria. Ena ſucceſano dos bienes dacorna, nanno hauera lugar eſta ley.e ſegardara a cerca diſſo a diſpoſitano das Ordenace aneſe das doacones dos ta es benes.

Quibus verbis declarat ac conſtituit, vt in maioratibus, in quib. proximior & maior vocatur, ſuccedat proximior conſanguineus vltimo poſſeſſori, licet remotior ſit primo inſtitutori; Molina Ieſuita *diſput.628. verſ.vt vero vtraque.*

6. Et Regem Emanuelem pro patruo contra nepotem iudicaſſe tam in primogenituræ diſpoſitione, quam ſimplici maioratu, tradit Aluar. Valaſcus *de iure Emphyteut.q.50.n.16.*

7. In ſumma, ex legibus & ordinationibus Regni Luſitani non eſſe locum repræſentationi in linea tranſuerſa, ſed patruum præferri nepoti, tenent ac ſentiunt Eman. à Coſta in *tract. de patruo & nepote part.1.n.9.& ſeqq.* Anton. Gama. *deciſ.174.* Aluar. Valaſcus *de iure emphyteut.d.q.50.n.13.& ſeqq.* Molina Ieſuita *diſp 630.diſp.631.& diſp.ſeq.* Theſaurus *quaſt.pract.& forenſ. q.35. n.35.& ſeq.* nec ipſe diffitetur Iacob. à Saa tantopere ab aliis commendatus in *tract.de primogenit.*

CAPVT XXIII.

Leges ſucceſſoriæ in Regnis Hunno-Pannonum, ſeu Hungaricis.

1. TAmetſi Regnum Hungaricum vulgo habeatur pro electiuo, tamen in eo ſemper ſucceſſiſſe Regios filios, & ijs deficientibus, agnatos proximiores ex ſtirpe Regia, ordine quodam ſucceſſiuo, cum approbatione tamen Procerum, (quæ ſimulachrum quod iam habet iuris electiui, vt *lib.3.* dicemus) colligitur manifeſte ex *c.licet*, *de voto & vot.redempt.* B. Anſelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi *Epiſtol. ad Coanglicanos Epiſcopos*, & Incerti Monachi Franciſcani *Stellario Coronæ benedictæ Virginis Mariæ, lib.12. part.vlt.cap.3.mirac. 4.* vbi narratur, quod *temporibus Karoli Regis Francorum quidam germanus Regis Hungariæ fuit*, &c. *Tandem moritur Rex Hungariæ abſque altero herede, & ideo à Regni*

gni Baronibus inducitur iſte iuuenis ad contrahendum, ne careret Regnum ſucceſſore. Nec ſucceſſiuum tantum, ſed & primogenium fuiſſe, tradunt Gloſſ. & Doctores ad *d. ca. licet*, Baldus in *l. ex hoc iure, D. de iuſtit. & iur.* Iohan. Sleidanus *lib. 6 Hiſtor.* Vinc. Cabotius *lib. 1. var. iuris diſputat. cap. 9.* Nicol. Berſius *de pact. famil. illuſtr. cap. 7. fol. 227.* Molina Iuriſconſultus *lib. 1. de Hiſpan. primig. cap. 9. n. 3. & ſeqq.* Arniſæus *de Republ. lib. 2 cap. 2. ſect. 8.*

2. Anno Domini MCLXIX. contigit, quod narrat Nicetas Choniates lib. 4 Annal. in princ. hiſce verbis: *Hunnorum Princeps Iazas* (id eſt Geyſa) *duos fratres habuit, Stephanum & Bladiſlhlabum, totidemque filios, Stephanum & Belam.* Et paulo poſt: *Hunnorum Regi Iaza placida morte defuncto, Stephanus filius in Principatu ſuccedit. At Imperator* (Manuel Conſtantinopolitanus) *eo caſu delectatus, initaque ratione, ſi Hunnorum Satrapia ad Stephanum affinem ſuum* (patruum ſcilicet Stephani nepotis ab Hungaris electi) *cui iure deberetur, tranſiret* &c. Ait, *iure*, ſcilicet maioris ætatis. Et Dubrauius Epiſcopus Olomucenſis *lib. 3. hiſtor. Bohem.* teſtatur, cum controuertentes Reges, patruus ſcilicet & nepos, in Imperatoris Manuelis arbitrium compromiſiſſent, illum pronunciaſſe: *Videri quod Stephanus Belæ, vti natu maior, Stephano iuniori debeat anteferri.* Videndus Anton. Bonfinius *rer. Hungar. decad. 2. libro ſexto. fol. 269.* & Thomas Iordanus in *annotation. ad Dubrauium.*

3. Anno Domini MCXCIX ſcribit Innocentius III. Papa Romanus ad Andream Ducem Regis Hungariæ fratrem ſecundogenitum: *Ne ſi onus tibi à patre iniunctum, & à te ſponte ſuſceptum, occaſione qualibet detrectaueris, paterna te reddas ſucceſſione indignum, & hereditatis emolumento priueris, cuius recuſaueris onera ſupportare: ſciturus extunc anathematis te vinculo ſubiacere, & iure, quod tibi, ſi dictus Rex ſine prole decederet, in Regno Hungarico competebat ordine genituræ, priuandum, & Regnum ipſum ad minorem fratrem tuum, appellatione poſtpoſita, deuoluendum.* Quæ verba extant inter Innocentij epiſtolas *lib. 1. epiſt. 10.* & in Gregorij IX. *decretalibus lib. 3 tit. 34. cap. 6.*

4. In pacto de ſucceſſione in Regno Hungariæ, inter Fridericum III. Imperatorem Auguſtum & Maximilianum I. Regem Romanorũ ex vna, & Vladislaum Regem Hungariæ Bohemiæq; ac Sigiſmundum

Digitized by Google

Regem Poloniæ ex altera parte, ſancito Budæ cum conſenſu Ordinũ, anno Domini MCCCCXCI. legitur in hunc modum:

Primo conuenimus, quod Sereniſſimus Dominus Vladislaus Rex deinceps pro vero & indubitato Vngariæ Rege: Regnumq; ipſum in heredes ſuos maſculos legitimos, ex lumbis ſuis procreatos, transſmittatur & deuoluatur:

Romanorum Rex aut ſui heredes, caſu, quo ipſe Vladislaus Rex ſine legitima prole maſculina ſuperſtite mortem obiret, in Vngariæ Regem accepteтur.

Conſeruatores ſacræ Coronæ iurabunt Romanorum Regi, eã Coronam, ſi accidat Dominum Vladislaum Regem ſine legitima prole decedere, nulla poſt eum maſculina relicta, modo quo ſupra dictum eſt, ad nullius manus dare, ſed pro coronatione ipſius Romanorum Regis, aut ſui ſanguinis ex ſe per lineam rectam deſcendentis, fideliter conſeruare.

Item, ſi Dominus Vladislaus Rex excederet ex humanis, herede maſculo annis minore relicto, conuentum eſt, quod hi, qui heredem talem iuxta Regni ordinationes & conſuetudines ſub tutela ſua tenebunt, pari modo & de nouo iurabunt, cum tutelam huiusmodi ſuſcipient, præſentem tractatum, quantum ad ſucceſſionem, manu tenere, & ſecundum illius tenorem viuere.

Heres inſuper ipſe, cum ad legitimam ætatem peruenerit, tenebitur omnia hic in præſenti tractatu concluſa, literis & ſigillis pro ſe & heredibus ſuis, antequam Regni gubernacula adſumet, roborare & confirmare. Et is modus ſeruandus erit de herede in heredem, & tutoribus eorundem, continuando quousque ſucceſſio ipſa in ſanguinem Romanorum Regis, ſi ſuperextat, deuoluatur.

Item, concluſum eſt: ſi Dominus Vladislaus Rex ſic, vti præmittitur, ſine heredibus maſculis decedens, filiam vnam, vel plures reliquerit, tenebitur Rex Romanorum, vel heredes eius, qui tunc Regno præficientur, easdem pro conſuetudine Regni honeſte dotare & maritare.

Item, ſi Dominus Vladislaus Rex ſic, vti præmittitur, ſine heredibus maſculis decederet, vxore ſua vidua relicta, tenebitur Romanorum Rex dotem ipſæ Viduæ, iuxta Regni conſuetudinem, debitam ſoluere. Ex integro idem concluſum intelligatur de heredibus ſuccedentibus heredibus

Digitized by Google

redibus Romanorum Regis, quotieſcunque viduas vxores poſt ſe ſuperſtites reliquerint.

Item conuentum eſt, ſi Regni Vngariæ hereditas modo prædicto in ſanguinem Cæſareum deuoluetur, quod is, qui iuxta capitula præfata à regnicolis Rex acceptabitur, vel eligetur, pro Regni defenſione & conſolatione quamprimum venire & accelerare debeat.

Quod iſti dicunt, *de herede in heredem*, hoc Innocentius Papa dixerat, *ordine genituræ*. Quando autem ſucceditur ordine ſucceſſiuo, tunc proximior in gradu debet ſuccedere; Pariſius *conſil.38. nu.17. & nu.29. lib.2.* Decianus *conſil.47.n.67.vol.1.* Hieron. Gabriel *conſil.86. nu.3.* Cæuallos *Pract.quæſt comm.contra comm.tom.3.q.762.n.68.& n.110.*

5. Hic autem eſt Vladislaus Rex Hungariæ & Bohemiæ, & Heres Poloniæ, qui in conuentu Ordinum Budæ celebrato Ius conſuetudinarium, à Magiſtro Stephano de Werbeuucz Nobili Hungaro compilatum, & vulgo *Tripartitum opus iuris conſuetudinarij* appellatur, anno Domini MDXIIII. confirmauit, & Regio nomine publicauit. In eius part.1, tit.47. ita ſtatuitur:

Vniuerſa huiuſmodi bona & iura poſſeſſionaria inter fratres diuiſa altero ipſorum heredibus carente, etiam poſt centum, ducentos, & etiam plures annos (ſi matrimonium quoque poſt quartum generationis ipſorum gradum inter eos, vel alterum eorum celebrata fuiſſent) in cæteros fratres ſuperſtites, & heredibus gaudentes, deuoluuntur: dummodo fratres ipſi in humanis agentes, per rectam generationis lineam, fratrem defunctum & heredibus deſtitutum, de ſua vera progenie fuiſſe, & cum progenitore illius in bonis & poſſeſſionarijs ab ipſo derelictis progenitores eorum diuiſionem habuiſſe vel feciſſe, valeant literali documento comprobare.

Quo loco *fratres* ſunt pro agnatis capiendi, vt ſuperiori libro docuimus. Explicatio autem modi in ſucceſſione hac collaterali agnatorum ſumenda eſt ex *tit.*117. vbi decernitur:

Qui in gradu lineæ conſanguinitatis propinquiores & proximiores, annisq; & ætate maiores eſſe dignoſcuntur.

Digitized by Google

CAPVT XXIV.

Iura & pacta ſucceſſoria in Italia.

1. ITalia non habet Regem, niſi Imperatorem, quodammodo in regulam abiuit Brocardicam. Regitur autem partim iure ciuili veterum Romanorum, partim Canonico, partim Imperiali. Quod poſtremum eſt triplex, Longobardicum, Francicum, & Modernum; Mart. Cruſius in *Annal. Sueu. part. 1. lib. 12. cap. 4.* Arniſæus *de Republ. lib. 2. cap. 2. ſect. 7. num. 61.* Nam hodieque Ordines Italiæ immediati iura ab Imperatoribus noſtris petere, & leges ſolent accipere. Subeſt & medium quoddam ius, Feudorum conſuetudinibus comprehenſum, quibus vniuerſa Italia vtitur in cauſis diiudicandis ac decernendis. Quarum deciſionum vnum atq; alterum exemplum apponemus, vt etiam ex illis eluceſcat caſus noſtri veritas & iuſtitia.

2. In Comitatu Corrigij, cuius Dominus eſt Princeps Imperij ac Vaſallus feudatarius, eſt pactum gentilitium ab Imperatore Friderico III. confirmatum, inter Illuſtriſſimos Dominos Corrigienſes, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis perpetuo obſeruandum, de integritate Comitatus conſeruanda, nec vnquam diuidendis caſtris, villis, & iurisdictionibus, ſed ſemper pro indiuiſis & vnitis tenendis, fructibus autem ſolis diuidendis: collata tunc & in futurum pro omni tempore adminiſtratione iurisdictionis & regiminis in vnum ſolum tantum, ſcilicet ætate maiorem, qui Principis nomen gerat. Cuius pacti & ſtatuti auctoritate per ſucceſſorium edictum ſingulis de familia quæſitum eſſe ius, pro iure ſcilicet maioratus, vt quiſque maior ſuccedere debeat per alterius maioris mortem: quod ex natura ſit conuentionum, vt acquiratur ius omnibus poſteris natis & naſcituris in perpetuum pro ordine primogenituræ & maioratus, ſcribit Anton. peregrinus *conſil. 3. vol. 3.*

3. Nobiliſſima eſt controuerſia Comitum Triuultiorum, à pleriſque omnibus Doctoribus celebrata, Italis, Germanis, Gallis, Hiſpanis, Ioannes Iacobus Triuultius diſpoſitionem fecit, in cuius prima parte,

Digitized by Google

parte, & ſubſtitutionibus factis de filijs, & deſcendentibus Ioannis Iacobi, heredis inſtituti, aperte voluit, filium eius in locum prædefuncti ſubintrare, dum eidem Ioanni Iacobo heredi ſubſtituit eius filium primogenitum, legitimum, & de legitimo matrimonio procreatum, vel eius primogeniti filium, ſi aderit; ſin minus, alium natu maiorem: Octau. Cacheranus *conſil.* 72. *num.* 6. Et vbi deficeret linea deſcendentium Ioannis Iacobi, ſubſtituit agnatum ſuum ſibi proximiorem maſculum maiorem ſucceſſiue, & ordine, quo ſupra; Cacheran. *conſil.* 71. *& ſeq.* Peregrin. *conſil.* 33. *num.* 13. *lib.* 2. Menochius *conſil.* 106. *lib.* 2. Poſt obitum vltimi poſſeſſoris, quæſtio moueri cœpit inter Franciſcũ Marchionem, & Georgium Comitem, filium Ioannis Firmi Comitis, in pari quidem gradu cum Franciſco exiſtentis, natu tamen maioris: Vter ſcilicet eorum vltimo defuncto debeat ſuccedere, num Marchio Franciſcus, tanquam proximior & ætate maior, an Georgius Comes iure repræſentationis? Quæſtio planiſſime ad noſtrum caſum, quem agitamus. Namque Ioannes Firmus & Franciſcus in eodem decimo erant agnationis gradu conſtituti; Cacheran. *dict. conſil* 72. *numer.* 7. *verſ. veruntamen*, in quo Illuſtriſſimi noſtri Principes nunc verſantur. Et tamen Regius Senatus Mediolanenſis prudentiſſimo iuſtoque iudicio; Cacheran. *dict. conſil.* 7. *in princip.* pro Marchione Franciſco, tanquam proximiore & ſeniore, iudicauit; Petrus Placentinus *de prohibit. fideicommiſſ. quæſt.* 11. *numer.* 585. Peregrin. *dict. conſil.* 33. *in fin. lib.* 2.

4. Illuſtris Dominus Ioannes Rotarius Aſtenſis, Comes Reuigliaſchi, cupiens poſteritati ſuæ prouidere, anno Domini MDXXIII. condidit teſtamentum; in quo inſtituto filio Roberto vniuerſali herede, eidem decedenti ſine filijs maſculis, ac filijs filiorum ſuorum maſculis, ſubſtituit nepotem ex fratre, & ſucceſſiue filium maſculum primogenitum, & iura primogenituræ tenentem; & ipſis omnibus decedentibus ſine filijs maſculis, ſubſtituit proximiorem de domo de Rotarijs, qui reperietur tenere locum primogeniti, ac iura primogenituræ habere. Nam poſt lineam maſculinam eiuſdem teſtatoris, vocauit primogenitos ex fratre deſcendentes iuxta eundem ordinem primogenituræ: inde proximiorem de domo de Rotarijs; poſt eum, antiquiorem de illa domo ſub eodem ordine; prohibendo alie-

Digitized by Google

alienationem bonorum,ad effectum,vt perueniant ad primogenitum in infinitum,& vt bona in proximiorem & antiquiorem de illa domo de Rotarijs habeant deuenire; Anton. Theſaurus in *quæſt.forenſ.& pract. q.34.in princ.* qui aſſerit,poſt multas diſputationes,re bene intellecta & diſcuſſa,pronunciatum fuiſſe in Senatu Pedemontano, anno MDCV. declarando veniſſe caſum primogenituræ in perſonam L. Syllæ Comitis ſecundogeniti per mortem Roberti primigeniti, excluſo nepote actore; *d.q.34.n.40.in fin.*

5. Albertus de Bardis diſpoſitionem fecit,in qua legitur: *Et caſu, quo Angelus filius & eius deſcendentes,vt ſupra,vocati, & instituti, & ſubſtituti,omnes deficerent & decederent,ita quod nullus ex eis extet,extaret, vel extare poſſet,tunc & eo caſu inſtituit & ſubſtituit maiorem natu tunc exiſtentem in familia de Bardis* &c.Decius *conſil.227.n.2.*Socinus *conſil.182.n.3.lib.2.* Cacheranus *conſil.74.n.12.& n.49.verſ.non deniq;.*

6. Comes Maregulati diſpoſitionem fecit,in qua heredem inſtituit N.Comitem Maregulati, eique ſubſtituit primogenitum filium maſculum Comitem Maregulati & ſubiunxit: *Vel eo primogenito prædefuncto,maiorem natu ſuperſtitem ex filijs Comitis Maregulati*: Peregrinus *conſil.39.n.17.lib.1.* Hunc enim ſeruari voluit ordinem,vt qui ex eis maior natu ſupereſſet tempore mortis Comitis Maregulati,is ſuccederet in ſuis bonis. Admiſſo autem filio maiore natu exiſtente tempore mortis,huic ſubſtituit eiusdem ſic admiſſi filium primogenitum, & ſic de primogenito & maiore natu in alium donec extiterint de linea huius admiſſi; Peregrin. *n.18.verſ.ſecundo principaliter.* Item,intentionem ſuam eſſe,vt eius hereditas poſt Comitis Maregulati obitum deueniat ad illius primogenitum ſeu maiorem natu maſculum, & deinde ad illius maiorem natu gradatim, & in infinitum, donec ex ea linea extiterint deſcendentes; idem,*n.19.* Controuerti cœpit poſt Comitis Maregulati obitum, inter Achillem Comitem SanBonifacij patruum,& Franciſcum nepotem ex primogenito. Pro patruo conſuluerunt & reſponderunt Menochius,Pancirolus,Spannochius,Glauarinus,Mattheacius,Zonca,& Fabius Nichiſola Veronenſis, pro quo & iudicatū, ceu proximiori & maiori,refert Peregrin.*conſil.33.n.15.lib.2.*

7. Magnificus Pagianus Abdua diſpoſitionem fecit, in qua primogenituram quandam inſtituit in perſonam Rainaldi filij ſui his verbis: *Et cum*

Digitized by Google

Et cum cõditione ſeu qualitate, quod tranſeant poſt eum ad eius primogenitum, & ſucceßiue in primogenitum primogeniti. Et deficiente ipſius Raynaldi linea, ſuccedat maior natu alterius filij mei natu maioris, eo modo prout de Domino Raynaldo, & iterum de alijs filijs meis, & vbi deficeret linea mea, volo, quod diſponatur de ipſo feudo in omnibus & per omnia, prout de alijs bonis meis infra diſpoſui. Deficiente omni linea deſcendentium ſuorum maſculorum legitimorum & naturalium, eo in caſu inſtituit & ſubſtituit omni meliori modo, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, primogenitum maſculum legitimum & naturalem Magnifici Domini Ioannis Antonij fratris ſui, & eius primogeniti omnem lineam maſculinam legitimam, vt ſupra: intelligendo tamen ſemper, quod primogenitus primogeniti præfati Domini Ioannis Antonij, & quilibet alius primogenitus ordine ſucceſſiuo ſuccedat vſque in infinitum. Sed quod primogenitus, qui reperiretur capax, excludat quoſcunque alios genitos, ita & taliter quod filius ſiue nepos, & omnis deſcendens primogeniti vel natu maioris præferatur, ſi ſuperuixiſſet: quia ſuæ intentionis eſt, quod deficiente ſua linea maſculina habeat vnicum heredem in perſonam deſcendentium ex præfato Ioanne Antonio fratre ſuo, quamdiu aliquis ex eius linea maſculina legitima, vt ſupra, extabit. Extincta autem deſcendentia maſculina Domini Ioannis Antonij, ſubſtituit deſcendentes maſculos de legitimo matrimonio Domini Eraſmi fratris ſui in omnibus & per omnia, & cum illis modis, formis, conditionibus, fideicommiſſis, & omnibus qualitatibus, etiam primogenitura, prout vocauit deſcendentes Domini Ioannis Antonij; ita & taliter, quod filius, ſiue nepos, & omnis deſcendens primogeniti, vel natu maioris præferatur illi, cui pater vel aſcendens prælatus fuiſſet, ſi ſuperuixiſſet; Peregrin. *conſil.33.lib.2.* Mortuo vltimo poſſeſſore, ſuperabant duo patrueles gradu æquales, Ambroſius natu minor ex primogenito, & Benedictus natu maior ex ſecundogenito progenitus. Et pro Benedicto propter ætatis qualitatem in caſu contingentię verificatam, fuiſſe deciſum, refert Peregrin. *conſil. 33. num. 13. verſ. re tamen diligenter.*

8. In ſumma, cum proximior & ſenior vocatur, non dari repræſentationem, ſed naturaliter proximiorem & ſeniorem tum, cum caſus contingit, admittendum eſſe, in Senatu Pedemontano, cuius Princeps

Digitized by Google

prætendit Vicariatum in Italia, iudicatum fuiſſe refert Anton. Theſaurus in *Deciſion. Pedemont. deciſ. 65. num.* 1. *& ſeq.* vbi dicit hanc in Italia eſſe opinionem magis communem; quem ſequitur Cæuallos *pract. quæſt. comm. contra comm. tom. 3. quæſt. 762. num.* 122. Et iuxta quam eandem opinionem Collegium Patauinum conſuluit ac reſpondit pro prærogatiua Illuſtriſſimorum Principum Vinarienſium contra Aldenburgenſes, vt videre eſt apud Peregrinum *Reſponſor. lib.* 4. *conſil.* 1.

CAPVT XXV.

Leges ſucceſſoriæ ex iure & conſuetudinibus Feudorum.

1. RECte atque ordine Italorum pactis hereditarijs ſubijcio Feudorum Conſuetudines, quæ ab illis ſunt profectæ. Quarum origo à Germanis cœpit, cum Hunni, Heruli ſiue Saxones, Gothi, Longobardi, & Franci Italiæ dominarentur: mirifice poſteà à noſtris Imperatoribus auctæ, amplificatæ, & certum redactæ in ordinem. A' quibus num diſceſſerit & diuerſum abierit Aureæ Bullæ decretum, impræſentiarum videamus.

2. Lib. 1. tit. 8. de ſucceſſ. feudi in princip. ſtatuitur in hunc modum de feudo diuiduo & partibili:

> *Si quis deceſſerit filijs & filiabus ſuperſtitibus, ſuccedunt tantum filij æqualiter, vel nepotes ex filio, loco ſui patris, nulla ordinatione defuncti in feudo manente vel valente.*

In limite tranſuerſo non eſt repræſentationi locus, vt recte hic notauit Cuiac. niſi fratrum iam mortuorum filijs, qui ſuccedunt cum fratribus defuncti, patruis ſuis. In limite directo liberorum eſt repræſentationi locus in infinitum, vt ſi ſit filius, & ex alio filio iam antea mortuo nepos. ſimul vterque ſuccedit in feudum & in alodem, & ſic deinceps cæteri pro ſtirpibus, non pro capitibus. Atque ad hunc caſum referenda eſt Othonis Primi Imperatoris ordinatio gladiatorio certamine verificata, vt nepos cum patruo in hereditatem aui pariter ſuccedat, quemadmodum hic recte annotauit idem doctiſſimus Cuiacius.

3. Eo-

Digitized by Google

3. Eodem lib. 1. tit. 14. de feudo Marchiæ, vel Ducatus, vel Comitatus, propius ad noſtrum caſum accedit Gerardus Niger Conſul Mediolanenſis, eius libri Compilator, cum dicit:

Si Capitanei vel Valuaſores maiores vel minores inueſtiti fuerint de beneficio, filij vel nepotes ex parte filiorum ſuccedunt. Si vero vnus ex ijs filijs vel nepotibus ſine deſcendentibus maſculini ſexus heredibus mortuus fuerit, prædicti fratres vel nepotes per inueſtituram patris & aui in beneficio ſuccedunt. Et ſimiliter intelligendum eſt in Conſobrinis.

Ait, *ex parte filiorum*, id eſt, patrum ſuorum. Deinde *prædicti*, ſcilicet filij vel nepotis mortui. Deinde, *in Conſobrinis*, id eſt, patruelibus. Senſus eſt: In Marchionatu, Ducatu, Comitatu, cæteriſque feudis regalibus filius natu maior ſuccedit. Sed ſi Marchio, Dux, Comes &c. habuerit feudum non regale, in eo nepotes cum patruis æqualiter ſuccedent, vt modo dictum. Quod ſi cui ex liberis in ſolidum obuenerit ex diuiſione, & is mortuus fuerit ſine liberis, iterum concurrent nepotes cum patruis. Si vero nepos feudum obtinuerit, & ſine prole defunctus patruum atque patruelem reliquerit, non concurret cum patruo nepos in ſucceſſione nepotis, quia patruus patrueli proximior eſt. Quod pari ratione de feudo Regali Ducatus, Marchionatus & Comitatus intelligendum eſſe, inſcriptio tituli euidenter indicat. Videndus Cuiac. *lib. 1. feud. tit.* 10.

4. Lib. 2. tit. 11. de ſucceſſ. fratr. vel gradib. ſucced. in feud. Obertus de Orto Conſul Mediolanenſis ſcribit in hæc verba:

Mortuo eo, qui beneficium tenebat, prima cauſa liberorum eſt. Filijs enim exiſtentibus maſculis, vel ex filio nepotibus, vel deinceps per maſculinum ſexum deſcendentibus, cæteri remouentur agnati.

His vero deficientibus, vocantur primo fratres cum fratrum præmortuorum filijs, deinde agnati vlteriores.

Vbi videmus in directo limite in infinitum eſſe repræſentationi locum, qua cæteri remoueantur agnati: in collaterali limite ſolis fratrum filijs illud ius competere: vlteriores vero agnatos, cuiuſmodi ſunt noſtri Duces patrueles, ſingulos ex ſua propria perſona ſuccedere. Quod etiam in iure primogenituræ vſurpatum eſſe, ad hunc tit. obſeruauit Cuiac. *lib. 2. feud. tit.* 11. & aſſerit Iohan. Iulius Montenſis in *diſcurſu vere iuridico de ſucceſſ. Iuliacenſ.*

Digitized by Google

5 Eodem lib. 2.tit.50. de nat. ſucceſſ. feud. ſtatuitur ſuper ordine ſucceſſiuo in modum,qui ſequitur:

Succeſſionis feudi talis eſt natura, quod aſcendentes non ſuccedunt; verbi gratia; Pater filio. Inferius vero filius patri ſuccedit, & non filia: & ſic vſq; in infinitum,ſi feudum ſit paternum. Paternum autem voco, quicunq; ex ſuperioribus id acquiſiuit, dummodo ſcias, quod ſi quis habens beneficium,quatuor ſuperſtitibus filijs decedat,& feudum ad vnum ſolum ex diuiſione deueniat; & iſte ſuperſtitibus filiis duobus vel tribus decedat,qui patrueles dicuntur, & ad vnum eorum beneficium feudi ex diuiſione perueniat: & ſimiliter iſte ſuperſtitibus filiis decedat,ad quorum vnum feudum ſimiliter peruenerit.ſicut etiam ex aliis ſuperioribus vel primis fratribus ſuperſunt maſculi.ſi ille qui feudum habet, deceſſerit nullo filio relicto, an ad omnes, vel ad quos perueniat, quaritur? Reſpondeo, ad ſolos & ad omnes, qui ex illa linea ſunt,ex qua iſte fuit. Iſti vero proximiores eſſe dicuntur, reſpectu aliarum linearum. Sed omnibus ex hac linea deficientibus omnes alia linea aqualiter vocantur.

Nihil verius dici aut ſcribi potuit. Quamdiu enim durat linea Electoralis,tamdiu cæteræ lineæ remouentur. Ea vero deficiente, non quidem omnes lineæ pariter vocantur, vt hoc loco de diuiduis feudis ſtatuitur,ſed qui in omnibus lineis proximior & ſenior inuenitur. Manifeſta applicatio,& qua nihil certius.

6. Eodem lib.2.tit.95.conſimilem pene habes facti ſpeciem, & deciſionem eandem Sic enim ibi legitur:

Quidam Dominus habens beneficium, reliquit duos filios, & vnusquisq; ipſorum habuit duos vel tres filios: vnus illorum fratrum deceßit, vna tantum filia relicta: portionem illius non ad omnes ſuperſtites,ſed ad patruos illius & ſuis poſterioribus pertinere dicimus.

Ait textus, *vnus illorum fratrum*, ſcilicet patruelium qui fratrum loco cenſentur, & inde *fratrueles* quoque appellantur, vt ſuperiori libro docuimus, & infra latius deducemus.Huius ergo filiæ portio,quæ in feudis non poteſt ſuccedere,patruo eius tantum accreſcit, non cæteris æqualiter patris ſui fratruelibus: quia frater germanus propior ac coniunctior eſt,quam frater patruelis. Hæc ex moribus Longobardorum in Italia: quorum inſtituto vides proximitati primas ſemper fuiſſe delatas.

7.Atque

Digitized by Google

7. Atque ita explicatis varijs variarum gentium Germanicarum ſuper ſucceſſione regalium hereditatum moribus, inſtitutis, conſuetudinibus, legibus, conſtitutionibus, ordinationibus ſanctionibus, decretis & pactis gentilitijs, quæ omnia ac ſingula non tam ad caſum proprie noſtrum examinauimus, quam ad verba & mentem Aureæ Bullæ diligentius perpendendam ac trutinandam propoſuimus: Tempus nunc eſt, vt, quod ſupra in nos recepimus, tandem præſtemus, & quo pacto iura, Diuinum, Canonicum ac Ciuile cum eadem Aurea Bulla conueniant, & in quantum noſtro caſui illa faueant, in ſequentibus videamus.

Capvt XXVI.

Lex DEI ſeu Moſaica de iure ſucceſſionis & primogenituræ.

1. DE primigeniti iure ac prærogatiua ſic præcipit Moſes ex Iehouæ DEI mandato Deuteron. cap. 21. verſ. 15 & ſeqq.

Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam & alteram odioſam, genueritque ex eis liberos, & fuerit filius odioſæ primogenitus, volueritque ſubſtantiam inter filios ſuos diuidere, non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre odioſæ ſed filium odioſæ agnoſcet primogenitum, dabitque ei de his, quæ habuerit, cuncta duplicia. Iſte enim eſt principium liberorum eius; & huic debentur primogenita.

Eandem legem vberius recitat Ioſephus *lib. 4. Antiquit. Iudaic. cap. 6.* Quod ait, *ſubſtantiam inter filios diuidere*, eſt, quod Pragmatici noſtri dicunt, diſpoſitionem facere teſtamentariam, quid de rebus ſuis fieri velit. Quod ait, *principium liberorum*, rectius alij ex Hebræo reſtituunt, *principium virium*; Caſtalio, Tremellius, Iunius, & ante eos D. Lutherus in Germanica translatione. Eſt enim, quod Iacobus de Rubeno primogenito ſuo dicit Geneſ. 49. *Tu fortitudo mea, & principium dolorum mei.* Verbum autem *primogenita* in fine poſitum ſignificat primogenituram, vel ius primogeniti; Brito in *Vocabulario*, Balbus *Catholico*: ſeu primogenituræ; Author *Vocabularij Breuiloqui*, id eſt, dignitates, quas præcipuas habebat filius primogenitus; Brito in *d. Vocabulario*, & Autor *Vocabularij Prædicantium*; videlicet duplicem portionem bo-

Digitized by Google

uorum, hoc eſt, alteram tantam, quam alius frater percipiebat: nec non ius Sacerdotij, & imperium ſeu poteſtatem in fratres, aliasque dignitates ac honores, de quibus conſulendi, Philo Iudæus in *libro de ſacrificio Abel & Cain, & lib.2. legis allegoriar.* Ioſephus *lib.1. antiq. Iudaic.cap.19.* Cyprianus Epiſcopus Carthaginenſis *lib.2. aduerſus Iudaos cap.1.* Origenes Adamantius *homil.4. in Exod.* Cyrillus Patriarcha Alexandrinus in *dial. de Trinit.lib.4. & comm.in Geneſ.lib.2. de Cain*, Hilarius Epiſcopus Pictauienſis in *Matthaeum cap.1.* Ambroſius Archiepiſcopus Mediolanenſis in *Epiſt.ad Coloſſ. cap. 1.* Auguſtinus Epiſcopus Hipponenſis in *Decalogi expoſit. ad popul.* Ioannes Caſſianus *de Incarnat. Domini lib.5.* Eugyppius Abbas in *Theſaur.tom.2.cap. 115.* Hildephonſus Archiepiſcopus Toletanus in *ſerm. de parturit. & purificat. B. Mariæ Virginis*, Rabanus Maurus Archiepiſcopus Moguntinus *Comment.in Numer.cap.17.* Petrus Damianus Epiſcopus Hoſtienſis & Cardinal.Roman.*lib.6.epiſt.11 ad Abbates & Monachos*, Petr.Comeſtor in *Hiſtor. Scholaſt. ſuper Geneſ.cap. 25.* Author incertus in *Dormi ſecure part.2. de Sanctis ſerm. 9. de S. Stephano lit. L.* Petr. Berchorius in *repert.moral.figurar.Biblia in Exod.cap.14.lit.V.& in Iob cap.1. lit. L.* Iac. Parem Epiſcopus Chriſtopolitanus in *Pſalm.*88 Martin Bucerus *comment.in Ioannis Euangel. cap.1. v.1.* Franc. Vatablus *annotat in Geneſ. cap.25.num.24.* Petr. Artopœus *aphoriſm. in Geneſ.cap. 5. & cap. 38.* Imman. Tremellius *annot in Geneſ. c. 49. verſ.3.* Gul. Stuckius *lib. 1. antiquit. conuiuial. c.19.* Thomas Milles *de Nobilit. polit.c.2.* Auguſtin. Torniellus *annal. ſacror. & profan. anno ab orbe condito MMCCXXIII. in tertia Mundi ætate, anno III. n.2* Franc. Loryotus *aux Secrets moraux lib. 4. q.33. in pr.* Iſaac. Caſaubonus *exercit.1. in apparatum Cardin. Baronii cap. 2. n.3.* & ex noſtris Doctoribus Petr. de Gregorio Meſſanenſ. *de conceſſ. feud.part.4.q.2.n.27.* Sigiſmund. Loffredus in *paraphraſ.feud. in. §. præterea Ducatus in addit.verſ.accedat ad hoc*, Ioan. le Cirier in *tract. de primogen.lib.1.q.1.& ſeqq.& lib.2. q. 2.* Martinus de Cazarijs Laudenſ. in *tract.de primogen.q.1.& ſeq.* Tiraquellus *de iure primigen.in præfat. nu. 12.* Anton. Gomezius ad *l. 40.Tauri.num.1*, Burgos Salon de Paz in *proœm. leg.Taur.n.9. & ſeq.* Did. de Simancas Epiſcopus Pacenſis *de Cathol. inſtit. cap.9. de bon.hæret.num. 125. & lib.1. de primigen. Hiſpan.cap.1.* Molina IC. *de Hiſpan. primigen.lib.1.cap.1.num.6. & cap. 2. num. 3.* Molina

Ieſuita

Ieſuita *de iuſtit. & iure tom.3.part.1.tract.2.diſp.628.num.1.* Nicol. Sudorius *lib.2 Diſput.ciuil.cap.1.* Ann.Robertus *Rer. iudicat. lib. 1. cap. 15.* Marra Neapolit. *de iurisdict.part. 4.cent.1.caſ.23.num.1. & ſeqq.* Nicol. Berſius *de pact.famil.illuſtr. cap. 4.fol.66. & ſeq. & fol. 760. in fi.* Arniſæus *de Republ.lib. 2.cap.2.ſect.8. num. 86.* Befoldus *diſp.nomicopol. lib. 1. diſſ. 4. num. 7.* Et hæc quidem ad legem diuinam de iure primogenituræ.

2. Altera lex habetur in Numer. cap.27.v.8.& ſeqq. quæ ſuperioris illius legis eſt præcipua declaratio, quo ad ius ſuccedendi in primogenituræ dignitatem. Eius hæc ſunt verba:

> *Homo ſi mortuus fuerit, & filius non fuerit ei, dabitis hereditatem eius filiæ eius. Quod ſi non fuerint ei filia, dabitis hereditatem fratri eius. Quod ſi non fuerint ei fratres, dabitis hereditatem fratri patris eius. Quod ſi non fuerint ei fratres patris eius, dabitis hereditatem domeſtico, qui fuerit propinquior illi ex tribu ſua, & capiat hereditatem eius, & erit hoc filiis Iſrael iuſtificatio iudicij, ſicut conſtituit Dominus Moyſi.*

Ecce, primo loco vocatur filia; dein frater; tum patruus; quibus omnibus non extantibus, proximior agnatus, qui de eius domo (id eſt gente ſeu familia) ad eum propinquitate proxime accedit; Caſtalio *hoc loco.* Namque *Domeſticus* à *domo*, (Italis *caſa* vel *cippo*, Gallis *maiſon*, Germanis Hauß) dicitur, pro gentili ſeu agnato familiæ, Eraſmus in *Annotat.ad c.2. Lucæ Euangel.* Theod.Beza *ibidem*, Pariſius *conſil.35.n.3.lib.3.* Forſterus *de ſucceſſ.ab inteſt. lib 3.c.25.n.21.& ſeqq.* Simon de Prætis *de interpret.vltim.volunt.lib.3.* Ergo etiam iure diuino, voce ipſius Iehouæ Optimi Maximi conſtituto, qui fons & ſcaturigo eſt omnis Iuſtitiæ, quin ipſamet iuſtitia, deficientibus omnino deſcendentibus vltimi poſſeſſoris, tranſire debent bona ad conſanguineos maſculos per lineam virilem collaterales proximiores in gradu eiuſdem tribus, familiæ, & cognationis; Molina Ieſuita *d. diſput. 725.num. 1.* Quos ſucceſſionum gradus eleganter explicat Origenes vetuſtiſſimus autor, homil. 22. in Numer. *Poſt hæc*, infit, *ponitur lex DEI de ſucceſſione, vt primo filius; filia ſecundo in loco ſuccedat; tertio frater; quarto patris frater; quintus vero gradus certum aliquem non deſignat, ſed quisquis illi propinquior ex omni familia fuerit, vt ipſe ſuccedat.*

In his

In his tam integer & perfectus eſt hiſtoriæ ſenſus, vt nihil requirere videatur extrinſecus.

3. In Iudaica enim ſucceſſione id quoque obſeruatum, vt graduum propinquitas ſedulo atque ſtricte attenderetur: vt primo loco frater, ſi hic non eſſet, proximior, & inter æquales ſenior agnatus vocaretur; Raph. Eglinus in *Genealog. Dom. noſtri Ieſu Chriſti, n.21.n.46. & ſeqq. n.125.* idque ratione primogenituræ; *d.nu.21.in fin.& num.51.* & Sylueſter Steierus in *Geneal. Chriſti lib.2.* Cuius exemplum habemus de filiabus Salphaad, quæ nupſerunt patruelibus ſuis, vt primogenita Salphaadi ius primogenituræ tranſtulerit ad primogenitum patrui ſui, vt vult idem Eglinus, *n.44.*

4. Quo primogenituræ reſpectu legem hanc Moſaicam etiam ad ſucceſſiones noſtrorum Regnorum pertinere aſſerit E D. L. in *Apologia Catholic. cap. 2. num. 18. verſ. 35.* & cum iure Francorum conuenire, tradit Carol. de Graſſalio *lib.1. regalium Franciæ c. 17. n.2.*

5. Atqui hoc iure diuino, in quo poſt liberorum gradum fratres proxime vocantur, aliosq; omnes excludunt, repræſentatio nullum habet locum; Anton. Robertus *lib.3. rer. iudicat. cap.15.* Cuius opinionem diuino decreto confirmatam legimus in libello Ruth *cap.3. v.12. & cap.4. n.4* vbi Tob patruus tertiogenitus, qui καθ' ἐξοχὴν *propinquus* dicitur, ex lege Moſaica præfertur Boozo nepoti ſuo ex fratre Salmane primogenito in iure protimiſeos, quemadmodum erudite docet Ianus Druſius *comment. in Ruth, cap.3. v.13.* nec prius nepos admitti potuit, quam patruus iuri ſuo renunciaret; *d.c 4. Ruth.* & Ioſephus *lib. 5. antiq. Iudaic. c.11.* Si ius repræſentationis, aut talis linearum diſtinctio perſonata obſeruanda fuiſſet, qualem hodie confingunt, nemo dubitabit, quin Boozo patrueli, qui nimirum mortuo patre iam primogeniti locum & gradum ingreſſus erat, ius protimiſeos competeret. Is vero ſancte negauit ſibi licere ius proximiori & ſeniori agnato, nempe patruo, qui vno agnationis gradu propior erat, præripere; *d. cap. 3. num. 12.* Steierus in *Genealog. Chriſti lib.2. claſſ. 2. & lib.3.*

6. Ex quibus abunde conſtat quid iuris fuerit in ſucceſſione Principum Sacerdotum apud Iſraelitas. De qua Hegeſippus lib.2. de excid. Hieroſolym. c.12. ita commentatur: *A principio Aaron ſummus Sacerdos fuit, qui ad filios ſuos ex voluntate DEI vnctione legitima tranſmiſit*

Sacer-

Digitized by Google

Sacerdotij prærogatiuam; à quibus per ordinem ſucceſſionis conſtituti ſunt Principatum Sacerdotij gerentes. Vnde patrio more conualuit, neminem fieri Principem Sacerdotum, niſi qui eſſet ex ſanguine Aaron: cui primo ius iſtiuſmodi delatum eſt Sacerdotij. Alterius autem generis Viro, nec Regi quidem non liceret ſuccedere, &c. Quod ius primum violaſſe Herodem, ſcribit Fulbertus Carnotenſis Epiſcopus in Serm. contra Iudæos, inquiens: *Herodes poſtquam regnum Iudæorum à Romanis accepit, antiquo iure, hoc eſt, per legitimam ſucceſſionem generis, non conſtituebat Pontifices, ſed promiſcue quibusque ignobilibus Sacerdotia promittebat ad tempus.*

7. De Principum quoque & Regum ſucceſſione memorat idem Hegeſippus in prolog. hiſtor. *Ideo per Principes ductum Hebræorum genus omne conſideremus, vt liquido clareat, vtrum à fœmoribus* (alij codd. habent, *ſenioribus*) *Iuda nuſquam generationis eius ſucceſſio claudicauerit: an vero offenderit in Principum ſerie*, &c. Quem deinde Principum ac Ducum ordinem Iudæ ſucceſſionis ſubijcit, ſatis declarat, inter illos quidem filios parentibus; illis vero non extantibus ſeniores ex familia ad Principatum fuiſſe vocatos. Et tamen Regnum Hebræorum fuiſſe primigenium, teſtatur Cabotius *lib.1. var. iuris diſputat. cap.* 11. Io. Bapt. Gramaye in *Aſia ſiue hiſt. vniuerſ. Aſiatic. fol.* 97. *& ſeq. & fol.* 100. Petr. Nannius in *Scholijs ad D. Ambroſij lib. 7. epiſt.* 44. *num.* 12. Bodinus *de Republica. lib. 6. cap.* 5. Arniſæus *de Republ. lib.* 2. *cap.* 2. *ſect.* 8. *num.* 20. *& ſeqq.*

8. Nec aliud notamus vſuueniſſe, etiam iuncto Regno cum Sacerdotio. Namque lib. 1. cap. 2. dicit Hegeſip. Ariſtobulum Regem factum etiam contra patris teſtamentum, quippe *cui inter fratres ætas provectior, nec partem ponere cæteris contentus fratribus, ſolum Antigonum honoris ſpe mulcebat.* Et cap. 9. de Regina matre: *Regem conſtituit Alexandrum* (qui erat tertiogenitus) *cui & procera ætas, & moderatio ſuffragari æſtimabatur*: defunctis ſcilicet anterioribus fratribus. Et lib. 1. cap. 12. de Alexandra Regina matre: *Ex duobus liberis electus vnus ad ſpeciem regnandi, non poteſtatem, Hyrcanus vocabulo, natu ſenior: Ariſtobulum vero expertem poteſtatis, emolliebat priuati humilitate.* Cui concinit Rufinus Aquilegienſis in Hiſtor. belli Iudaici hiſce verbis: *Natu quidem maximum Hyrcanum, propter ætatem declarat Pontificem, & Regem*

Digitized by Google

conſtituit: minorem autem Ariſtobulum priuatum viuere maluit. Et iterum Hegeſippus cap. 45. de Herode: *Regemque Archelaum inſtituit ſeniorem ex fratribus: Antipæ Tetrarchiam reliquit.*

9. Cum itaque ex horum auctoritate pateat, vtrumque & Sacerdotium & Regnum, fuiſſe hæreditarium, & ordine ſucceſſiuo deferri ſolitum iuxta legem primogenituræ ſuperius commemoratam, num nepos in linea tranſuerſa ingreſſus fuerit locum ſui patris, & an patruum aut patruelem ætate prouectiorem ſuperauerit, velim te exemplis tam ſacræ Scripturæ, quam Ioſephi, Hegeſippi, Euſebij, & Ioſephi Gorionidis informari.

10. Quod ſi igitur aliqua iura ſpectari oportet, cur non potius ad diuinam hanc legem recurritur? Ant. Robertus *lib. 3. rer. iudicat. cap.* 15. De qua Origenes homil. 22. in Numer. ita ſcribit: *Hæc ſecundum hiſtoriam quid vigoris habeant, omnibus palam eſt, qui ſciunt leges iſtas non ſolum apud filios Iſrael cuſtodiri, ſed apud omnes homines, qui tamen legibus viuunt. Unde apparet, quod libertas filiarum Salphaat non ſolum ipſis hereditatem contulerit, ſed & perpetua viuendi iura ſeculo dederit. Vides quanta ſit etiam hiſtoriæ ipſius vtilitas in lege DEI. Quis poteſt leges iſtas aliquando diſſoluere, quibus vniuerſus Mundus vtitur?*

11. Tertia lex refertur à Moſe in Deuteron. cap. 25. verſ. 5. de ducenda vidua fratris ſui, & excitando ei ſemine de lumbis ſuis, in hunc modum:

> *Quando habitauerint fratres ſimul, & vnus ex eis abſque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri, ſed accipiet eam frater eius, & ſuſcitabit ſemen fratris ſui, & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Iſrael. ſin autem noluerit accipere vxorem fratris ſui, quæ ei lege debetur, perget mulier ad portam Ciuitatis, & interpellabit maiores natu, dicetque: Non vult frater Viri mei ſuſcitare ſemen fratris ſui in Iſrael, nec me in coniugium ſumere. Statimque accerſiri eum facient, & interrogabunt. Si reſponderit: nolo eam accipere vxorem, accedet mulier ad eum coram ſenioribus, & tollet calceamentum de pede eius, ſpuetque in faciem eius, & dicet: Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris ſui. Et vocabitur nomen illius in Iſrael domus Diſcalceati.*

Memo-

Digitized by Google

Memoratur hæc lex à Matthæo *cap.* 22. *verſ.* 24. Marco *cap.* 12. *verſ.* 18. Luca *cap* 20. *verſ.* 27. & Ioſepho *lib.* 4. *Antiquit. Iudaic. c.* 6. *fol.* 126. Eandem innuit Philo in lib. de Nobilit. vbi de Thamare ſcribit: *Tametſi deinceps nupſerit duobus fratribus, ambobus malis, priori virgo, poſteriori ex lege actionis hereditariæ, quia liberos prior non reliquerat.* Sed omnium commodiſſime B. Hilarius in Matth. cap. 1. *Hac*, inquiens, *in lege ratio ſeruata eſt, vt ſi mortuus ſine filiis familiæ princeps* (id eſt, primogenitus) *eſſet, defuncti vxorem poſterior frater eiuſdem cognationis acciperet, ſuſceptosque filios in familiam eius, qui mortuus eſſet, referret: maneretque ita in primogenitis ſucceſſionis ordo, cum patres eorum, qui poſtnati eſſent, aut nomine haberentur, aut genere.* Id quod longe ante hanc legem à Patriarchis obſeruatum, poſtea à DEO per legem hanc confirmatum eſt; Artopœus *aphoriſm. in Gen. cap.* 38. *num.* 8. Rationem reddit Ioſephus *d. fol.* 126. quod *hoc è Republica erit, dum nec familiæ deficiunt, & poſſeſſiones apud cognatos remanent*: hoc eſt, ne diſſipentur hereditates; Eglinus in *Geneal. Chriſti, n.* 42. *& ſeqq.* Et ſignanter Steierus de geneal. Chriſti lib. 2. quod *propius & rectius demortuorum filij, illis hac lege ſuſcitati, caro illorum & os dici poſſunt, quam ſi Extranei eos procreaſſent: veriusque propinquus & rectius propinqui adire hereditatem, eiusque ſibi nomen ſcribere poteſt: & quo propinquior, eo exoptatior, iuxta legem de ſucceſſione.* Hinc ſunt, qui ex hac lege Moſaica arceſſitum putent, quod Plato in *libris de Republ.* præcipit, proximum filium ex iure ἀγχιστίας defuncti vxorem ducere, ne eius nomen & hereditas pereat; Eglinus, *numero* 116.

12. Pro quorum verbis *Frater* hoc loco non tantum ſignificat germanum ſeu conſanguineum, id eſt, viduæ Leuirum, ſed omnem omnino proximum agnatum, quotocunque tandem gradu diſtet; Ioan. Caluinus *comment. in Leuit. cap.* 18 *ad præc.* 7. *& cap.* 25. *ad præc.* 8. Eglinus in *Genealog. Chriſti, n.* 46. *&* 126. non eum ſolum, qui eſt ex iiſdem natus parentibus, ſed etiam qui fuerit eiusdem tribus, eiusdemque familiæ; Clemens Alexandrinus *lib.* 2. *Stromat.* Plane *Fratres* in ſcriptura appellantur omnes gentiles & tribules, vt docet Hieron. *in Matth. cap.* 12. *& in Epiſtol. ad Galatas, cap.* 1. Auguſtinus *tractatu* 10. *& tract.* 28. *in Ioan.* Theodoretus in *Epiſtol. ad Galat. cap.* 1. Ioan. Arquerius in *diction. Theolog.* Matth. Flaccius Illyricus in *Claui ſac. ſcript.*

Quod & Gregor. Nazianz. Epiſcopus animaduertiſſe videtur, cum a genealogia Chriſti cecinit:

Lex erat hæc Moſis, ſi quem mors atra tuliſſet
Hebræa de gente ſatum natiſque carentem,
Protinus vt frater vel ſanguinitate propinquus
Vxorem extincti capiens cenſumque domumque
Funderet huic ſobolem, &c.

Nec abit Strabus in *gloſſ. ordin.* Nicol de Lyra in *gloſſ. ad. d. cap. 25. Deuter.* & cæteri fortaſſis & alij interpretes ſacri, quos mihi videre nondum contigit.

13. Nunc ſi obſeruantiam quoque huius legis diuinæ conſiderauerimus, in qua, defuncto primogenito ſine filijs maſculis, primogenitura cum omnibus ſuis iuribus tam realibus, quam perſonalibus, ad fratrem ſeu proximum agnatum defertur, & inde ad eius filium primogenitum (non aliter, quam in Aurea Bulla ſtatutum eſt) reperiemus, ne hoc quidem iure nepotem patruo ſuo præferri. Id quod nos hiſtoria Ruthæ tam manifeſte docet, vt nihil poſſit eſſe manifeſtius. Nec alia legis ratio redditur, quam proximitas ad vltimum poſſeſſorem; Franc Feuardentius *comm. in Ruth. cap. 3.* Nicol. Serarius in *Ruth, cap. 3.* Felix Bidembachius in *promptuario connub.* proximitas, inquam, graduum, quam exacte obſeruatam fuiſſe, expreſſis ſcripturæ documentis demonſtrat Eglinus in *d. Genealog. Chriſti. n. 42 & ſeqq. & n. 46.*

14. Quinimo hoc ipſum ius in ipſis etiam Domini & DEI noſtri Ieſu Chriſti Theanthropi parentib. obſeruatum fuiſſe, tradunt Iulius Aphricanus in *epiſt. ad Ariſtidem de genealog. Chriſti*, Hippolyt Martyr apud Niceph Calliſtum *lib. 2. c. 3.* Euſebius Cæſarienſis *lib. 1. hiſt. Eccleſ. c. 7.* Hieron Strigonienſis in *Matth cap. 1.* Epiphanius Cypri Archiepiſcopus *de hæreſ. cap. 78. aduerſus Anticomartyr.* Auguſtinus in *Quæſt. noui teſtam. part. 2. q. 36.* Ioan. Damaſcenus *lib. 4. de fide orthodox. cap. 15.* Niceph Calliſtus *d. li. 2. hiſtor. Eccl. c. 3.* Cardin. Baronius *Annal. Eccl. tom. 1. an. 1. n. 41. & ſeq* vt nimirum defuncto Ioachimo primogenito, relicta vnica filiola, D. Maria Virgine, in ius primogenituræ Iacobus frater ſecundogenitus ex hac lege ſucceſſerit: ex quo nati ſunt Ioſephus Chriſti pater putatiuus, & Iacobus Alphæus. Mortuo Iacobo, ius primogenituræ in Diuam Mariam Virginem, vt natu maximam, redi-

bat

Digitized by Google

bat: quæ Ioſepho, fratri quidem legali, ſed conſobrino naturali elocata, prærogatiuam iſtam dignitatis in eum contulit; à quibus deinde Dominus noſter Ieſus Chriſtus iure hereditario accepit, vt eſſet primogenitus in Regia domo Dauidica, ex vtraque ſtirpe tam Salomonia, quam Nathanica directo tramite deſcendens: qui vti nos coheredes Regni faceret, terreſtre Regnum cum cœleſti commutauit; Eglinus. *num.* 148.

Capvt XXVII.

Canones ſucceſſorij ex iure Pontificio.

1\. IVs primogenituræ & maioratus etiam à Lege canonica confirmari ac conſtitui, aſſerunt Ioann. Andreæ & Doctores in *c. licet, de vot. & vot. redempt.* Ioan le Cirier *de primogen. lib* 1. *q* 3. Tiraquell. *de iur. primigen. in præfat. n.* 3. Molina I C. *de Hiſpan primig. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 6.

2\. Primo loco ſeſe nobis offert canon Innocentij III. Papæ, qui extat lib. 3. decretal. tit 34 c. 6. in hæc verba conceptus:

> *Et iure, quod tibi ſi dictus Rex ſine prole decederet, in Regno Hungariæ competebat ordine genituræ, priuandum, & regnum ipſum ad minorem fratrem tuum, appellatione poſtpoſita deuoluendum.*

Scriptus hic canon anno Domini MCXCIX. ad Andream Ducem Hungariæ, qui Regis Emerici frater erat ſecundogenitus. Ait, *ordine genituræ*, id eſt, iure primogenituræ vt exponunt Innocentius IV. Papa in *comm. ad d. c. licet*, & Roder. Xuarez in *repet. l. quoniam in prior. n.* 20. *C. de inoff. teſt.* quod quemadmodum ſit intelligendum, ſupra docuimus *cap.* 23. nimirum, ſeruata gradus prærogatiua, vt proximior quiſq; primo loco admittatur, & eo deficiente, is qui proxime ſequitur; Cacheranus *conſil.* 72. *nu.* 13. quo caſu filij in locum patris non ſuccedunt; quia vbi conſideratur proximitas, vel prioritas gradus, tunc non habet locum repræſentatio, ſed frater excludit filium fratris; *idem, n.* 14. In caſu igitur deficientis vltimi Regis ſine herede maſculo, Regnum competeret agnato proximo, iuxta ordinem genituræ, id eſt, prærogatiuam graduum.

3\. In tabulis inueſtituræ, quibus Clemens IV. Papa tradidit Regnum Siciliæ Carolo Andegauenſi, cautum eſt, vt illud poſſideret pr

 ſe, &

le, & deſcendentibus maſculis & fœminis, ſed vt maſculis extantibus fœminæ non ſuccederent, & inter maſculos primogenitus regnaret Summont. *lib. 2. hiſtor. Neapol. cap. 10.* Arniſæus *de Republ. lib. 2. cap. 2. ſect. 8. n. 54. & ſect. 10. n. 14.*

4. Sequitur decantatiſſima illa Clementina *Paſtoralis de ſent. & re iud.* quæ eſt decretalis ſententia Clementis V. Papæ Romani pro Roberto Rege Siciliæ contra Heinricum VII. Imperatorem lata in Concilio Viennenſi, vt putatur, anno Domini MCCCXI. In ea tamen nihil eiuſmodi habetur, quod à vulgo Interpretum ſolet allegari, nec quicquam de ſucceſſione ſtatuitur, ſed tantum Robertus dicitur Rex Siciliæ, & habetur pro vero, iuſto, ac legitimo Regni Siciliæ poſſeſſore. Deciſum tamen pro eodem Roberto ſecundogenito aduerſus Carolum Regem Hungariæ, nepotem ex primogenito, à Bonifacio VIII. Papa fuiſſe, eiuſque ſententiam dein ab hoc Clemente ratificatam, in confeſſo eſt, & nos *lib. 3.* per occaſionem autumaturi ſumus.

5. Vguiſſe autem in Regno Siciliæ ius primogenituræ in ordine ſucceſſiuo; teſtatur Rebuffus in *Declarat. feudor. n. 33.* nec id non apparet ex Diplomatibus Romanorum Pontificum & inſtrumentis inueſtiturarum. In diplomate Vrbani Papæ pro Rogerij Comitis Calabriæ & Siciliæ priuilegio, ita ſcriptum eſt, Anno MXCVII. *Omni vita tua tempore, vel filij tui Simonis, vel alterius, qui legitimus tuus heres extiterit,* apud Thomam Fazellum *de reb. geſt. Siciliæ.* In diplomate Innocentij III. Papæ, quo Regnum Siciliæ per inueſtituram confert *Conſtantiæ Imperatrici & glorioſæ Reginæ Siciliæ, & Friderico Illuſtri Regi Siciliæ, eorumque heredibus in perpetuum*, legitur: *Rogerij quondam patris Guilielmi fratris, & Guilielmi nepotis duorum Regum Siciliæ, filia Imperatrix, gratæ memoriæ* &c. *Vobis & heredibus veſtris concedimus regnum Siciliæ* &c. In regiſtro Innocentij III. lib. 1. epiſt. 412. Quæ latius proſequitur Card. Baronius in *diſſertat. de Monarchia Siciliæ.*

6. Primus Julius II. Papa ad normam Aureæ Bullæ, regumque Partitæ & Taurinæ, qua anno MDX. Ferdinandum Aragonem de Regnis Siciliæ & Hieruſalem inueſtiuit, ordinem ſuccedendi expreſſit, decernens vt in linea deſcendenti nepos præferatur patruo, qui eſt tranſuerſalis in hanc formam: *Deſcendentes autem ex ipſo Ferdinando Rege, aut suis heredibus & ſucceſſoribus præfatis, mares & fœminæ in eodem Regno Siciliæ & Hie-*

Digitized by Google

& Hieruſalem eis ſuccedant; ita tamen, quod maſculi fœminis, & natu maiores minoribus in eodem gradu præferantur: & ſic exinde in omnibus ſucceſſionibus obſeruetur. Volumus tamen filium vel filiam, filij vel filiæ maioris etiam in vita patris & matris præmortui ſeu præmortuæ, in ſucceſſione prædicta ſemper patruo vel amita aut matertera alijsq; tranſuerſalibus præferri: apud Marram Neapolitan. in *tract. de iuriſdict. part. 1. cap. 26. n. 27.*

7. Plane in primigenijs & maioratibus, vbi vocatur proximior & maior, non dari repræſentationem, ſed naturaliter proximiorem & ſeniorem tum, quando caſus contingit, accerſendum eſſe, in Curia Romana fuiſſe iudicatum, tradit Decianus *conſil. 408. n. 13.* & conſimiliter deciſum in Rota Pontificia Auenionenſi videre eſt in Hieronymi à Laurentijs *deciſion. Auenionenſ. deciſ. 37.*

CAPVT XXVIII.

Leges ſucceſſoriæ ex iure ciuili Romanorum.

1. TAmetſi iure ciuili primogenitura & maioratus ſint incognita, tamen cum eadem fideicommiſſis comparentur, & ſupra demonſtrauerimus, in ſecunda parte Aureæ Bullæ, vbi vocatur proximior, redeundum eſſe ad ius commune, quid eo iure ſuper noſtro caſu conſtitutum ſit, hoc loco diſpiciemus.

2. Et vetuſtiſſima omnium lex eſt XII. Tabularum, in qua ſancitur: PATRISFAMILIAS, QVEI ENDO TESTATO MORITVR, QVO'QVE SOVOS HERES NEC ESCIT, AGNATOS PROXSVMOS FAMILIAM PEQVNIAMQVE HABETO. Quam legem ex vetuſtis monumentis ita cōcepit Fulu. Vrſinus in *notis ad Leges & Senatuſconſulta.* Ab alijs Tabularū compoſitoribus additur: *ſi agnatus nec eſcit, gentiles familiam habento*: vt Theod. Marcilio in *Interpret. Legis XII. Tabular. cap. 35.* Conſeruarunt nobis hanc legem Cicero *lib. 2. de Inuent.* Cornificius *lib. 1. ad Herenn.* Licinius Ruffinus in *collat. Legum, tit. 16.* Vlpianus in *regul. tit. 26. §. 1.* Iuſtinianus *lib. 3. Inſtit. tit. 2.* eamq; Commentarijs illuſtrarunt Riuallius, Oldendorpius, Criſpinus, Balduinus, Ræuardus, Manutius, Auguſtinus, Vrſinus, Hotomannus, Charondas, Forſterus, Gothofredus, & Marcilius. At vna illuſtris Vlpiani interpretatio qui Cæſareæ Maieſtati ab intimis cōſilijs, & in ſacro conſiſtorio, vbi Procerū Imperij Romani cauſæ agitabantur, primari' fuit aſſeſſor, nobis

ſe, & deſcendentibus maſculis & fœminis, ſed vt maſculis extantibus fœminæ non ſuccederent, & inter maſculos primogenitus regnaret Summont. *lib. 2. hiſtor. Neapol. cap.* 10. Arniſæus *de Republ. lib. 2. cap. 2. ſect. 8. n.* 54. *& ſect.* 10. *n.* 14.

4. Sequitur decantatiſſima illa Clementina *Paſtoralis de ſent. & re iud.* quæ eſt decretalis ſententia Clementis V. Papæ Romani pro Roberto Rege Siciliæ contra Heinricum VII. Imperatorem lata in Concilio Viennenſi, vt putatur, anno Domini MCCCXI. In ea tamen nihil eiusmodi habetur, quod à vulgo Interpretum ſolet allegari, nec quicquam de ſucceſſione ſtatuitur, ſed tantum Robertus dicitur Rex Siciliæ, & habetur pro vero, iuſto, ac legitimo Regni Siciliæ poſſeſſore. Deciſum tamen pro eodem Roberto ſecundogenito aduerſus Carolum Regem Hungariæ, nepotem ex primogenito, à Bonifacio VIII. Papa fuiſſe, eiuſque ſententiam dein ab hoc Clemente ratificatam, in confeſſo eſt, & nos *lib.* 3. per occaſionem autumaturi ſumus.

5. Viguiſſe autem in Regno Siciliæ ius primogenituræ in ordine ſucceſſiuo; teſtatur Rebuffus in *Declarat. feudor. n.* 33. nec id non apparet ex Diplomatibus Romanorum Pontificum & inſtrumentis inueſtiturarum. In diplomate Vrbani Papæ pro Rogerij Comitis Calabriæ & Siciliæ priuilegio, ita ſcriptum eſt, Anno MXCVII. *Omni vita tua tempore, vel filij tui Simonis, vel alterius, qui legitimus tuus heres extiterit,* apud Thomam Fazellum *de reb. geſt. Siciliæ.* In diplomate Innocentij III. Papæ, quo Regnum Siciliæ per inueſtituram confert *Conſtantiæ Imperatrici & glorioſæ Reginæ Siciliæ, & Friderico Illuſtri Regi Siciliæ, eorumque heredibus in perpetuum*, legitur: *Rogerij quondam patris Guilielmi fratris, & Guilielmi nepotis duorum Regum Siciliæ, filia Imperatrix, grata memoria,* &c. *Vobis & heredibus veſtris concedimus regnum Siciliæ* &c. In regiſtro Innocentij III. lib. 1. epiſt. 412. Quæ latius proſequitur Card. Baronius in *diſſertat. de Monarchia Siciliæ.*

6. Primus Iulius II. Papa ad normam Aureæ Bullæ, regumque Partitæ & Taurinæ, qua anno MDX. Ferdinandum Aragonem de Regnis Siciliæ & Hieruſalem inueſtiuit, ordinem ſuccedendi expreſſit, decernens vt in linea deſcendenti nepos præferatur patruo, qui eſt tranſuerſalis in hanc formam: *Deſcendentes autem ex ipſo Ferdinando Rege, aut eius heredibus & ſucceſſoribus præfatis, mares & fœminæ in eodem Regno Siciliæ & Hie-*

& Hieruſalem eis ſuccedant; ita tamen, quod maſculi fœminis, & natu maiores minoribus in eodem gradu præferantur: & ſic exinde in omnibus ſucceſſionibus obſeruetur. Volumus tamen filium vel filiam, filij vel filiæ maioris etiam in vita patris & matris præmortui ſeu præmortuæ, in ſucceſſione prædicta ſemper patruo vel amita aut matertera alijsq; tranſuerſalibus præferri: apud Martam Neapolitan. in *tract. de iurisdict. part. 1. cap. 26. n. 27.*

7. Plane in primigenijs & maioratibus, vbi vocatur proximior & maior, non dari repræſentationem, ſed naturaliter proximiorem & ſeniorem tum, quando caſus contingit, accerſendum eſſe, in Curia Romana fuiſſe iudicatum, tradit Decianus *conſil. 408. n. 13.* & conſimiliter deciſum in Rota Pontificia Auenionenſi videre eſt in Hieronymi à Laurentijs *deciſion. Auenionenſ. deciſ. 37.*

Capvt XXVIII.

Leges ſucceſſoriæ ex iure ciuili Romanorum.

1. Tametſi iure ciuili primogenitura & maioratus ſint incognita, tamen cum eadem fideicommiſſis comparentur, & ſupra demonſtrauerimus, in ſecunda parte Aureæ Bullæ, vbi vocatur proximior, redeundum eſſe ad ius commune, quid eo iure ſuper noſtro caſu conſtitutum ſit, hoc loco diſpiciemus.

2. Et vetuſtiſſima omnium lex eſt XII. Tabularum, in qua ſancitur: PATRISFAMILIAS, QVEI ENDO TESTATO MORITVR, QVO'QVE SOVOS HERES NEC ESCIT, AGNATOS PROXSVMOS FAMILIAM PEQVNIAMQVE HABETO. Quam legem ex vetuſtis monumentis ita cōcepit Fulu. Vrſinus in *notis ad Leges & Senatuſconſulta.* Ab alijs Tabularū compoſitoribus additur: *ſi agnatus nec eſcit, gentiles familiam habento*: vt Theod. Marcilio in *Interpret. Legis XII. Tabular. cap. 35.* Conſeruarūnt nobis hanc legem Cicero *lib. 2. de Inuent.* Cornificius *lib. 1. ad Herenn.* Licinius Ruffinus in *collat. Legum, tit. 16.* Vlpianus in *regul. tit. 26. §. 1.* Iuſtinianus *lib. 3. Inſtit. tit. 2.* eamq; Commentarijs illuſtrarūnt Riuallius, Oldendorpius, Criſpinus, Balduinus, Ræuardus, Manutius, Auguſtinus, Vrſinus, Hotomannus, Charondas, Forſterus, Gothofredus, & Marcilius. At vna illuſtris Vlpiani interpretatio qui Cæſareæ Maieſtati ab intimis cōſilijs, & in ſacro conſiſtorio, vbi Procerū Imperij Romani cauſæ agitabantur, primari⁹ fuit aſſeſſor, nobis

nobis vicem omnium præſentet, qui in d. c. 26. regular. ſcribit in hæc verba: *Inteſtatorum ingenuorum hereditates pertinent primum ad ſuos heredes, id eſt, liberos, qui in poteſtate ſunt, cæterosque, qui in liberorum loco ſunt. Si ſui heredes non ſunt, ad conſanguineos id eſt, fratres ex eodem patre. Si nec hi ſunt, ad reliquos agnatos proximos, id eſt, cognatos virilis ſexus per mares deſcendentes eiuſdem familiæ; id enim cautum eſt lege XII. Tabular.* Et Iuſtinianus d. tit. de legit. agnat. ſucceſſ. *Si nemo ſuus heres, vel eorum, quos inter ſuos heredes prætor vel conſtitutiones vocant, exiſtat, qui ſucceſſionem quoquomodo amplectatur, tunc ex lege XII. Tabular. ad agnatum proximum pertinet hereditas.* Vnde liquet, lege hac ſolam inſpici agnationem, vt in *Aurea Bulla*. Primo vocantur ſui heredes, qui ſunt deſcendentes, filius, nepos. Inter agnatos enim proximus eſt filius, *l. filius, 12. D. de ſuis & legit. hered.* II. Deficientibus ſuis, vocantur ij, qui ſunt in ordine ex tranſuerſo, inter quos primi ſunt conſanguinei fratres: qui tamen cum proximiores ex agnatis ſui dicantur, *l. Iuriſconſultus § nomen, D. de grad. & affinit.* & ipſi etiam ſuorum nomine comprehendi poſſunt, eorumque prima debet eſſe cauſa in ſucceſſione, quemadmodum etiam eſt in *Aurea Bulla* conſtitutum. Si nec hi ſunt, locus ſit agnato proximo; Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 3. c. 7. n. 2. & ſeqq.* In agnatorum ergo ſerie, ſi plures ſint gradus, aperte vocat proximum. Itaque ſi, verbi gratia, ſint defuncti frater, & alterius fratris filius, aut patruus, frater potior habetur; *§ ſi plures, Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ.* Forſter. *lib 4. c. 8. n. 10.* Verbum non addo. Altera enim pars huius legis, quæ eſt de ſucceſſione gentilium, hoc eſt, ijs qui à primo acquirente non deſcendunt, in primogenijs & maioratibus non attenditur.

2. Papinianus in *l. peto, 69. §. 3. D. de legat. & fideicommiſſ. lib. 2.* in hunc modum reſpondet: *Fratre herede inſtituto petijt, ne domus alienaretur, ſed in familia relinqueretur. Si non paruerit heres voluntati, ſed domum alienauerit, vel extero herede inſtituto deceſſerit, omnes fideicommiſſum petunt, qui in familia fuerunt. Quid ergo, ſi non ſint eiuſdem gradus? Ita res temperari debet, vt proximus quiſq; videatur inuitatus.* Pro quibus verbis ordo eſt obſeruandus circa gradus: vt notant cuncti Interpretes ad hanc legem. Sed hoc inſuper additur in Bullis noſtris, vt in pari gradu ſenior vocetur.

3. Sequitur lex vexatiſſima, quæ eſt *L. omnis, 32. §. 6. D. de legat. & fidei-*

fideicom. lib. vbi Modeſtinus ordinat hoc modo: *In fideicommiſſo, quod familiæ relinquitur, hi ad petitionem eius admitti poſſunt, qui nominati ſunt; aut poſt eos omnes extinctos, qui ex nomine defuncti fuerint eo tempore, quo teſtator moreretur, & qui ex his primo gradu procreati ſunt, niſi ſpecialiter defunctus ad vlteriores voluntatem ſuam extenderit.* Verba textus paulo obſcuriora ſunt hoc pacto explicanda, *admitti poſſunt*, id eſt, debent: *aut*, ſcil. admitti debent, *poſt eos*, ſc. nominatos & expreſſos ſpecialiter, *qui ex nomine*, id eſt, familia, progenie, ſtirpe, prolapia: *qui ex his*, id eſt, inter eos, qui ſunt de familia, ſeu (vt Aurea Bulla loquitur) linea paternali, *proximo gradu*, ſc. teſtatori, *procreati ſunt*, ſiue ab ipſo inſtitutore, ſiue ab alio: *ad vlteriores voluntatem*, id eſt, niſi ſpecialiter teſtator voluerit vlteriores alios illis præferre. Hunc §. Accurſius in *gloſſ.* Couarruuias *pract. quæſt. c. 38. n. 3. verſ. deinde, & n. 4.* Molina I C. *de iiſp in primigen. lib. 3. c. 9.* & plerique alij ita exponunt, quod quando teſtator reliquit fideicommiſſum familiæ, nominatis aliquibus, qui primo illud obtinerent, primo cenſerentur vocati illi nominati; deinde illi de familia, qui proximiores eſſent teſtatori tempore mortis illius; & tertio loco, qui ex his (proximioribus ſcilicet gradu teſtatori, vt ipſi exponunt) proximo gradu procreati ſunt. Perperam, & contra expreſſa verba textus, eiusq; caſum propoſitum. Cuius hæc eſt ſententia: quando fideicommiſſum relinquitur familiæ cum hac conditione inſerta, vt ante omnes ſuccedant in eo certi deſignati; & poſtea ſuccedant, qui ſunt de familia, non exprimendo, qui ante quos habeant ſuccedere: licet ſuccedant ex ijs, qui ſunt de familia, non qui proximiores ſunt illis deſignatis, ſed qui in primo proximiorive gradu ſunt ipſi teſtatori: poſtea tamen ſuccedant, qui ſunt de familia gradatim eo ordine, quo ſucceditur ab inteſtato, vt habetur *l. vlt. C. de verb. ſignif.* & affirmat ipſe Accurſ. in *verb. moreretur*, & Doctores communiter. In ſucceſſionis autem ordine ab inteſtato ſemper attenditur proximitas comparatione vltimi poſſeſſoris; Molina Ieſuita *de iuſtit. & iur. tom. 3 part. 1. tr. 2. diſp. 628. verſ. hæc ſententia.* Itaq; Modeſtinus non diſtinguit tres gradus vocatorum, vt volunt illi, quos refellimus, nempe, 1. nominatim vocatos, & 2. poſt eos proximiores in gradu teſtatori & 3 poſt hos, qui ex his proximo gradu procreati ſunt: Sed diſtinguit duos ſolos priores gradus; Molina *d. diſp. 628. verſ. quod ad ſecundum.* Quod ipſum nō obſcure animaduertiſſe videtur Viuianus

Digitized by Google

vetus Interpres in *Caſibus*.Sane cenſetur velle Modeſtinus in eo euentu poſt primos nominatim vocatos, nõ ſuccedere proximos ipſis gradu,ſed proximos gradu teſtatori:qui autem vlterius ſuccedant,non exprimit, ſed intelligendum relinquit ex alijs iuribus, quæ id explicant, de quorum numero ſunt Papiniani lex ſuperius poſita, & ib: adducta *l.vlt.C.de verb.ſign:f.*nempe ſuccedere ſemp ꝓximiores in gradu vltimis poſſeſſoribus,q eo ipſo cẽſentur vocati,ꝙ fideicomiſſum familiæ relinqtur: ita erudite,&(meo iudicio)vere Molina Ieſuita hanc legis Modeſtinianæ particulam explicat in *d.diſp.628.verſ.ꝙ ad ſecundum*.Quæ hoc pacto intellecta cum noſtris Bullis belliſſime conuenit atq; conſpirat.

4. Namque etiam ius patronatus apud Romanos, cum ſit æque indiuiſibile,atq; Principatus primigenius apud Germanos,non defertur ad nepotẽ,ſed ad patruũ, vt proximiorẽ & ſeniorẽ; *l.23.§.1.D.de oper.libert.l.*-*.§.vlt.l.12.D.de adſign.libert.*Forſt.*de ſucceſſ. ab inteſt.lib* 4.*c.*22.*n.*7.

5. Idem obſeruatum etiam eſt in ordine Procerũ Imperij Romani, quibus hoc fuit in more ac inſtituto poſitum, vt in pompa nuptiali ſeu funebri patruus vel qui ſanguine ꝓpior erat, hoc eſt, proximior agnatus,propior etiam,atque ita prior incederet,ob ſpem ſcilicet proximæ ſucceſſionis;Iac. Durantius Caſellius. *lib.2. Var. lect. cap.* 20. vbi refert exemplum Galieni Imperatoris.

.6 Ea de re exſtat memorabile Decij Imperatoris reſcriptũ in *l.3.* C. *de legitim. hered.*vbi ꝓ patruo contra nepotẽ ſic decernit; *Cum fratris tui inteſtato mortui ad te conſanguinitatis iure hereditas pertineat, nulla ratione alterius fratris tui filij ad eandem ſucceſſionẽ adſpirare deſiderant: nam & ceſſante iure agnationis in perſona omniũ, prætorij iuris beneficio ad te potius, qui ſecundum gradum obtines, hereditas pertinet, quam ad fratris tui filios, qui in tertio gradu conſtituti ſunt.* Pro cuius decreti Cæſarei verbis inter agnatos prima cauſa eſt fratrum conſanguineorum,id eſt patruorum; altera demum nepotum; Cuiacius in *Paratit* Gothofredus in *Notis ad d.l.3.*

7. Cui reſpondent quoq; Theodoſius II.& Valentinianus III.Imperatores in *l.3. C. de bon. matern.* determinantes, *vt in hoc caſu deteriores eſſe nepotibus filij* (id eſt,patrui) *non ſinantur*.qui ſcilicet fratris primigeniti filios & ætate & gradu ſuperant. Potiores itaque cenſeri debent: ita vt quod ad nepotem, iure hoc Romano,ceſſante cauſa primogenituræ, effectus quoque nullus ſit,

8. Sic

Digitized by Google

8. Sic ergo iure Romano patruus patruele potior eſt, quia & proximior; *Nouell.118.c.3 & auth.poſt fratres,2.C.de legit.hered.* Alb. Galeottus in *Aur.margarit.c.35.n.7.* Quod quo pacto ſit intelligendum, eleganter explicat incertus Auctor Brachylogi iuris ciuil.lib.2.c 33.§.3.vbi legitur; *Quod ſi nec deſcendentes,nec aſcendentes,quiue inter aſcendentes vocantur, defuncto ſint: primo vocentur ad hereditatē fratres vel ſorores, Germani vel Germanæ; vel defuncti fratris Germani filius vel filia,*&c. *His vero deficientibus, cæteri cognati veniant, ſecundum ſui ordinis prærogatiuam: vt qui proximior ſit gradu, potior ſit in ſucceſſione. Aliam perſonam ex tranſuerſo in locum patris ſui ſuccedere, præter fratris filium, non concedimus.* Peruetus omnino hic Auctor,& ille ipſe, quem Inſtitutionū nomine in antiquiſſima Bibliotheca ad mare Balthicū eſſe repertū affirmat Ioan. Apellus in *Dialog.* & cuius diuiſionē librorum in *Inſtitutionib. Iuſtinianeis* ſecutus eſt Hotomanus. Hic ergo alteri, quam ſoli primogeniti fratris nepoti, negat iure Romano competere ius repræſentationis, ſed patruum nepoti præferri in linea tranſuerſa, vt notauit Nicol. Reuſnerus in *Not. ad Brachylog.*

Capvt XXIX.

Leges ſucceſſoriæ in Imperio Conſtantinopolitano vel Græcorum.

1. CVM Ludouicus IV. Bauarus Imperij ſummæ in Occidente præeſſet, imperauit Andronicus II. Palæologus in Oriente. Is vigeſimo præter propter ante Auream Bullam conditā anno, Legē veterū (vt ipſe ait) Imperatorū Romanorū ſuper ſucceſſione in Imperio conſtitutā, repetiuit, & noua auctoritate Imperiali fixam & confirmatā Legem Imperialem eſſe iuſſit. Cuius hic eſt tenor: EX FILIIS IMPERATORIS QVI ÆTATE ANTECESSERIT, IMPERATOREM SALVTANTO: ET IS FRATRIBVS IMPERATO: ET HI SENIORI CEDVNTO, SEDVLOQVE SERVIVNTO. Refert Chriſtodulus Monachus, ſeu potius Ioannes VI. Cantacuzenus Imperator, qui Andronico illi in Imperio ſucceſſerat, *lib. 2 hiſtor.ſui tempor.cap.3.* Quod de filijs ſancitur, id de agnatis quoq; vſurpatum fuiſſe, vt ſenior vocaretur, vniuerſa hiſtoria Græcorum demonſtrat. Quin ipſemet legis huius recitator Cantacuzenus ad Imperium peruenit ætatis prærogatiuā, vt antecedenti libro dictum eſt. Qua de re alibi commentamur.

Digitized by Google

2. De Ioanne II. Comneno Imperatore narrat Nicetas Choniates *lib.1. Annal.* dixiſſe, cum de Succeſſoribus in Imperio diſponeret: *Equidem fateor naturam Principatum natu maioribus deferre ſolere.* Quod hiſce verbis recenſet Willermus Tyrius lib.15 hiſtor ſacræ fol.885. *An maiori natu filiorum, cui de iure Regni primitiua videbantur competere* &c. Factum anno Domini MCXXXIX.

3. Quo pacto eius filius Manuel Comnenus Imperator hanc legem voluerit intelligi & declarari, patet ex eius decreto arbitrario inter Reges Hungariæ lato controuertentes, & in ſuam perſonam compromittentes, in quo pro patruo contra nepotem decidiſſe ac pronunciaſſe legitur anno MCLXVIII. vt ſupra *cap.23.* demonſtrauimus.

4. De feudali vero ſucceſſione & prælatione ſeu prærogatiua, extat conſtitutio Conſtantini VIII. Porphyrogeniti Imperatoris, edita anno Domini DCCCCXIII. cum titulo *de prædijs militaribus* ſeu (vt nos loquimur) feudalibus. In qua ad ius protimiſeos primo loco τῶν κληρονόμων, id eſt, *heredum* vocat κατιόντας, deſcendentes; dein ἀνιόντας, *aſcendentes*: tum τοὺς ἐκ πλαγίου, *collaterales*, ſed κατὰ τὴν τῶν βαθμῶν ἐγγύτητα πρoτιμωμένους, *vt iuxta graduum propinquitatē alijs alij præferantur.* συγγενῶν δὲ οὐκ ὑπόντων, ἢ τῶν ἀπὸ νόμου καλουμένων ἀγχιστέων, *cognatis autem vel propinquis qui à lege vocantur, non extantibus* &c. Eſſe autem hanc conſt tutionem ſuper feudis ſancitam, docet erudite Carol. Labbæus in *notis ad Impp. nouell. conſtit.* & Cuiac. *lib.5. feud.* Relatam habes eandem à Leunclaio in *Synopſ. Baſil. in fin.* & Frehero *tom.2. iuris Græco-Roman.* & epitomatam à Gothofredo in *fin. conſuetud. feudal.*

5. Cui per omnia ſimilis eſt Romani III. Porphyrogeniti Imperatoris conſtitutio 2. *de refuſione precij feudalium prędiorum*, ab ijsdem auctoribus relata. In qua primo loco ſucceſſionem adſcribit τοῖς παισι, id eſt *filijs*: ſecundo τοῖς πατράσι *parentibus*: tertio τοῖς ἀδελφοῖς, *fratribus*, vt annotauit idem Labbæus in *notis*. Quæ conueniunt cum iure communi, in quo tres conſiderantur ſuccedentium ordines, nempe deſcendentium, aſcendentium, & collateralium. Sed in iure feudali, & Aurea Bulla aſcendentium gradus non attenditur. Cætera concordant.

Digitized by Google

CAPVT XXX.

Ius primogenituræ in Imperio Perſico, Macedonico, Parthico, Indico ſeu Aethiopico, Turcico, Tartarico, &c.

1. PLeræque omnes gentes, quæ legibus vtuntur & reguntur, hanc prærogatiuam primogenitis ab omni æuo tribuerunt, vt ad eos ſolos Regna & Principatus deferrent, in tantum vt ſi quis dicat, ius primogenituræ eſſe iuris gentium, minime forſitan erraturus ſit; Ioan. le Cirier *de primogenit. lib.1.q.1. & ſeqq. & lib.2.q.2.* Tiraquellus *de iure primig. in præfat.* Cabotius *lib.1. var. iuris diſput. cap.10.* Bodinus *de Republ. lib.6. cap.5.* Corſetus *de exc & poteſt. Reg. quæſt 9* Franc. Patritius *de Regno lib.9. cap.22.* Briſſonius *lib.1. de Regno Perſar fol.5.* Molina IC. *de Hiſpan. primig. lib.1. cap.2.* Borcholten *Conſil.13. quæſt. 2. fol 206.* Pet. Matthæus in *Hiſtor. Henrici IV. Regis Gall. lib.1. narrat.1. ſect.1.* Arniſæus *de Republ. lib.2. cap.2 ſect.7. n.4. & ſeqq. ſect.8. n.7. n.18. n.25. n.37. in fi. & ſeqq. n.55.*

2. Vt enim de primo illo Aſſyriorum vel Babylonico Imperio nihil dicam, in quo primogenitos ordine quodam ſucceſſiuo imperaſſe, ex Sacra Scriptura, & Beroſi, Metaſthenis, aliorumque veterum ſcriptorum fragmentis, (quorum tabulas ceu ex naufragio quodam Ioſeph. Scaliger compegit in *Chronic. Euſeb.*) euidenter colligitur; certe Perſarum Regnum, parentum morte, liberis lege obueniſſe, nec alijs, quam qui Regiæ ſtirpis eſſent, id eſt, defunctorum Regum agnatis, delatum, ſcribit Conſtantinus Manaſſes in *Annalib.* Quod Strabo *lib.* 10. ſignificat, quum ait: *βασιλεύονται δὲ ὑπὸ τῶν ἀπὸ γένους.* Et quidem iure primogenituræ ac priuilegio ætatis; Arniſæus *de Republ. lib.2. cap.2. ſect.8. n.29.* & nos ex Cyri lege teſtamentaria docuimus *lib.1. cap. 21.* & amplius id demonſtrant Herodotus *hiſtor. lib.1.* Creſias Caidius in *Perſic. cap.8.* Plato in *Alcibiade & in Lyſide*, Xenophon *lib 8. de Pædia Cyri*, Iuſtinus in *Epitom. Trogi lib.2.* Plutarchus in *lib. περὶ φιλαδελφίας*, Euſebius in *Chronic.* Zozimus *lib.11. hiſtor.* Procopius *lib.1. de Regno Perſic.* vbi dicit, lege Perſarum maiorem natu ad Regnum vocari, Paulus Diaconus *in Heraclio*, Boemus Aubanus *lib.2. de morib. gent. cap.7.* Briſſonius

Digitized by Google

ſonius *lib.* 1. *de Regno Perſar.* Gramaye in *Aſia, lib. de Monarch. Perſic in analect. antiquit. & conſuetud. Perſic. ſect.* 2. *fol.* 379. vbi dicit, *Regnum lege maiorum liberorum Regiorum obueniebat maiori natu ex patre Rege.* Atqui conſtat, Dario primo Regi in Regno Medorum ſucceſſiſſe Cyrum fratrem. Quo à Tomyri Maſſagetarum Regina interfecto, demum ad Regnum eius nepos Artaxerxes, cognomento Aſſuerus, Darij primogeniti filius peruenit; Dauid Chytræus in *Chronolog. hiſt. Herod. f.* 78.

3. Idem ius primogenituræ, translato ad Macedonas Imperio, ſeruatum fuiſſe in ſucceſſione, extra controuerſiam eſt; Bodinus *de Republ. lib* 6. *cap.* 5. Arniſæus *de Republ. lib.* 2. *cap.* 2. *ſect.* 8. *num.* 26. *& ſeq.* Notum eſt enim ex T. Liuij *lib.* 40. quid Perſeus Philippi filius, ætate maior, Demetrio fratri dixerit: *Regnare vtique vis: huic ſpei tuæ obſtat ætas mea, obſtat gentium ius, obſtat vetus Macedoniæ mos, obſtat vero etiam patris iudicium.* Et tamen defuncto Alexandro Magno frater eius Aridæus à populo deſignatus Rex ſcribitur, & nepoti ſuo Alexandro, Alexandri primogenito, ſolius ætatis cauſa prælatus; Iuſtinus *lib.* 13. Q. Curtius *lib.* 12. Arrianus Nicomedienſis *de geſt. Alexandri Magni lib.* 3. Dexippus Athenienſis *de geſt. eiuſdem lib.* 1. Philipp. Melanchthon in *Chronic.* Victorin. Strigelius *comment. ad Iuſtinum lib.* 11. *fol.* 204. Franc. Patritius *lib.* 9. *de Regno cap.* 22. Apud Curtium *d. lib.* 11. qui populi partes pro concione agebat ſiue in comitijs, ſic orſus eſt ad Proceres: *Quid opus eſt armis ciuilique bello, habentibus Regem, quem quæritis? Aridæus Philippo genitus, Alexandri paulo ante Regis frater, ſacrorum cæremoniarumque conſors modo, nunc ſolus heres, præteritur à vobis. Quo merito ſuo? quidve fecit, cur etiam gentium* (NB.) *communi iure fraudetur? Si Alexandro ſimilem quæritis, nunquam reperietis. Si proximum, hic ſolus eſt.* Subditur dein à Curtio; *His auditis, concio primo ſilentium velut iuſſa habuit. Conclamant deinde pariter, Aridæum vocandum eſſe,* &c.

4. In Imperio etiam Parthico prærogatiuam primogenitus & ætate prouectior more patrio habuit & lege Regni, vt teſtatur Polybius *lib.* 11. *hiſtor.* Ioſephus *lib.* 18. *antiquit. Iud. cap.* 3. Iuſtinus *lib.* 41. *circa fin.* Corn. Tacitus *libro* 5. *Annal.* Bodinus *de Republ. lib.* 6. *cap.* 5. Cabotius *libro* 1. *Diſputat. iur. cap.* 10. Briſſonius *lib.* 1. *de Regno Perſ.* Gramaye in *Aſia, in Parthic. hiſtor. cap.* 3. Arniſæus de *Republ. lib.* 2. *cap.* 2. *ſect.* 8. *num.* 31. At Pharnaci mortuo, licet pluribus filijs relictis.

his

Digitized by Google

his tamen præteritis, frater Mithridates ſucceſſit in Regno propter maiorem ætatem; Iuſtinus *d. lib.* 41. Patritius *d. lib.* 9. *de Regno cap.* 22. Gramaye *d. cap.* 3.

5. In Aegypto Regnum iure primogenituræ obueniſſe maiori natu, teſtis eſt Aul. Hirtius Panſa ſiue C. Oppius, in *lib. de bello Alexandrin. cap.* 33. vbi addit, Regem Ptolomæum teſtamento obteſtatum eſſe Senatum populumque Romanum, ne ordo iſte ſuccedendi mutaretur. Cuius voluntatem ſecutus Iulius Cæſar conſtituit, vt ex duobus eius filijs maior, & ex duabus filiabus ea, quæ ætate antecedebat, heres fieret; Iohan. Rhellicanus in *annotat. ad Hirt. n.* 1051. Nec vero hanc legem in Aegyptum introduxerunt Ptolomæi, ſed ab vltima Pharaonum ætate obſeruatam retinuerunt, ſiquidem ex eo, quod legitur Exodi cap. 11. *Occidam omne primogenitum, à primogenito Pharaonis, qui ſedet in ſolio eius*, infert Nicol de Lyra ſucceſſionem primogeniti in Regno: & ipſos Pharaones à Seſoſtre accepiſſe, autumat Arniſæus *de Republ. lib.* 2. *c.* 2. *ſect.* 8. *n.* 25.

6. In Syriæ & Aſiæ Regnis idem colligere licet ex eo, quod cum Seleucus II Seleucum & Antiochum filios reliquiſſet, Antiocho, qui Magnus poſtea cognominatus fuit, acceſſus prius datus non fuerit, quam Seleuco interempto; Polybius *lib.* 4. *& ſeq.* Iuſtinus *lib.* 28. Hunc enim ſucceſſiſſe διὰ τὴν ἡλικίαν ſcribit Polybius *d. lib.* 4. Pariter Antiochus IIII. Epiphanes non prius particeps factus eſt, quam Seleuco IIII. Philopatore & Sotere, immatura morte prærepto; Iaſon Cyrenæus *lib.* 2. *Macchab cap.* 3. Ioſephus *lib.* 2. *antiquit. Iud.* Appianus in *Syriac.* Poſt hos iura ſucceſſionis à Demetrij I. & Antiochi Epiphanis heredibus per annos octoginta ita turbata ſunt, vt armis & venenis magis, quam gradibus conſanguinitatis ius quæſitum ſit. Nihilominus Demetrius Roma ſe dimitti petijt, vt quemadmodum ipſe patruo Antiocho propter prærogatiuã ætatis ceſſerit, ita Antiochi filius ſibi tanquam patruo ex eadem cauſa locum faciat, Iuſtinus *lib.* 34 Polybius *d. lib.* 5 Florus Secundus in *Epitom. Liu. lib.* 46. Arniſæus *de Republ. lib.* 2. *c.* 2. *ſect.* 8. *n.* 28. *& ſect.* 10. *n.* 6.

7 In Cappadociæ Regno idem iuris & ante fuiſſe, & de nouo confirmatũ ab Iulio Cæſare, prodidit Hirtius c. 66. ſcribens; *Fratrẽ Ariobarzanis Arariaratẽ, quum bene meritus vterq; eorũ de Republ. eſſet, ne aut Regni heredi-*

hereditas Ariarates ſollicitaret, aut heres Regni terreret, Ariobarzani attribuit, qui ſub eius imperio ac ditione eſſet: hoc eſt, vt Ariobarzanes natu maior Regnum adiret, eique frater Ariarathes ſubeſſet, ne ſi æquam vtriſque Tetrarchiam adiudicaret, aut maior natu ius Regiæ ſucceſſionis & prærogatiuæ ſuæ prætenderet, aut minor Regni cohæres aliquid miſceret ac turbaret; Ioan. Glandorpius in *annotat. ad Hirt.n.*781. Quam eandem ob cauſam Cæſar Ariarathi ne ſacerdotium quidem, quod maieſtate, imperio, & potentia ſecundum à Rege conſenſu gentis illius habebatur, & Regis agnato debebatur, adiudicauit, ſed Lycomedi Bithyniæ Regulo, qui Regio Cappadocum genere ortus, vt ſenior agnatus, *iure minime dubio*, ceu ait Hirtius, *id repetebat*. Videndus Appianus *Parthic. circa fin.* & Strabo *lib.*12. *Geograph.* Pet. Ciacconius *Notis ad Hirt. n.*1161.*& ſeq.*

8. In Ponto quoque Reges illi vetuſti, qui Heracleæ ſedem Regni tenebant, iure hereditario ſibi hoc ordine ſucceſſiſſe, vt ſemper natu maior ex filiis imperium ſuſceperit, teſtatur Memnon Heracleotes in *Hiſtoric. excerpt.* referente Photio in *Bibliothec. fol.*706. & Diodorus Sicul.*lib.* 16.*Biblioth.* Itaque Clearcho Regi, licet is duos filios, Timotheum & Dionyſium reliquerit, ſucceſſit tamen in Regno Satyrus frater germanus: qui, *ſuperſtes adhuc, ſed ſenio grauatus, Timotheo, qui de filijs fratris ætate præceſſit, rerum ſummam tradit*, vt habent verba Memnonis *cap.*3. interprete Laur. Rhodomanno. Et hic rurſus, fratrem Dionyſium cum in aliis paterno amore & ſtudio complexus eſt, tum ſtatim *imperii conſortem adſciuit, & ſucceſſorem ſibi deſtinauit*; idem *cap* 4. Diodorus Sicul. *d.lib.*16. Dionyſius denique, *tribus ex Amaſtri* (coniuge) *liberis ſibi procreatis, Clearcho, Oxathre, & filia eiusdem cum matre nominis, iam morti propinquus, vxori adminiſtrationem cunctam, & liberorum, qui adhuc teneræ admodum ætatis erant, tutelam, adiunctis quibusdam alijs* (puta agnatis) *relinquit*; idem Memnon cap. 5. *Clearchus autem natu maior, ad virilem ætatem progreſſus & ciuitati Heracleæ præfuit* &c. idem *cap.*6. Diodor. Siculus *lib.*20. *Biblioth.* Athenæus *lib.* 12. *Dipnoſophiſt.*

9. Necnon in vicina Gallo-Græcia, id eſt, Galatia, primogenitum habuiſſe prærogatiuam ex lege, tradit Caborius *d lib.*1.*cap.*11. Et ſcribit Hirtius l.b. *de Bello Alexandr. in fi.* Iulium Cæſarem, Mithridati Perga-

Digitized by Google

Pergameno *Tetrarchiam* Galatiæ *legibus Gallogræcorum* (.i.e. Galatarum) *iure gentis & cognationis, adiudicaſſe, occupatam & poſſeſſam paucis ante annis à Deiotaro.* Videndus Dio Caſſius *lib.* 42. Petr. Victorius *lib.* 42. *var. lect. cap.* 23. Ioan. Brantius in *Notis politic. ad Hirt. n.* 45.

10. In ipſo etiam Regno Pergameno ſiue Phrygio, primogenitum ſolum imperaſſe, & fratres ſuos atq; agnatos etiam ætate atq; prudentia præſtantes ita continuiſſe, vt & parere, & ſatellites eſſe, & Regiam dignitatem tueri non erubeſcerent, ſcribit Gramaye in *hiſt. Aſiatic. in Myſia, cap.* 5. *fol.* 628. & tamen Eumenes, præterito filio primogenito Attalo, heredem reliquit Attalum fratrem ſecundogenitum; Gramaye *cap.* 6 *in pr. & c.* 7. *in pr.*

11. In Imperio Indico ſeu Aethiopico Regem, quem illi ſua lingua Preſtegianum, nos imperite Presbyterum Iohannem vulgo dicimus, hereditario iure imperare, auctor eſt Dauid Imperator Aethiopię in *epiſt. ad Ioannem Regem Portugall.* & in literas retul t Franciſ. Aluarez in *Itinerar.* Damianus à Goes *de Aethiop. morib. fol.* 45, iure, inquam, ſucceſſiuo & primigenio, vt Imperij ſucceſſio in filium aut propinquũ natu maximum tranſmittatur. Ita ſcribit Paulus Iouius lib. 18. hiſtor. fol. 1078. *Filij ex ætatis prærogatiua in Regno patribus ſuccedunt. Quod ſi maſcula proles deſit, vnus è propinquis virtute præſtantior, defuncti ſedem implet.*

12. In Imperio Turcico filium aut propinquum natu maximum, in familia Regia Othmanica, ſceptris præponi hereditarijs. & Sultanũ fieri, teſtis eſt vniuerſa Hiſtoricorum natio, & firmat Arniſæus *de Republ. lib.* 2. *cap.* 2. *ſect* 8. *n* 37. Hinc Achmetes, Baiazetis filius natu maximus, *cui, quod primus ordine naſcendi foret, natura Imperium potius, quam vlli cæterorum dabat*; Henr. Stephanus *Orat. in Vberti Folietæ diſcurſ. de magnitud. Imperij Turcic. fol.* 90. quum pater Selymum natu minorem, Ianizarorum factione compulſus, Imperio ſucceſſorem deſtinaret, ab eo rebellans, *fratris* (Scianſciai) *filium, qui regionibus Caramanno proximis imperabat, per legatos & literas hortatur, vt ſibi auxilio eſſe velit ad recuperandam dignitatem, atque vlciſcendas iniurias aduerſus eos, qui Baiazetem dolis malignisq; perſuaſionibus ad ſe deductum deprauatumque eo perduxerunt vt alium, quam primogenitum filium, Imperij heredem conſtituendum exiſtimaris*, vt habet relatio Pauli Iouij *lib.* 14. *hiſtor. fol.* 724. Et Amurathes

Digitized by Google

rathes II. capeſſiuiſſe Regnum ex ætatis prærogatiua ſcribitur à Laonico Chalcocondyle *lib.* 8. *hiſt. Turc.* & Reineccio in *append. ad Haithonum.* Cuiuſmodi primogenitus vel ſenior à Turcis appellatur *Othman Cardan*; Barthol. Georgieuiz in *Epitom. de Turcar. moribus, cap. de militia cor.* Agnati autem Regiæ ſucceſſionis capaces vocantur, *Othmaneli*, id eſt filii ſeu poſteri Othmani, hoc eſt ab Othmano primo acquirente deſcendentes; Georgius de Vngaria in *tract. de ritu & morib. Turcar. cap.* 1. qui nunc *Othmanidæ*; Chalcocondyles *lib.* 2. *hiſt. Turc.* Auger. Busbequius in *Epiſtol. Turcic.* Martin. Cruſius in *Turcograc.* Reineccius in *append. ad Haithon.* Lazar. Soranzius in *Ottomanno cap.* 1.

13. In Imperio hodierno Perſico, idem teneri inſtitutum ſucceſſionis & primogenituræ in familia Regia Sophiana, literis commendarunt Petr. Bizarrus *Hiſt. Perſic. lib.* 10. *& ſeq.* Paul. Iouius *lib.* 13. *Hiſtor.* Cælius Auguſtinus Curio *de reb. Perſic.* Philipp. Bergomas in *Chronic.* Reineccius in *d. append. ad Haithon.* Auger. Busbequius *epiſt.* 3. Arniſæus *de Republ. lib.* 2. *cap.* 2. *ſect.* 8. *n.* 30.

14. Syriæ & Aegypti Sultanis, id eſt, Regibus, par idemque ius olim fuiſſe in more poſitum, memoriæ proditur. Scribit namq; Iouius lib. 17. *Sarraconi filius ſucceſſit nomine Saladinus, qui Chriſtianos in Syria & Palaſtina ſæpius acie profligauit, & ad extremum afflictis eorum opib. Hieroſolymitanum euertit imperium. Poſt Saladinum, qui moriens fratri* (Saphadino, præterito Noradino filio) *Regnum reliquit, plures filij nepoteſque* (ecce, filij anteponuntur nepotibus) *ex eadem progenie Aegyptum tenuere.* Quæ verbatim tranſcripſit ex Haythono Armeno Regiæ ſtirpis viro, in tract. *de Tartaris cap.* 52. vbi ait; *Poſt obitum iſtius Soladini, fratres ſui & nepotes ſucceſſiue Aegypti dominium tenuerunt* &c. Cui concinunt Leo Afer in *Itinerar. lib.* 8. Guilhermus Tyrius *lib.* 20. *cap.* 11. Ioan. de Mandeuille in *Itinerar. Hieroſolymit.* Vincentius Beluacenſis in *Specul. hiſtorial. lib.* 32. Reineccius in *append. ad Haithon.*

15. Imperium denique Tartarorum eſſe ſucceſſiuum, aſſerit idem Beluacenſis in *d. Specul. hiſt. lib.* 30. *cap.* 69. & primogenito deberi, id eſt, vt ſenior filius obtineat Imperium, auctor eſt Matthias à Michou in *tract. de Sarmatia lib.* 1. *cap.* 8. *& cap.* 16. Anonymus in *Orat. exhortat. ad Maximilianum I. Imp. de bello Turcis inferendo*, Lazar. Soranzius in *Ottomanno cap.* 98. Arniſæus *de Republ. lib.* 2. *cap.* 2. *ſect.* 8. *n.* 36. Quibus aſtipulatur

Digitized by Google

pulatur M. Paulus Venetus *lib. 2 de Regionib. oriental cap.* 8. ſcribens de Cublaio Tartarorum Rege; *Habet vxores quatuor, quas legitimas cenſet, & ſuccedit ei in Regno prima primogenitus.* Et circa fin. capitis: *De quatuor legitimis vxoribus habet XXII. filios, vocatusque fuit prima vxoris primogenitus Chnichis, qui illi ſucceſſurus erat in Imperio, niſi ante patrem in fata conceſſiſſet. Is itaque reliquit filium nomine Temur, qui eſt homo ſtrenuus, prudẽ & in militia exercitatus, ſuccedetque auo in Imperio, loco patris ſui defuncti.* Sed Haython Armenus in tract. de Tartaris cap. 37. dicit: *Poſt obitum Abagan Can congregauerunt ſe Tartari, & conſtituerunt Dominum ſuper eos quendam fratrem Abagan, qui Tangodor vocatur, & alios fratres ſuos præceſſerat.* Et cap. 38. *Poſt necem Tangodor, Argonus frater Abagan Can.* &c Et cap. 45. *Poſt hæc vero Caſanus fuit quadam infirmitate detentus. & quia ſapienter in vita ſua egerat, voluit etiam vltimo commendari. Vnde ſuum ſapienter condidit teſtamentum, & ſibi inſtituit heredem & ſucceſſorem Carbagandam fratrem ſuum* &c. In quibus exemplis patruus ſemper nepoti præfertur, vt videre eſt in Genealogia apud Reineccium in *append. ad Haython.* & Henninges in *Genealog. tom. 4. reg. 9.*

16. Memorabile eſt iudicium, quod refert Ioannes de Plano Carpi in *Hiſt. Tartar.* & ex eo Vincentius Beluacenſ. in *Specul. hiſtor. lib. 32. cap. 6.* in hunc modum: *Cum Rex Georgiæ duos filios nuper, vnum ſcilicet nomine Melich legitimum, alterum vero Dauid ex adulterio* (concubina) *natum haberet, moriensque terræ partem adulteræ* (concubinæ) *filio reliquiſſet, Melich, cui etiam ex parte matris Regnum obuenerat, quia per fœminas tenebatur, perrexit ad Imperatorem Tartarorum, eo quod & Dauid iter arripuerat ad illum. Ambobus igitur ad Curiam venientibus, datisque maximis muneribus, petebat adulteræ* (concubinæ) *filius, vt fieret ei iuſtitia ſecundum morem Tartarorum. Dataque eſt ſententia contra Melich, vt Dauidi, qui maior erat natu, ſubeſſet, ac terram à patre ſibi conceſſam quiete & pacifice poſſideret.*

Capvt XXXI.

Lex Lacedæmoniorum de iure ſucceſſionis & primogenituræ in Regno Spartano.

1. Hanc legẽ fuſiſſime tractat Nicol. Cragius *lib. 2. de Repub. Lacedæm. c. 2.* tangit Cabotius *lib. 1. var. iur. diſp. c. 11.* Eius ſummã hiſce

Digitized by Google

verbis complexus eſt Æmilius Probus: *Primus in eo regno habebatur, qui maximus natu eſſet ex liberis eius, qui regnans deceſſiſſet. Sin is virilem ſexum non reliquiſſet, tum deligebatur, qui proximus eſſet propinquitate.* Quod ſic intelligit Cragius, vt ſi Rex nec filium nec ex eo nepotem reliquiſſet, vt tum demum is vocaretur agnatus, qui gradu eſſet proximus & ætate maximus.

2. Legis ſententia hæc eſt: Ex pluribus liberis cuiusque Regis defuncti, vnus ſolummodo in ſua familia locum eius tenuit; reliqui cuiuſcunque gradus cum Ciuibus alijs pari iure viuebant. Quod ita intelligendum tamen, vt liberos primo fuiſſe loco ſciamus, atque inter eos illum ordine primum, qui maximus natu; poſtea cæteros pro ætatis ratione. Deficientibus autem liberis, Fratres defuncti erant proximi. Qui ſi & ipſi non extarent, tum ſanguine propior & ſucceſſione. Hoc ita obtinuiſſe ipſa Regum ſeries indicat, apud Herodotum, Plutarch. & Pauſan. Hæc Cragius *d. lib. 2. c. 2.* Quibus nihil commodius nec opportunius dici potuit ad Aureæ Bullæ explicationem. Idem vtrumque ius, eadem linearum obſeruantia, par primigenitura, ſimilis omnino vocatio proximioris & ſenioris agnati adeo vt hoc Lacedæmoniorum inſtitutum Fr. Hotom. in *diſp. de patruo & nepote, cap* 1. pro themate ſumere nihil dubitarit.

3 In qua lege, quia nominatim ætatis grandioris fit mentio, eiusque in caſu contingente rationem haberi voluit Legislator, vt nimirum is, qui grandior eſſet, minori præferretur, eum cenſeri vocatum, qui reuera ſit maior natu, ipſe fatetur Hotom. in *d. diſput. cap.* 11 *& cap* 31.

4. Huc facit, quod ſcribit Ioan. Boemus Aubanus *de morib. gent. lib. 3. cap.* 3 qui eſt de Laconum inſtitutis, in hunc modum: *Liceat quoque Regibus pro ſuo arbitrio aſſidere in Senatu, qui conſtat ex duodetriginta ſenib. Si eo non acceſſerint, eorum* (ſc. Regum) *maxime propinqui duo Senatores ius Regum obtineant*, &c. indubie propter ſpem proximam ſuccedendi.

5. Cum igitur priſcos illos Romanos, orbis terrarum Dominos, non puduerit, Leges ſibi, miſſis Legatis, à Lacedæmoniis petere, vt iuxta illorum nomos ſapienter prudenterque inſtitutos ſuam Rempubl. conformarent, quid nos facere æquum cenſes in Legum ipſarum explicatione?

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XXXII.

Aureæ Bullæ verus intellectus in hypotheſi propoſitus per inueſtituram Mauritij Ducis Saxoniæ.

1. COllatis in hunc modum omnium prope gentium, quas orbis terrarum gerit, legibus ac inſtitutis ſucceſſorijs, qua ſacris, qua profanis (haud paulo melioribus & iuſtioribus Interpretibus iuris publici, quam vulgus leguleiorum eſſe ſolet) cum Aurea Bulla Caroli IV. Imperatoris, & eiusdem Declarationibus pragmaticis, ponamus nunc, dicis gratia, Bullam Caroli V. Imperatoris, qua Electoratum Saxoniæ in Mauritium Ducem, vnde hodierna linea Electoralis directo tramite protendit, per inueſtituram cõtulerit ſiue nouam, ſiue paternam, hiſce aut ſimilibus verbis fuiſſe conceptam, quibus veteres omnes Bullæ Electorales concipi conſueuerunt.

2. *Sano tam eccleſiaſticorum, quam ſecularium Principum Electorum conſilio & conſenſu accedente, non improuide, neq; per errorem, ſed animo deliberato, aliorum etiam Principum plurimorum, Eccleſiaſticorum & ſecularium, Baronum, Nobilium, & Procerum, noſtrorum & Sacri Imperij fidelium, maturo communicato conſilio, autore Domino, futuris cupientes obuiare periculis, & materiam omnium ſuccidere dubiorum: de certa noſtra ſcientia, & plenitudine Imperialis poteſtatis in his ſcriptis pronunciamus, decernimus, ſtatuimus, declaramus, etiam hoc Imperiali perpetuo valituro ſancimus edicto, quod ius, vox, dignitas & poteſtas eligendi Romanorum Regem in Imperatorem promouendum, eidem Mauritio Duci Saxoniæ, tanquam Imperij ſacri Archimarſchallo, ac Principi Electori, heredibus, & ſucceſſoribus ſuis legitimis, laicis duntaxat, ab eo deſcendentibus, quoties caſus huiusmodi electionis emerſerit, in perpetuum debeat competere, ſicut & rite ſibi tanquam Duci Saxoniæ ac Imperij Archimarſchallo competit manifeſte. Ac ipſe velut Saxoniæ Dux Sacri Romani Imperij Archimarſchallus, verus, & legitimus Princeps Elector, & poſt obitum eius, heredes & ſucceſſores ſui legitimi in forma præmiſſa, Ducatum, Principatum & Comitatum Palatinum, & Archimarſchalliam Imperij ſacri, cum omnibus & ſingulis eorum terris, dominijs, proprietatibus, vaſallagiis, libertatibus, honoribus, & pertinentiis, in quibuscunq; rebus conſiſtunt, & quibuscunq; ſpecialib. poſſent vocabulis deſignari: nec non ius, vocem, dignitatem,*

tatem, & poteſtatem eligendi Romanorum Regem in Imperatorem promouendum, ſine impedimento quolibet debeant obtinere.

3. *Et ne inter heredes & ſucceſſores ipſius, eo defuncto, ſuper iure huiuſmodi futuris temporib. dubitationum, quæſtionum, ſeu litium quæuis materia oriatur, decernimus, ſtatuimus, & præſenti Imperiali ſancimus edicto in perpetuum valituro; quod poſt obitum dicti Mauritij Saxoniæ moderni Ducis, Landgrauij Thuringiæ & Marchionis Miſniæ, primogenitus eius filius, & poſt primogeniti obitum, eiuſdem primogeniti filius ex ordine geniture; & ſic deinceps à ſeniore filio deſcendentes ex ordine geniture ſemper ſenior. Si vero primogenitus Ducis Mauritij præfati deceſſerit, maſculini ſexus, laicis duntaxat, legitimis heredibus non relictis, extunc ſecundogenitus filius Mauritij Ducis prædicti, & poſt obitum eius, ſecundogeniti filius, ſenior laicus: & ſi ſecundogenitus ſine heredibus legitimis maſculini ſexus laicis deceſſerit, tertiogenitus dicti Mauritij Ducis, & ſenior eius filius laicus poſt mortem ipſius, & deinceps per talem modum directa linea geniture deſcendentes ab eo, laici duntaxat, ius, vocem, dignitatem, & poteſtatem eligendi Romanorum Regem, promouendum in Imperatorem, & officium Archimarſchalliæ, cum omnibus, & ſingulis ſuis dominijs, honoribus, iuribus, priuilegijs, dignitatibus, & pertinentijs, perpetuis obtinebunt temporibus, per ſucceſſionem hereditariam, & paternalem, vt præmittitur, ex ordine geniture.*

4. *Si vero præfatum Mauritium modernum Saxoniæ Ducem, Landgrauium Thuringiæ, & Marchionem Miſniæ, ſine legitimis maſculini ſexus heredibus laicis, de lumbis eius directa linea geniture deſcendentibus, mori contigerit, extunc Principatus & Comitatus Palatinus Saxoniæ, nec non Archimarſchallia ſacri Imperij, ac ius, vox, dignitas, & poteſtas eligendi Romanorum Regem in Imperatorem promouendum, ad Illuſtrem Auguſtum, Ducem Saxoniæ, Lantgrauium Thuringiæ, & Marchionem Miſniæ, modernum fratrem eiuſdē Mauritij Ducis Saxoniæ, Lantgrauij Thuringiæ, & Marchionis Miſniæ, & ad legitimos eius heredes maſculini ſexus, laicos duntaxat, ita videlicet, quod poſt eiuſdem Auguſti obitum primogenitus eius filius, & poſt primogeniti obitum, eiuſdem primogeniti ſenior filius ex ordine geniture; & ſic deinceps à ſeniore filio deſcendentes ex ordine geniture ſemper ſenior: Si vero primogenitus Ducis Auguſti præfati deceſſerit, maſculini ſexus, laicis duntaxat, heredibus non relictis, extunc ſecundogenitus filius Auguſti Ducis prædicti, & poſt obitum eius ſecundogeniti filius ſenior, laicus, poſt mortem ipſius, & deinceps per talem modum*

Digitized by Google

modum directa linea genituræ deſcendentes ab eo;laici duntaxat, ius, vocem, dignitatem & poteſtatem eligendi Romanorum Regem promouendum in Imperatorem,& officium Archimarſchallia, cum omnibus & ſingulis dominijs, honoribus,iuribus.priuilegijs,dignitatibus,& pertinentijs,perpetuis temporibus obtinebunt per ſucceſſionem hereditariam & paternalem, vt præmittitur, ex ordine genituræ.

5. *Quibus omnibus,non extantibus, ad proximiorem heredem,ſecundum lineam paternalem,duntaxat laicum,ſeniorem Ducem Saxoniæ pro tempore, ac eius heredes,ſecundum eundem modum ſuperius expreſſatum, in perpetuum legitime deuoluentur.*

6. Hæc Bulla licet in ſcriptis redacta non habeatur,tamen à Carolo V. Imperatore conceſſa fingitur per nouam inueſtituram: & per me licet appelletur Bulla mentalis, ſicut in Portugallia Lex,quæ fingitur ab Iohanne Rege inſtituta, obtinuit vt mentalis vocaretur. Eſt enim expreſſa hæc Bulla ex mente ac voluntate Imperatoris, Electoratum Mauritio Duci & eius fratri Auguſto ſub ſimultanea inueſtitura concedentis; cuius mentem habemus diplomate inueſtituræ illius comprehenſam,quod extat.

7. Si nunc quæratur quis Mauritio Electori & Auguſto Duci tum fuerit proximior heres, & ſenior Dux Saxoniæ, cum hæc Bulla conceſſa fingitur, nonne in promtu reſponſio eſt; Iohannes Fridericus ſenior Exelector, qui per in integrum reſtitutionem Cæſaream, ius agnationis in dignitate & ſtatu Ducali conſecutus erat?

Capvt XXXIII.

De proſcriptione Iohannis Friderici Electoris Saxoniæ &c. per quam ius primogenituræ perijt.

1. Etenim notum eſt conſtatque inter omnes, Iohannem Fridericum Electorem Saxoniæ &c. caput ac Principem vnionis Schmalkaldicæ, proſcriptione Cæſarea fuiſſe maximam capitis minutionem paſſum, & ea re cum primogenitura ius pariter agnationis amiſiſſe non actu ſolum, ſed etiam habitu, tam ipſum, quam heredes eius in perpetuum; Onuph. Panuinius in *de comit. Imperat. lib. 1. cap.* 10. Fran. Verona in *apolog. pro Patrib. ac Scholaſtic. Societ. Ieſu, part. 2. c.* 8. *n.* 6.

Nam

Digitized by Google

Nam hoc ius cum ſit ciuile, morte iſta ciuili potuit perimi, vt eſt in iure conſtitutum. Et M. Tullius in Topic. *Qui capite minuti ſunt*, inquit, *gentiles eſſe deſierunt.*

2. Et ſic per bannum Imperiale mutata eſt ſucceſſio in linea Erneſtina, vt locum amplius habere ordo ille primogenituræ non poſſit. Nam qualitas & natura rei mutata & ſuperueniens, validum etiam ordinem extinguit; Georg. Bernardus in *diuiſ. Inſtit. Imp. lib. 3. tit. de inutil. ſtipulat.*

3. Nec ipſi illi, quos impugnamus, diffitentur, lineam primogenitorum per capitis minutionem fuiſſe extinctam. Dent ergo nobis & hoc neceſſe eſt, à Mauritio nouum primigenium incepiſſe, vt ipſe ex ſua propria perſona fuerit principium primogenituræ; Cæuallos *pract. quæſt. comm. contra comm. tom. 3. q. 762. n. 762. n. 165. in fin.* & in quo etiam quaſi nouum quoddam feudum incæpit propter gratiam & beneficium nouæ conceſſionis Caroli V. Imperatoris; Iohan. Peil in *apodixi de ſucceſſ. Iuliacenſ.*

4. Quo facto Iohannes Fridericus priuatus iure primogenituræ, reiectus fuit extra lineam primigenialem in locum proximioris heredis, & ſtatum ac conditionem ſenioris Ducis Saxoniæ, ſub tali quodam pacto, vt nimirum, deficiente linea primigenia Electorali Mauritiana, is, qui in linea Iohan. Fridericiana gradu proximior erit defuncto vltimo Electori, & inter pares Saxoniæ Duces tunc ſenior, ad poſſeſſionem Electoratus vocetur. Quo adepto fiet is quoque auctor nouæ primogenituræ eo ordine, qui in prima parte Aureæ Bullæ diligenter & accurate præſcriptus eſt. Et hoc ideo, quia ius primæuum ex inhabilitate & incapacitate ſuſpenſum ac impeditum, ſublato impedimento reualidatur & conſolidatur: ita in noſtro caſu Molina Ieſuita *de iuſtit. & iur. tom. 3. part. 1. tract 2. diſput. 624. numero 5.*

CAPVT

CAPVT XXXIV.

De reſtitutione Iohannis Friderici Exelectoris in ſtatum Ducalem: & an ea ius primogenituræ importet.

1. AT, inquiunt nonnulli, per reſtitutionem Cæſaream ipſe Iohannes Fridericus cum heredibus ſuis repoſitus eſt in priſtinum ſuum ſtatum. Quibus contradicunt decreta Cæſarea in eum lata, quæ effectum ſuum ſunt ſortita, & quibus, vt reus criminis læſæ Maieſtatis, declaratur inhabilis ad Electoratum Imperij, & priuatus tum ipſe, tum heredes eius omni iure, in quo Mauritius Dux ei fuit per ſententiam à Cæſare ſurrogatus, & huic Auguſtus frater ſubſtitutus, iuxta Aureæ Bullæ tenorem: cuius poſteri iure primogenituræ & excellentia Electorali etiamnum continua poſſeſſione gaudent & fruuntur; atque vt in perpetuum gaudeant ac fruantur, id DEVM veneramur.

2. Quod ſi concedamus, ſine offenſione tamen decretorum Cæſareorum, quæ in rem iudicatam abierunt, reſtitutione illum in ius amiſſum primogenituræ fuiſſe repoſitum: tum hìc minus veri apparebit, quoniam ius amiſſum per crimen, eſſentialiter non redit, niſi per abſolutionem criminis. Verum res ſunt ſeparatæ & actiones differentes, reſtitutio ſeu abſolutio ſimplex, & abſolutio criminis, etiam in rebus ſpiritualibus & Eccleſiaſticis, vt in Simoniaco, cui abſolutio conceſſa non poteſt firmare prouiſionem illam, nec legitimum eum poſſeſſorem efficere: ſed iure opus eſt nouo iuxta ciuilis & Canonici iuris regulam: Quod ab initio inualidum eſt, non poteſt tractu temporis conualeſcere, *l.29.D.de reg.iur.c.18.de reg.iur.lib 6.* Quum itaque reſtitutio hæc Cæſarea ſit tantum ſimplex, qua in ſtatum nō primigenium & Electoralem, ſed Ducalem, & (vt ita loquar) agnatialem reponitur, ipſa etiam abſolutio tantummodo ſimplex ſit oportet, per q̃ crimine quidem eximitur, ſed non cauſa & culpa criminis, quam poſteri eius in priuatione primogenituræ & Electoratus adhuc luere coguntur.

3. Quod ſi eo progrediemur, vt omnes Imperiales ſententias & conſtitutiones tranſiliamus, tum ipſa lex naturalis reſtiterit, per quam & iuxta quam, cum ius primogeniæ ſucceſſionis & præcellentiæ Electoralis Iohanni Friderico de facto ademptum ſit, locum hìc habebit

regula Phyſica: à priuatione ad habitum non fit regreſſus; Simplicius *comment.in Prædicam.* Albertus Magnus *comment.in lib.* 1. *de generat. & corrupt.tr.*1.*cap.*30.*& in lib.*8. *Methaphyſ.tract.*2.*c.*3. Auerroes, qui vulgo Commentator dicitur, in *Prædicam. Ariſtot.tr.*3.*cap.*1. cum eadem proportio ſit ad illud ius ſemel amiſſum, quæ eſt amiſſi ſemel viſus, aut membri amputati vel mortui, quod redire nequit, niſi gratia mere ſupernaturali, & in natura haud fundata. Argumentum quandoquidem pro natura hic fallere nequit: ſi fundamentum iuris amiſſum ſit, tum neceſſario etiam ius ipſum perire. Atqui fundamentū iuris primigenij & Electoralis dignitatis in eo perijſſe, id quidē probatione non indiget.

4. Tacemus, quod acquiſitio noui iuris non reſtituerit Electoratum, qui primogenito debetur, ſed tantum Ducalem dignitatem, nec eam quidem vt antiquam, ſed tanquam nouam quodammodo, quum propter crimen læſæ maieſtatis ipſo iure feuda etiam Ducalia commiſſa fuerint; Roſenthal in *Synopſ.feud.c.*2.*concluſ.*19.*& cap.*10.*concluſ.*199. Arniſæus *de Republ.lib.*2.*c.*6.*ſect.*5.*n* 124 & feudum Ducale antiquum tum demum remaneat, cum confiſcationis ſententia penitus eſt inualida & irrita; Rugerus *Conſil.*2.*n.*75.*& n.*114.*vol.*1. Ducalem, inquimus, dignitatem, & (deficientibus omnibus ex Electore Mauritio, & Duce Auguſto deſcendentibus) ius proximitatis & maioratus in ſucceſſione agnatorum Ducum Saxoniæ. Vnde conſequitur, iuxta regulam ſuperiorem, vt ius primigenium, quod habuit, quando ſemel ademptum eſt, ad illum aut eius poſteros redire omnino nequeat, durante interiecto illo impedimento.

5. Nec iuuat dicere, ablata cauſa, quæ eſt proſcriptio & condemnatio, ceſſare etiam debere effectum. Nam etiamſi regula vera ſit de effectu, qui eſt in actione continua, vt cum ædificamus, pingimus, ſcribimus (in hoc enim caſu, ablata cauſa neceſſario ceſſat effectus) id tamen de effectu dici nequit, qui eſt opus ſemel conſummatum & perfectum, ſiue poſitiuum ſit, vt ædificium, tabella, liber &c. ſiue priuatiuum, vt amiſſio viſus, vitæ, virginitatis, q̄ etiā ablata cauſa nō ceſſant eſſe: nempe iuxta primū genus, ædificiū poſt architectū, tabella poſt pictorē, liber poſt ſcriptorē, & filius poſt patrē; & iuxta poſterius genus, cæcitas poſt curatū malū, ob q̄ viſus amiſſus fuerat. Sic vita, aut virginitas non redeunt, etiamſi ille punitus ſit, qui vnum aut alterum ademerat.

6. Vt igitur ad rem veniamus; quemadmodum regula locum non habet in materia ſuſpenſionis ſimplicis, vt in quibusdam Principibus Imperij factitatum legimus (ſiquidem tunc cauſa ſublata, quæ eſt comminatio, Banni ceſſaret etiã effectus) ita in cauſa iuris amiſſi, vt in ipſo hoc facto accidit, illa locum habere, vt videlicet rediret, non poſſet. Quandoquidem hic congruentia quædam eſt cum eo, quod diſtinguunt Theologi inter opus mortuum & opus mortificatum; Thomas Aquinas *part. 3. q. 89. art. 5. & ſeq.* intelligentes per opus mortuum, id quod extra gratiam, velut in hæreſi aut excommunicationis ſtatu, eſt perpetratum; & per opus mortificatum, id cum factum ſit in ſtatu gratiæ, per peccatum cõſequens eſt redditũ auctori inutile, infructuoſum, & ſine merito vllo. E quibus duobus veluti vltimum per pœnitentiam & gratiam ſubſequentem redit, ita primum haud redit, vt vtcunque moraliter bonum eſſe poſſit.

7. Quod ſi quæratur, quid ergo Reſtitutio Cæſarea præſtet, ſi ius amiſſum non redeat? Reſpondetur, vt qui priuatus erat vita & bonis, etſi non in primogenituram, hoc eſt, Electoratum & Primatum ſanguinis, in ius tamen agnationis, & bona Ducalia extra Electoratum conſiſtentia, reducatur. Deinde, vt eundem, in caſu deficientis lineæ Electoralis, compotem reddat noui iuris, & per proximitatem in ſuccedendo auferat impedimentum illud & obſtaculum, quo durante, is ille eſſe primus Princeps ſanguinis Electoralis Saxonici non poſſet, adeo vt ratio prioris primigenij iuris prætenſi nulla prorſus, tanquam rei non amplius ſubſiſtentis, habeatur: idque tum vt exemplo ſeruiat, tum vt propugnetur iudiciorum & legum tam ciuilium, quam fundamentaliũ Imperij auctoritas; Cardin. Bellarmin. in *Apolog. pro Societate Ieſu, p. 2. c. 8.*

8. Exemplo res fiet clarior. Fridericus II. Imperator, Rex Siciliæ & Dux Sueuiæ, tres habuit filios legitimos, Henricum, Conradum, & Enzium. Henricus primogenitus in Regem Romanorum electus & coronat⁹, quum rebellare abſente patre auderet, ab eo proſcriptus, captus & in carcere fuit extinctus, recepto in gratiam nepote, cui ſimiliter Henrico nomen, & in Ducalem ſtatum reſtituto. Suffectus dein primogenito fuit Conradus ſecundogenitus in Ducatu Sueuiæ & Regno Romanorũ: quem etiam moriturus Imperator conſtituit heredẽ vniuerſalẽ in vniuerſo Regno Siciliæ & Apuliæ, atq; toto Imperio

Romano: Enzio tertiogenito reliquit Regna Sardiniæ atq; Corſicæ, ea conditione, vt iuxta Conradi fratris Imperatoris arbitrium poſſidere debeat. At Henrico nepoti dedit Ducatum Auſtriæ cum decem millibus vnciarum auri; Pandulph Collenutius *lib.4. Hiſt. Neapolit. cap.16.* Matthæ. Caſtritius *lib.4 de heroic. virtut. Principum Germ. c.11.n.10.* Vbi cernis, Henrico ex primogenito nepotem, vtcunq; ab auo Cæſare planiſſime reſtitutum, non tamen ius primogenituræ recuperaſſe, quod patruus ſecundogenitus ſemel adeptus in filium ſuum Conradinum deriuauit, ſpe tantum ſuccedendi Henrico relicta, q̃ illi fata inuiderunt.

9. Neq; huic obſtat, quod in Reſtitutione Cæſarea, qualitas Ducis Saxoniæ cum omni honore & dignitate redonatur. Non enim hoc in quæſtione eſt: ſed an qualitas primigeniti ſeu primi Principis ſanguinis Electoralis? Quod negatur. Neq; enim præſumitur Cæſar plus indulſiſſe, quã fuerit interceſſione Ferdinandi Regis Romanorum, Philippi Infantis Hiſpaniarũ, & ipſius Mauritij Electoris poſtulatũ. Et ſi maxime Cæſar talẽ quandã qualitatẽ prærogatiuæ indulſiſſet, nõ tamẽ poſſet ex diſpoſitione iuris valere, ſiquidẽ ſimplex enunciatio ius tribuere non poteſt: quia eodẽ iure tradẽte, verba enunciatiua non diſponant; Zaſ. in *l.q. familia, D. fam. herciſc.* quanto minꝰ ergo in facto huiꝰ conſequentiæ.

CAPVT XXXV.

Verba reſtitutionis Cæſareæ proponuntur, & obiter elucidantur.

1. VErumenimuero vt dicta factis exæquemus, iuuat ipſam Imperatoris Caroli V. Cæſaris Auguſti Bullã, ſuper reſtitutione Iohannis Friderici Elect. in Comitijs Auguſtanis, anno Dom. MDLII. conceſſam, (quæ referri debet ad *tit. C. de ſentent. paſſ. & reſtitut.*) hoc loco ob oculos ponere, & ad trutinam veritatis ponderare atq; examinare. Sic confidimus fore, vt cuiuis integro atq; ſincero Lectori facile futurum ſit arbitrari, à qua parte iuſtitiæ trames verius propendeat & inclinet. Ejus Bullæ ſeu Reſcripti verba hæc ſunt:

2. So ſeynd wir auß gnädigſten Kayſerlichen Gemüt vnd Willen / den wir obgedachtẽ Johans Friederichẽ dem Eltern / Hertzogẽ zu Sachſen / vmb ſolcher ſeiner lieb / vnd gemeltes ſeines Sons / vnderthenigſter vnd getrewer Erzeigung / auch wolhaltungen jhrer Pflicht vnd Ver-

ſchrei-

ſchreibungen / tragen, Vnnd in Anſehung der Stadtlichen vnd Ahnſehlichen furbitt/durch den Durchleuchtigſten/Großmechtigſten Fürſten/ vnſern freundlichen Lieben Brudern / Herrn Ferdinanden Römiſchen / zu Hungern vnnd Böheim König / ꝛc. auch vorgedachten vnſern Lieben Sohn/ den Printzen auß Hiſpanien/vnd andere Chur vnnd Fürſten des Reichs/ ſeiner Lieb halben / bey vns geſchehen/ bewogen/ gegen mehrgedachtem Hertzog Johans Friederichen dem Eltern/ berürte verſtrickung gnädiglich vnnd volkömlich fallen zulaſſen / vnnd Jhne gäntzlichen zu gnaden wiederumb auffzunehmen.

3. Jn maſſen wir auch hiermitt auß Keyſerlicher Milde vnd Guete gegenwertiglich/ wißentlich / in Krafft dieſes vnſers Kayſerlichen Brieffs/thuen / vnd vorangeregte Verſtrickung gäntzlich vnnd aller gnädigſt aufheben / *caßiren*, vnnd fallen laſſen.

4. Verzeihen vnnd vergeben ſeiner Lieb auch / was er hienor in ob Angeregter vergangener Kriegshandlung vnnd zuuorn/gegen vns/ vnnd gedachten vnſern Lieben Bruder / dem Römiſchen Königk/ gehandelt haben möchte / gnädigſt vnd gäntzlich.

5. Nehmen auch ſein Lieb fur vnſern vnd des H. Reichs Fürſten / vnnd in ſeinen Alten Fürſten ſtand vnd Ehre gnädiglich wieder an: Vnnd wollen daß er von allen vnſern / vnd des H. Reichs Churfürſten / Fürſten vnd Ständten / auch ſonſt allermänniglich / ein Reichsfürſt vnnd Hertzog zu Sachſſen / Landgraff in Thüringen / vnd Marggraff zu Meiſſen/ꝛc. wie zuuorn/geheiſſen/genent/geſchrieben / geachtet/ vnnd gehalten / auch ſchilde vnd wappen gebrauchen möge / vnnd Jhme dauon von jemandt einiger Jnhalt oder Verhinderung nicht gethan werden ſollen.

6. Entheben vnnd entbinden jhn auch hiermitt nochmals zum vberfluß / vnnd mehrer ſicherheit/von hienor ergangener vnſer vnnd des Reichs Acht / vnd aller derſelben Wircklgkeit/keinerley darinnen oder dauon furbehalten oder außgenommen.

7. *Reſtituirn* vnnd ſetzen ſein Lieb vnnd Jhre Erben / zu ſeiner Lieb vorigen Gerechtigkeiten/ förderungen/ Ehren / Begnadungen / Titeln/Wappen/Freyheitten/auch zu der Väterlichen gewalt/ſo ſein Lieb vor der zeit vber ihre Söhne vnd Kinder gehabt/ alſo vnd der geſtalt / das ſein Lieb deßelben gewalts vnd Väterliches macht/auch die Lande

vnd Leuthe wiederumb ſo vielen deren ſeiner Lieb Söhnen vñ Kindern/ von vns/auch vnſerm Lieben Bruder dem Römiſchen König/ mit bewilligung vnd zulaſſen Hertzog Moritzen zu Sachßen/inhalt der *Capitulation*, gelaßen worden/zu ſambt dem außſtande bleiben ſollen / alles von vnſer Römiſchen Keyſerlichen macht volkommenheit wiſſentlich in krafft diß Brieſes.

8. Dieweil auch die Chur vnnd Fürſten zu Sachßen von Alters hero jhrer Lande vnd Leuth halben/ſo ſie gehabt/vnd künfftigt erlangen möchten / in ſambtlicher belehnung geweſen/ſo haben wir demnach ſeiner Lieb/ vnd allen jtzigen Fürſten zu Sachßen / ꝛc. auch deroſelben Erben vnd nachkommen / zu Gnaden vnnd wolfahrt *declarirt*, geordnet vnd erklärett:

9. *Declariren*, ordnen/vnd erklären auch hiermitt wiſſentlich in Krafftdieſes Brieſes/das ſolche geſampte Lehenſchafft vnuerruckt vñ vnuerendert bleiben/vnnd jhre Liebdt vnd jhre Erben hinfurter zu ewigen zeiten mit einander in geſambter Lehenſchafft ſitzen vnd berührte jhre Landt vnd Leuthe von einem ſtamme auf den andern / nach ſolcher Sipzahl / wie im Hauß zu Sachßen/ ꝛc. für recht gehalten vnnd herkommen / fallen vnd erben ſollen/ nach inhalt jhrer Alt Vätterlichen theilungen vnd verträge / ſo ſie derhalben allweg mit einander gehabt/ vnd noch haben/ ꝛc.

10. Ait Imperator, für vnſern vnd des Heiligen Reichs Fürſten) ergo non Churfürſten/ hoc eſt, in Principem Imperij, non in Electorem.

11. In ſeinen Alten Fürſtenſtand) non Churfürſtenſtand/id eſt, in priſtinum ſuum ſtatum Ducalem, ſeu Ducis Saxoniæ. Atqui, inquies, nonne priſtinus eius ſtatus fuit Electoralis? Ita ſane; ſed fuit etiam Ducalis: quia omnis Elector Saxoniæ eſt etiam Dux Saxoniæ, Lantgrauius Thuringiæ, & Marchio Miſniæ; Sed non è conuerſo. Itaque remota primogenitura & Electoratu reſtituitur in cæterum ſtatum Principalem, quo Dux Saxoniæ &c. cluebat, vt ſequentia verba manifeſtiſſime ingerunt.

12. So viel deren ſeiner Lieb Söhnen/ꝛc.) hiſce verbis reſtringuntur antecedentia de caſſatione & abſolutione Banni Imperialis, vt ſcilicet ea in id facta tantum intelligatur, in quod conuenit.

13. Inhalt

13. Inhalt der *Capitulation*) qua conuentum & tranſactum eſt, vt ius primogenituræ & excellentia Electoratus in poſterum penes Mauritium, eius fratrem Auguſtum, eorumq; poſteros & deſcendentes eſſet in perpetuum, iure tantum agnationis & dignitate Ducali Iohannis Friderici filijs relicta.

14 In ſämptlicher belehnung) in ſimultanea inueſtitura: Atqui tantū abeſt vt ius vllum primogenituræ aut prærogatiuæ importet, vt eā quam maxime oppugnet. Eſt enim inuenta ad paritatem conditionis in hereditate demonſtrandam. Sequitur enim: Vnnd allen jtzigen Fürſten zu Sachſſen/ꝛc. quibus ſcilicet vniuerſis ac ſingulis par & idem ius eſſe hac qu dem in parte voluit.

15. Von einem Stamme auf den andern) non dicit de linea in lineam, nec de primogenito in primogenitum, ſed de ſtemmate in ſtēma, vt videlicet vno aliquo ſtemmate Principatus cuiuſpiam poſſeſſore, extirpato & extincto, ſequens ſtemma iure ſimultaneæ inueſtituræ ſtatim poſſit Principatus illius poſſeſſionem apprehendere, & æqualiter inter ſe partiri, ſecundum iura Saxonica.

16. Nach ſolcher ſipzahl wie ein Hauß zu Sachſſen/ꝛc.) non ait, ex ordine genituræ ſecundum Auream Bullam in linea primigenia; ſed ait, ſecundum gradus prærogatiuam, ſicuti fert Saxoniæ mos & inſtitutum. Nullum hic verbum de primogenitura aut priuilegio cuiusquam lineæ, & in ea prætenſi primogeniti, ſed aperte ab Imperatore in tranſuerſo hoc agnatorum ordine, paritas & æqualitas priſca omniū Ducum Saxoniæ inducitur & confirmatur. Quando enim hæc clauſula, Nach rechter Sipzahl/ vel æquipollens, in inueſtituris eſt poſita, tunc agnati ſecundum gradus prærogatiuam ſuccedunt, nō ſecundum ius primogenituræ; Iohan. Schneidewein in *epitom feud. p. 6. n. 25. & n. 31.* Iohan. Koeppen in *deciſ. q. 47. n. 16.* h. e. vt proximior in gradu remotiorem excludat; Matth. Colerus *deciſ. 52. n. 17.* Wehnerus in *obſeruat. pract. verb.* Nach rechter Sipzahl Quæ eſt ipſiſſima deciſio Aureæ Bullæ in hoc caſu agnatorum collateralium, vt ſcilicet, deficiente linea primigenia Electorali, proximior in gradu remotiorem, & ſenior ſuperet iuniorem, quemadmodum paſſim *hoc libro demonſtrauimus.*

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XXXVI.

De parili & æqua conditione omnium Ducum Saxoniæ, Lantgrauiorum Turingiæ, & Marchionum Miſniæ, &c.

1. ATque ita apparet Iohannem Fridericum Exelectorem fuiſſe ab Imperatore Carolo V. Auguſto & Ferdinando Rege Romanorum reſtitutum non in priſtinum ius primogenituræ, quod Iulianus Imp. in reſcripto, quo Zenonem Medicum religionis cauſa exulantem reſtituit, vocat τὸ πρότερον ἀξίωμα: nec in πλεονέκτημα ſeu excellentiam Electoratus, ſed in ius agnationis tranſuerſæ & ſimultaneæ inueſtituræ, in ſtatumque Ducalem: in quo ſtatu nullus Dux Saxoniæ vllam habet præ alio prærogatiuam ciuilem ſeu primigenialem, ſed omnes æquo iure inter ſeſe pariter vtuntur.

2. Quod, præter alia numeroſa documenta, aperte teſtantur diſpoſitiones teſtamentariæ huius ipſius Exelectoris Iohannis Friderici Senioris, & eiuſdem filij Iohannis Wilhelmi Ducis Saxoniæ, noſtrorum Ducum patruelium communis proaui atque aui. Et in aui quidem, Ducis Iohannis Wilhelmi, teſtamento hiſce planiſſimis verbis diſponitur & ſtatuitur: Setzen vnd ordnen / daß nach dem Löblichen Exempel vnſers Lieben Herrn Vatters ſeeligen Teſtament / vnſere Liebe Söhne / ſich in vnſer verlaſſen Fürſtenthumb / Lande / Leuthe / vnd Erbſchafft zugleich vnd Brüderlich theilen ſollen vnnd mögen / vnd keiner vor dem andern diß fals einen vortheil nicht haben noch behalten / ſondern durchaus die gleichheit laſſen ſtatt finden / wie ſich vnter Brüdern eignet vnd gebühret.

3. Et paucis interiectis ſuper integritate Electoratus Saxoniæ, vt eum nempe filius ſenior, ſi caſus tulerit, participare cum fratribus aut compenſare, iuxta Aureæ Bullæ tenorem & reſcriptum Maximiliani II. Imperatoris, minime teneatur, ſequitur: Aber alle andere vnſere Fürſtenthumbe / Lande vnnd Leuthe / ſo wir itzo haben / vnnd künfftig auß krafft der Erbuerbrüderung / (cum Marchionibus Brandenburgiæ, Lantgrauijs Haſſiæ, Principibus Hennenbergæ, &c.) vnnd der

aus

aus Gnaden erlangten *iuris primogenituræ* (quod nempe primogenitus eius frater Iohannes Fridericus iunior ab Imperatore Maximiliano II. Auguſto proſcriptus & captus, eadem ratione perdidit, qua pater eius Elector; eique & filijs ſurrogatus eſt per diploma Cæſareum tertiogenitus iſte Iohannes Wilhelmus cum filijs ſuis in perpetuum, quo ad expectantiam in ſucceſſione iuxta pacta illa hereditaria, quas vocant Confraternitates, vt ſcilicet contingente caſu, licet forte aliquis ex deſcendentibus illius Ioh. Friderici foret proximior & ſenior, tamen ei præferretur is, qui inter poſteros Ducis Wilhelmi eam qualitatem habiturus eſt) bekommen / oder an vnſere Liebe Söhne ſich erledigen werden / dieſelben alle ſollen vnter vnſere lieben Söhne zugleich getheilet / vnd keinem vor dem andern einiger vortheil nicht geſtattet werden / ſondern in dem allen / dem Löblichen Exempel vnſer lieben Vorfahren / Herrn Ernſten vnnd Herrn Albrechten / Hertzogen zu Sachßen / milter gedechtnus / nachfolgen / in maſſen dann vnſer Gnädiger Lieber Herr vnnd Vatter / in ſeinem Väterlichen Teſtament ſolche gleichheit in der Theilung zuhalten / vns vnd vnſern Lieben Brüdern gnädiglich befohlen vnd vferlegt.

4. Vnnd ob vns wohl vnuerborgen / das Exempel im Chur vnd Fürſtlichen Hauß zu Sachßen / Pfaltz vnd Brandenburg / ſich zugetragen / das obgemelte gleichheit in den Fürſtlichen Theilungen nicht gehalten worden / vnnd ſolches darumb / das der Churfürſten digniteten vnnd regierungen vmb ſo viel ſtattlicher mögen erhalten werden: ſtellen wir doch ſolches an ſeinen orth / vnnd laßen vns die angezogene gleichheit vielmehr gefallen: Sindtemahl dieſelbe in Gottes Wort gegründet / welches lauter ſaget: Du ſolt dich deines Väterlichen Erbtheils halten. So iſt es auch den geſchriebenen Rechten / vnnd vieler Löblichen Fürſten Exempel gemeß / das vnter Brüdern in der Succeſſion die gleichheit ſoll gehalten werden. Denn die warheit am lengſten vnd beſtendigſten: Vnnd hatt ſonder zweiffel den ſegen Gottes / iſt auch zu erhaltung Brüderlicher Lieb vnnd einigkeit ſehr nützlich vnnd verträglich. An welchen allen ja vielmehr gelegen / dann an einem vertrag / etc.

5. Lubet nunc exclamare cum Malachia Propheta cap. 2 *Numquid non pater vnus omnium noſtrum? Nunquid non DEVS vnus creauit*

nos? *Quare ergo deſpicit vnus quisque veſtrum fratrem ſuum, violans pactum patrum veſtrorum?*

6. Vbi enim ſtatuitur æqualis perſonarum qualitas à patre in filijs, non præſumitur, quod vnum tantum prædilexerit, & alterum neglexerit; vnum extulerit, alterum proſtrauerit, arg. *l. non ſolum. §. de nouo dub. D. de ritu nupt.* Didacus Rodericus *de coniect. mente defunct. lib. 2. cap. 3. §. 1. num. 3.* Vnde Iſocrates dicebat, non decere fratres, vt lances in ſtatera, altero humiliato alterum extolli; Antonius Monachus in *Serm. de amore fraterno,* Maximus Monachus in *ſermon. eiusdem tituli.* Ceſſat quippe priuilegium inter pares, l. ſed & militis. 10. § coæqualitas, D. de excuſat. tutor. idem Rodericus d. lib. 2. cap. 3 §. 1. n. 3. Et vulgo dici ſolet: vbi eſt æqualis ſanctitas, ibi debet eſſe æqualis feſtiuitas; Author Conſil. 2 num. 1. inter Conſil. Franconic.

7. Quamobrem æqualitas eſt inter æquales agnatos obſeruanda: Tiraquellus *de iure primigen. quaſt. 4. num. 4.* Oportet enim vt æqualis gratia iungat, quos iunxit æqualis natura, ne diſſidia & inteſtina odia conſanguineorum corda occupent; Doctores in *l. cum pater euictis, D. de legat. 2.* Paul. Caſtrenſis *conſil.* 150. Ludouic. Roman. *conſil.* 385. *& conſil.* 438. Baldus in *c. cum acceßiſſet, Ext. de conſtitut. in pr.* Hub. Cynus Campanus in *conſultat. pro defenſ. filia Senatoris nupta Doctori, num.* 28. ne inter natura & dignitate pares imparia ſtatuantur in qualitate; aut alter alterius tanquam ſuperioris imperio, quod plerumque generoſis animis intolerabile eſt, ſubijciatur; Betſius *de pact. famil. illuſtr. cap. vl. f.* 711.

8. Quo iure inter ſeſe Regij agnati vixiſſe videntur etiam antiquiſſimis temporibus, quibus omnes communi nomine Reguli dicti, vt videre eſt apud Dictyn Cretenſ. *lib.* 1 *de bello Troiano*, interprete Q. Septimio Romano: pariterque erant ſceptrigeri, vt idem Dictys, & Homerus in *Iliad.* paſſim de Priami liberis & agnatis: licet filij Regum primæ auctoritatis eſſent; Gramaye in *Hiſt. Aſiatic. in analect. antiquit. Troianar. ſect. 2. folio* 711. ex quibus ſenior demum Regis titulum & poteſtatem obtinuit, patre obeunte; Libanius Sophiſt. in *Declamat.*

9. Ergo etiam hæc coæqualitas Ducum Saxoniæ durare inter eos, eorumue poſteros ac deſcendentes debet eousque, donec caſus

vacantis

vacantis Electoratus (quem DEVS diu prohibeat) contigerit. Quo caſu proximior ex eis, aut inter pares gradu, vt ſunt fratres & patrueles, Senior cæteris præferetur in dignitate & potentia Electoratus, vt eſt in hoc auito Teſtamento ſancte, & cum graui maledicto præuaricantium ordinatum & conſtitutum.

Capvt XXXVII.

Concluſio pro Seniore patruelium Ducum Saxoniæ.

1. Dixi, vt ſunt fratres & patrueles. Namque *patrueles* in iure ſuccedendi fratribus comparantur. Vnde & eos Sacra Scriptura ſemper ſolet *fratres* appellare; Eglinus in *Genealog. Chriſti, num.* 45. Quin & in iure ciuili *fratres patrueles*, interim etiam *fratrueles*, à Græcis ἀδελφεοί; Scholiaſt. *Apollonij Rhodij lib. 2. Argonaut.* nec non ἀδελφιδέοι, vel ἀδελφιδοῖ; Gilbert. Cognatus *Not. in Lucian. Samoſaten.* denique ἀδελφιδοί; Franciſc. Portus in *Syneſ. epiſt.* 56. à mediæ ætatis Conſultis *fratrui* & *fratruelli*; à nobis Brüders Kinder/ à Gallis couſins germains, ob eandem rationem indigetantur. *Fratres* autem dicuntur quaſi fere alteri, vt ex ſententia P. Nigidij docet A. Gellius *lib.* 3. *Noct. Attic.* Clemens Alexandrin. *lib.* 2. *Stromat.* Marſil. Ficinus lib. 3. epiſt. 7. & quia pares eſſe creduntur; Lactantius *lib.* 5. *Inſtitut. c.* 16. tam natura; Epictetus apud Arrianum *Diſſertat lib.* 3. quam officio & affectione; Euſebius Emiſenus *homil.* 4. Ioan. à Wouwer *Notis in Minucij Felicis Octauium f.* 166.

2. Sicuti ergo inter fratres natu maximus habet prærogatiuam ratione ætatis, ita etiam inter fratrueles, qui natu maximus eſt, cæteris prærogari debet. Et ſicut inter fratres hereditas diuidua in æquas portiones partiri ſolet, ita inter fratrueles vt fiat, iuris eſt conſtituti. Neq; enim fratrueles patris perſonam repræſentant, nec eius perſona nituntur, ſed ſuopte ſucceſſionis iure inſtar fratrum germanorum ſuffulti, non ex patris, ſed ex propria ſua perſona vocantur; Mynſingerus *obſeruation. centuria* 3. *cap.* 94. *num* 5. *in fin.* Denique vt ex fratribus natu maximus Principatum obtinet iure primogenituræ &

maioratus, eodem pacto & maximus natu inter fratrueles cæteris debet præferri. Vbi enim par eſt ratio, ibi idem ius militet neceſſe eſt.

3. Hinc eſt, quod patrueles non dicantur diſtare gradu, vt agnati, qui remotiores ſunt inuicem: ſed eſſe in gradu, & facere gradū; tanquam filii ſeu fratres; Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſtato lib.* 3. *cap.* 29. *num.* 1.

4. Erronee autem Dn. Engelbrechtus in Diſſert. de ſucceſſ. Elector. argumentatur: quia patrueles inſtar fratrum ſuccedunt, ideo ſicut frater ſecundogenitus excludit tertiogenitum, ita etiam ſecundogeniti filius tertiogeniti filium excludat. Plus enim eſt in concluſione, quam fuerat in præmiſſis; qui hoc modo concludere debebat: ita etiam patruelis ſecundogenitus excludet tertiogenitum, verbi gratia, Fridericus Vinarienſis Iohannem Philippum Aldenburgenſem.

5. Et ſi maxime concedamus, eos eſſe in diuerſis lineis, tamen adhuc naturalis ratio ſuadet, vt æqualitas inter eos fraterna cuſtodiatur. Siquidem eſt in confeſſo, lineæ vocem à Mathematicis ſumptam eſſe; Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſt. lib.* 3. *cap.* 11. Annæus Robertus *lib.* 1. *rer. iudicat. cap.* 15. Atqui Euclides, Mathematicorum Princeps, inter communes ſuas regulas hanc proponit: τὰ τῷ αὐτῷ ἴσα, ἴσα ἐν ἀλλήλοις ἐισὶν, *lib.* 1. Vtrique autem patrueles ab vno communi auo Iohanne Wilhelmo, ſeu malis proauo Iohanne Friderico Exelectore deſcendentes, æquali diſtantia deriuantur ab eo, velut cōmuni omniū ſtipite, & ſunt tanquam lineæ, quæ ab eodem centro æqualiter ductæ eadem diſtantia cenſeri & æquales haberi debent. Iam autem inter æquales prima pars æquitatis eſt æqualitas; Seneca *Epiſt.* 30. Et Orpheus ſiue Oneſicritus in *Hymno Iuſtitiæ*: Iuſtitia, inquit, ἐξ ἰσότητος ἀληθείας συνάγουσ' ἀνόμοια. Nec alienum eſt, quod Ariſtoteles ait *lib.* 8. *Ethicor. cap.* 14. ἡ πρὸς ἐκεῖνα ταυτότης ἀλλήλοις ταυτοποιεῖ, διό φασι ταυτὸν αἷμα, καὶ ῥίζαν, καὶ τὰ τοιαῦτα.

6. Quæ cum ita ſint, patet in ſola naſcendi ſorte diuerſitatem inter fratrueles vel ab ipſa natura conſtitui: cui Lex Aureæ Bullæ non eſt contraria, quæ vocat proximiorem ex diſtantibus gradu, & ſeniorem in æquali & eodem gradu.

7. Illud enim inprimis hac in re eſt animaduertendum, ꝙ in Electoratu-

ctoratus ſucceſſione prima cauſa ſit primogeniti, ita vt ſi inter plures in eodem gradu exiſtentes de Electoratus ſucceſſione contendatur, is, qui inter eos maior natu fuerit, in eius ſucceſſione potior futurus ſit. Quod ex Senioratus natura ac denominatione comprehenditur. Ea namque eſt primogenitorum natura, vt in illis vnus, iſque primogenitus, cæteris omnib. in eodem gradu exiſtentib. excluſis, ſuccedere debeat; Molina I C. *de Hiſpan. primig. lib. 3. c. 1. n. 1. & lib. 1. c. 3. nu. 7.* Quæ primogeniti prælatio ad eos, q primo nati ſunt, ætateq; cæteros præcellunt, non autem ad eos, qui fictione, dignitate, genere, ſeu alijs qualitatibus maiores ſunt referenda eſt; Tiraquellus *de iure primig q. 1. n. 10 & ſeq.* Gregorius Lopez in *lib. 2. Partit. tit. 15 p. 2. in gl. verb. Maioria, in princ.* Molina I C. *d. lib 3. c 1. n. 2.*

8. Licet enim potentior ſit prærogatiua gradus, quam ætatis, vt ſupra non ſemel dictum eſt ex Aurea Bulla, vbi prius vocatur proximior: tamen ius Francorũ & ſic prærogatiua primogenituræ & ætatis habet locum inter concurrentes in eodem vel ſimili gradu; Pernous *conſ. 22.* Gregor. Meſſanenſis *de conceſſ. feud. par. 4. q. 4. n. 9. & n 18 in fin. & q. 6. n. 24. verſ. ſecundo obſtat.* Cum enim Lex loquitur de iure ſenioratus in primogenitura, tunc is, qui fuerit prior natu, excludit minorem quia tunc prior natu dicitur primogenitus; *c. Eſau, de verbo. ſignif.* Mart. Laudenſ. in *tr. de primig. verſ. nunc proficiſc.* Guid. Pap. in *deciſ. Gratianop. q. 506. n 2.*

9. Noſtrum caſum ſic finxerunt Doctores noſtri: Si tempore mortis vltimi Electoris nullus filius ſit ſuperſtes, habeat tamen agnatos ex varijs fratribus, & eueniat vt nepos ex fratre minore natu ſit maior ætate, quam nepos ex fratre maiore, quis nepos cui eſt præferendus in ſucceſſione Electoratus, de quo nobis ſermo eſt? Nepoſne minor ætate ex fratre prius nato, an potius nepos maior ætate ex fratre poſterius nato? Quam quæſtionem in eam ſententiam ſoluunt, vt in hoc noſtro caſu, in quo proximior & ſenior aperte vocatur, locum non habeat repræſentatio, ſed præponendus ſit nepos natu maior ex fratre poſterius nato, nepoti natu minori ex filio prius nato. Ratio eſt, quia ſunt pares in gradu, & ille ſuperat hunc in qualitate ætatis, neque eſt locus repræſentationi; Eman. à Coſta in *tr. de patruo & nepote, p. 1. n. 24. & ſeq. & n. 30.* Aluar. Valaſcus *de iure emphyt. q. 50. n. 26.* Molina Ieſuita *de iuſtit. & iure. tom. 3. p. 1. tr. 2. diſp. 630. verſ. dubium eſt ſi mortis, & diſp. 631. n. 4. & diſp. 633. in fin.*

*in fin.*Gregor.Lopez in *Partit.lib.2.tit.13.p.2.verb.Mayoria* vbi ſubijcit, in hoc noſtro caſu ſemper intelligi maiorem natu eius gradus aut qualitatis, præferendum eſſe cæteris eiusdem gradus aut qualitatis.

10. Quod adeo certum eſt in obſeruantia Senioratus, vt ſi feudum vel emphyteuſis duobus fratrib. ea lege cōcedatur, vt filius natu maior alterutrius ſuccedat, & dubitetur, an tunc primogeniti primogenitus ſuccedere debeat, an vero is tantum, qui inter vtriusq; filios maior erit ætate? Reſpondet Socinus *conſ.87.verſ.circa ſecundum lib.5.* ꝙ ſcilicet is, q̄ ex duorū fratrū liberis omnium maximus eſt natu, ſuccedere debeat, quem ſequitur Didac.Rodericus *de cōiect.ment.defunct.lib.2.c.3.§.3.n.9.*

11. Et in tali dubio controuerſo ad maiorem natu bona maioriæ vel perpetui fideicommiſſi deuenire debere, cenſet Petr.Peralta in *rubr.D. de hered.inſtit.n.122.in fin.verſ.ſecunda difficultas,fol.75.* & idem Roderic. *d.lib.2.cap.4.§ 3.n.12.*

12. Etiam ex iure Francorum, ex quo, ſi decedat aliquis Princeps vel Comes, relictis duobus nepotibus ex duobus fratribus præmortuis, nepos maior natu ſuccedit in feudo Principatus vel Comitatus, licet ſit filius fratris minoris natu Principis vel Comitis defuncti: quia conſideratur prærogatiua ætatis, quæ reperitur tempore mortis Principis vel Comitis, de cuius ſucceſſione agitur: ita in indiuiduo determinat Bernhard.de Medico in *tit.de ſucceſſ.collater.in pr. verſ. & ſi ſunt duo nepot.* & ita ſe vidiſſe, ſuccedente caſu fuiſſe per Magnam Curiam Caroli V. Imperatoris in Sicilia, iudicatum, ſcribit Gregor.Meſſanenſis *de conceſſ. feud.part.4.q.10.n.23.*

13. Pro quorum confirmatione complura adducit Flores de Mena in *addition.ad Gamam deciſ.174.* qui pro noſtra principali opinione allegat textum ſingularem in *l.ſi libertus præterito,§.ſi libertus.D.de bon.libert.* vbi excluditur repræſentatio, quando poſt primo loco nominatos, conſanguineus proximior vocatur: & ſic à fortiori excludetur, quando non ſolum proximior, ſed proximior ſenior eſt vocatus. Et ſic dicit Flores de Mena, quod ſua opinio ſemper fuit & erit, vt non admittatur repræſentatio in hoc caſu: imo quod ſuccedat, qui eſt proximior ex propria perſona, & maior, & non nepos ille, qui deſcendit ab eo, qui olim proximior & maior fuit; cum illo tempore nullum ius firmum, nec certum habuerit ad Electoratum, & ſic ſolam vanam ſpem tranſmiſerit,

miſerit, de qua curandum non eſt, cum nullum ius radicatum pater habuerit ad primogenituram, & linea primogenitorum extinguatur in vltimo poſſeſſore Electoratus; Cæuallos *pract. quaſt. tom. 3. quaſt. 762. num. 165.*

14. Nullum enim in Bul'a fit verbum de tranſactione linearum collateralium, vel filijs patruelibus ex tranſuerſo venientis patrui maioris natu, quod excludant filios patrueles minoris natu patrui, à ſucceſſione vltimo defuncti Electoris. Remanet ergo talis caſus, omiſſus in Bulla, in diſpoſitione iuris communis; Franciſ. de Eccleſia *conſil.* 13. *num. 3. & ſeq. inter conſilia feud. variorum Doctorum.* De iure autem communi clariſſimum eſt, quod filius patrui maioris natu non excludat filium patrui minoris natu, ſed quod vocentur ad ſucceſſionem iure atque ordine filiorum ſiue fratrum Germanorum, vt ſupra dictum eſt.

15. Etiamſi enim Imperator in prima parte Aureæ Bullæ, eumque ſecuti Wenceslaus & Sigismundus Auguſti in ſuis *Declarationibus*, ius commune Iuſtinianeum corrigere videantur. 1. In eo, quod inter filios vnum modo vocant, eumque primogenitum, cum Iuſtinianus omnes pariter ad ſucceſſionem admittat. 2. Quod fratrem conſanguineum ſeu vnilaterem ætate maiorem præferant fratri Germano, ſeu vtrimque coniuncto ætate minori, inter quos magnam differentiam conſtituit Iuſtinianus. 3. Quod nepos in linea primigenia directa excludat patruum, iure repræſentationis, cum Iuſtinianus hoc ius introduxerit ad coæquandum patruum, non excludendum: tamen non habemus in Bullis, quod hiſce non extantibus, inter Agnatos eodem iure repræſentationis veniat is, qui eſt in linea tranſuerſa alicuius ſenioris iam defuncti ſenior, vt volunt Domini Conſiliarij Aldenburgenſes, ſed quod ἁπλῶς & γενικῶς proximior, & inter eos, qui pari gradu ſunt, ſenior præferatur, quicunque & vbicunque tandem ille futurus ſit, nō iure prælationis, ſed iure natiuitatis ſuæ. Quod cum ſpecialiter ita diſpoſitum fuerit de hoc noſtro caſu etiam ante auream Bullam, conſequenter efficitur, priorem partem Bullæ non debere extendi ad hunc noſtrum caſum, de quo ſpecialiter diſpoſitum eſt; Decian. conſ. 83. n. 28. & ſeqq. vol. 3. Klock in conſult. an fratrum Germanorum filij patruum &c.

16. Si

16. Si quæritur rerum ſimiliter iudicatarum autoritas: nec ea nobis deficit. Gloriantur aduerſarij in violentiæ exemplo per duellum patrato pro nepote contra patruum, (quod tamen exemplum noſtro caſui nihil officit) quanto magis licebit gloriari in exemplo multum & vetuſtiori & excellentiori? Siquidem Corbis maior natu per duellicum congreſſum obtinuiſſe legitur Regnum contra Orſuam minorem natu patruelem, iudicante Cn. Scipione; Lipſius in *Monit. polit. c.5. nu.6.* Sed apage hanc vim tot legibus vetitam; Ioan. le Cirier *de Primogen. q. 25. n.38. & ſeqq.* Ant. Theſaurus *Pract. quæſt. forenſ. q.35. n.42.* Bodinus *de Republ. lib.6. cap.5.*

17. Cum, mortuo Imperatore Henrico II. Auguſto, qui in Sanctorum numerum eſt relatus, de ſucceſſore in Imperium ſubſtituendo ambigeretur: eſſentq; duo Cunones, id eſt Conradi, patrueles, Ottonis III. Imperatoris ex Othone Duce Alemanniæ & Bauariæ, fratre patrueli pronepotes, vnus Franconiæ & Vangionũ, alter Lotharingiæ Dux, ætate quidem minor ſed patre maiori genitus: tamen vicit prioris maior ætas, vt ſcribit Wipo eius Capellanus Aulicus in vita Conradi Salici Imperatoris, ibi; *laudauit & elegit maioris ætatis Cunonem* &c.

18. Cum deniq; mortuo Ladislao Rege Hungariæ ac Bohemiæ, & Archiduce Auſtriæ, ſuper Archiducatu inter agnatos patrueles, Fridericum eo nomine III. Imperatorem, & Sigismundum Principem Tyrolenſem, controuerteretur apud Ordines Imperij, Friderico fuiſſe Archiducatum adiudicatum, ceu maiori natu, licet Sigismundus eſſet ex primogenito ortus, ſcribit Gerhardus de Roo *Hiſtor. Auſtr. lib. 6.* Wolffg. Lazius *lib. 2. Genealog. Auſtr.* Cuſpinianus in *Deſcript. Auſtriæ,* Elias Reuſnerus in *Baſilic. genealog. fol.36.*

19. Hic eſt Fridericus ille Imperator, à quo vniuerſi hodierni Archiduces deſcendunt, tritauus Sacratiſſimi & Inuictiſſimi Domini noſtri Matthiæ Imperatoris Auguſti: in cuius iudicio lubentes meritoq; acquieſcimus, vt quod Imperator pro ſe ſuisq; poſteris tulit, id in Illuſtriſſimorum noſtrorum Principum Saxoniæ Ducum Vinarienſium perſonis iuſtum & æquum eſſe cenſeamus.

Explicit Liber Secundus.

SE-

SENIOR
ΑΝΤΙΔΙΚΟΣ
Siue
DE MAIORATV
Liber III.
QVI HABET CONFVTATIONEM argumentorum in contrarium allatorum.

Capvt I.

Fundamentum iuris primigenij quodnam ſit: & an aliqua lex per omnia vniformis in vniuerſo genere humano conſtitui poſſit.

1\. ANtecedentibus libris explicuimus, quid iuris Senior Princeps habeat in præcedentia, quidue prærogatiuæ in ſucceſſione primigenia & maiorali. Quæ quidem dicta tametſi ſatis ſuperq; eſſe poterant ad eorum opiniones redarguendas, qui manifeſtam veritatem tantis viribus oppugnant, vt ipſi naturæ, cui legem non eſſe contrariam Plato *in Gorgia* aſſerit, bellum quaſi quoddam inferre videantur: tamen ne, ſi bulloſa quædam ipſorum argumenta intacta tranſiuerimus, ſuperati eorum vi ac virtute æſtimemur, viſum eſt paucula quædã ſingulatim excerpere,

Digitized by Google

& quanti eſſe momenti debeant, æquo Lectori quam breuiſſime poterimus, ſtrictim ob oculos ponere.

2. Nec enim ſumus tam iniurij, aut inuidi, aut peruicaces, vt non ipſi quoq; cum Dn. Engelbrechto diſcupiamus, comunē omniū gentiū & vnanimē legē firmari in iure primogenituræ & maioratus, ſi quoquo modo fieri poſſet. interea tamen, dum illa lex in ideis Platonicis, & atomis Epicureis, & inani vago Thomiſtico, & Vtopia Morana, ſimul cum vna Monarchia, vna religione, vna lingua, vna moneta, vna menſura & vno pondere circumuagatur, patiamur quæſo vnamquamq; gentē ſuis moribus ſuisq; inſtitutis viuere & regi, iuxta monita non tantum Molinæ, verum etiā Tiraq. Cabotij, Theſauri, Cæualloſi, Fauyni, & aliorum præſtantiſſimorum iuris qua diuini qua humani Doctorum.

3 Fundamentum autem & principium certum, in quo omniū gentium cōſenſus vnanimis ius illud ponat, alibi quærere, q̄ in ipſa natura, q̄ cunctas gentes in hunc vnanimē conſenſum ꝓduxit, vt primogenitū filium, & eo deficiente proximiorem & ſeniorem agnatum, ad poſſeſſionem vacantis hæreditatis vocarent, per mihi videtur abſurdum.

4. Quod ſi, mi Engelbrechte, validum eſt argumentum (vt eſſe validiſſimū præter Philoſophos, Doctores noſtri affirmant) à partibus ad totū, omniū gentiū humanarū, quas ſol illucet, conſenſum in hoc iure primigenio ꝙ nos aſſerimus, ex ſufficiente partiū enumeratione in ſuperiori libro aut vehementer fallimur, aut ſufficienter euicimus. Verte te quocunq; voles, ſeu Orientē verſus ſiue Occidentē, ſemper & vbiq; proximiorem ac ſeniorem agnatum prærogatiua comitabitur. Hoc .n. iure vtitur Europa, Aſia & Africa, quin ipſa etiā America, ex ſolo naturę ductu atq; inſtinctu. Hoc iure vtuntur Iudęi, Chriſtiani, Pagani, Mahumetani &c. ex lege ſua & religiōe. Hoc ius obſeruāt Romani, Galli, Itali, Hiſpani, Britañi, Sclaui, Moſcouitę, Gręci, Tartari. Turcę, Perſę, Tunetani, Indi, & q̄ ex illis ſpeciatim comemorantur à Cabotio *li. 1. Var. iuris diſp. c.* 11. Lud. Guyone *li. 5. diuerſ. lect. c.* 2. Beſold. in *diſp. nomicop. li. 1. diſſ.* 4.

5. Ex gentium igitur omniū cōcurſu & enumeratione hic tandem effectus cōcluditur, vt proximior & ſenior agnat⁹, nō in fictione aliqua ciuili, ſed in ipſamet naturæ veritate, q̄ per gradus & años ꝓcedit, q̄rendus ſit. Hoc eſt fundamentū & principiū certiſſimū, ꝙ iam inde ab orbe cōdito homines ſibi cōſtituerūt, & ad noſtrū vſq; infeliciſſimū ſæculū, quo q̄dam fundamentū iſthoc antiquiſſimū, ſuper quo fundata eſt Au-

reaBulla, ſuis molitionib. deſtruere atq; euertere conantur, ꝓpagarunt.

Capvt II.

Fundamentum naturæ & legis in primogenitura: indeq; duplex primogenitura, vna naturalis, altera legitima.

1. EST quidẽ ita, mi Engelbrechte; ad naturã acceſſit etiã Lex, quæ illã ſiue æmulatur, ſiue temperat. Et ideo ab Interpretib. nõ inepte duplex ſtatuitur primogenitura, vna naturalis, q̃ Natura à naſcẽdo ſic dicta dat ei, q temporius, i. e. prius, naſcitur, & in hanc lucẽ venit: altera legitima, q̃ Lex deſtinat ei, qui prior natu eſſe fingitur, ceu nepoti. Huic. n. Lex ſubuenit p beneficiũ repſentatiõis, q Naturę ignota, à Lege eſt inuẽta atq; introducta, vt comuniſſima omniũ Doctorũ eſt opinio.

2. Naturæ fundamentũ, ꝙ in proximitate & ætate cõſiſtit, verũ, firmum ac perpetuũ eſt: Legis vero, quia in fictione nititur, ſimulatũ, varium & inconſtans eſt. Vnde & Imp. Iuſtinianus ius iſtud πρoνόμιον appellauit, vt præter naturã ſingulare eſſe oſtenderet; *Nouell.* 118. An. Robertus *lib.* 3. *rer. iudic. c.* 15. Klock in *conſultat. an fratrum germanor. filij* &c.

3. Itaq; nihil nobis aduerſantur, q̃ fuſe in hanc rẽ diſſeruntur à Nobiliſſimis, Ampliſſ. & Doctiſſ. Viris, Frehero, Zeſchlino, Engelbrechto Beſoldo, Buxdorffio, & eorũ ſequacib. qui ꝓ nepote pugnant cõtra patruũ. Eatenus. n. cõcedimus omnia, q̃ ab illis afferuntur, nempe vt in linea directa deſcendentiũ ſemp locũ habeat ius illud ꝓrogatiuæ ſeu primogeniture legitimæ: negamus vero omnia, quũ idẽ ius in lineã tranſuerſalem transferunt. Quia ſucceſſio, qua deſcendentes ſuis ſuccedunt aſcendentib. eſt naturalis & debita; *l. ſcripto, in fin. D. Vnde liber.* & conſequẽter eſt fauorabilis, vt merito ei Lex ſubuenire debuerit p remediũ iſthoc πρoτιμήσεως. At illa ſucceſſio, quãdo collaterales ſibi inuicẽ ſuccedunt, à iure naturæ declinat; *l. nã etſi parentib.* 15. *D. de inoff. teſt.* Collaterales. n. cum ꝓ extraneis reputentur; §. *cæteri, Inſt. de qualit. hered & diff.* ęque ijs hęreditas nõ debetur, vt ſuis, ad quos hęreditas naturę debito, & paterno voto ac deſiderio ptinet; Forſt. *de ſucceſſ. ab ĩteſt. li.* 4. *c.* 22. *n.* 13.

4. Quid multis? adeſt lex Aureæ Bullæ, adſunt & Bullæ declaratoriæ, q̃ vim legũ pragmaticarũ & generaliũ obtinent. At ab ijs repſentationis ius in linea quidẽ directa ſtatuitur, ſed nulla fit repſentatiõis in linea collaterali mentio. Itaq; ꝙ in vno caſu ſtatuerunt Bullæ, in alio negaſſe videntur; An. Robertus *d. lib.* 3. *c.* 15. Qua de re latius libro ſuperiori diſquiſiuimus.

Digitized by Google

CAPVT III.

Subdiſtinctio primogenituræ in actualem & ſuſpenſiuam.

1. QVod autem Ampliſſimus Dominus Engelbrechtus primogenituram ſubdiſtinguit in actualem & ſuſpenſiuam, monſtro ſimilius (pace tanti viri dixerimus) eſſe videtur, quam Aureæ Bullæ aut cuiuis Iuri publico. Quum primogenitura tam poſſit eſſe in ſuſpenſo, quam ipſa genitura, vnde illa nomen ſuum eſt ſortita. At enim, inquit, non iuris eſt ſuſpenſio, ſed pleni vſus & poſſeſſionis. Perperam nimirum confundens ius ipſum cum effectu iuris, id eſt, dominiũ cum iure primigenio. Qui enim vſum habet & poſſeſſionem, is eſt verbi gratia Archiprinceps Elector, & Domus Saxonicæ Princeps: eius vero filius aut nepos dicitur primogenitus reapſe, quia talis eſt per ipſam naturam, aut eius imitationem, quam in identitate carnis ac ſanguinis natura continuauit, Lex auctorauit. Filius enim viuere in nepote autumatur, in quem vna pariter cum imagine vitam ſuam transfudit. Qui ſimul atque naſcitur, patris ſui eſſe primogenitus incipit, nec primogenituram habet in ſuſpenſo, ſed dominium. Siquidem ſuſpenſio eſt cauſa inquiſitionis, & ad effectum comparationis, quod illius cauſa fit; Albertus Magnus *comment. in Poſter. Analyt. chart.* 175. *col.* 1. Quod ſane de primogenitura nullo modo prædicari poteſt, vt ſcilicet ad eam inquirendam & effectualiter comparandam genitura ſuſpendatur. Quoquid fingi aut pingi poterit abſurdius?

2. Itaque primogenitura non magis poteſt ſuſpendi, quam ipſa natura & generatio, vt veriſſime ſubijcit ipſemet Engelbrechtus. Et ſimulatque quis natus ac genitus eſt, nanciſcitur ius pleniſſimum primogenij, cum omni eius prærogatiua, quæ eſt primogenituræ virtus. Eoque ſublato per ipſam naturam ſurrogatur ſequens in ordine naſcendi, aut per legis beneficium nepos in linea directa. Alioqui perplures eodem tempore in Domo Saxonica fierent primogeniti, cum centum ſimul poſſint habere hanc potentiam ſuccedendi ſuſpenſiuam, quod omnibus iuris principijs repugnat; Lud. Molina in *Reſponſ. pro Philippo Rege Hiſpan.* Cæuallos *quæſt. commun. contra communes tom.* 3. *q.* 762. *fol.* 76. *col.* 2. *verſ. quod ſi dicatur, & verſ. ſequent.*

3. Eſt

3. Eſt ergo vnus primigenitus, idemque cum debeat eſſe certus & in natura exſiſtens, vix fieri poſſe per naturam videtur, vt eius conditio ſuſpendatur, ſine qua eſſe primogenitus non quiret. Et male confunditur ius primogenium cum eius effectu, qui eſt dominium & poſſeſſio actualis, quam primogenitus tantum habet in ſpe, non in re; & ideo facilius perditur; Loffredus *Conſil.1.n.160.* Eam vero ſimulatque adipiſcitur, deſinit eſſe primogenitus, & incipit eſſe dominus, atque Archiprinceps Elector, iuſque primogenituræ confeſtim in primam prolem ſuam transfundit.

CAPVT IV.

Παρασυλλογισμοὶ *Antagoniſtarum: cum ſcopo Diſcurſus exoterici de iure repræſentationis in primogenitura.*

1. NE longum faciamus, duplex peccatum Antagoniſtæ noſtri cõmittunt. Primo peccant in fallaciam conſequentiæ, quum ita hunc modum arguunt. Qui primo natus eſt in quacunque linea, habet ius primogenituræ, licet ſuſpenſiuum, &c. Nam hæc propoſitio eſt compoſita, cuius ratio conſequentiæ quum reddi non poſſit, dicitur ab Ariſtotele eſſe σόφισμα παρὰ τὸ ἑπόμενον.

2. Deinde ludunt in ambiguitate vocis *Primogenituræ*, quum dicunt: Qui primogenitus eſt, habet ius primogenituræ. Illuſtriſſimus Dux Aldenburgenſis eſt primogenitus, Ergo habet ius primogenituræ. Hic ſyllogiſmus conſtat ex quatuor terminis, vnde nihil conficitur. Luditur enim ſpecie ambiguitatis, quam Ariſtotel. vocat ὁμωνυμίαν. Nam in propoſitione intelligitur de primogenitura Electorali ſeu vniuerſali, quam ei abdicamus: in aſſumptione capitur de primogenitura ſpeciali, quam ej concedimus inter fratres ſuos, Duces Aldenburgẽſes, non inter agnatos patrueles: quia non habet locum primogenitum in linea tranſuerſali; Ant. Butrio *Conſil.48.* Marta *de iuriſdict. 4. cent. 1. caſ. 21. n. 5.*

3. Denique peccant in elenchum à dicto ſecundum quid ad dictũ

CAPVT III.

Subdiſtinctio primogenituræ in actualem & ſuſpenſiuam.

1. QVod autem Ampliſſimus Dominus Engelbrechtus primogenituram ſubdiſtinguit in actualem & ſuſpenſiuam, monſtro ſimilius (pace tanti viri dixerimus) eſſe videtur, quam Aureæ Bullæ aut cuiuis Iuri publico. Quum primogenitura tam poſſit eſſe in ſuſpenſo, quam ipſa genitura, vnde illa nomen ſuum eſt ſortita. At enim, inquit, non iuris eſt ſuſpenſio, ſed pleni vſus & poſſeſſionis. Perperam nimirum confundens ius ipſum cum effectu iuris, id eſt, dominiũ cum iure primigenio. Qui enim vſum habet & poſſeſſionem, is eſt verbi gratia Archiprinceps Elector, & Domus Saxonicæ Princeps: eius vero filius aut nepos dicitur primogenitus reapſe, quia talis eſt per ipſam naturam, aut eius imitationem, quam in identitate carnis ac ſanguinis natura continuauit, Lex auctorauit. Filius enim viuere in nepote autumatur, in quem vna pariter cum imagine vitam ſuam transfudit. Qui ſimulatque naſcitur, patris ſui eſſe primogenitus incipit, nec primogenituram habet in ſuſpenſo, ſed dominium. Siquidem ſuſpenſio eſt cauſa inquiſitionis, & ad effectum comparationis, quod illius cauſa fit; Albertus Magnus *comment. in Poſter. Analyt. chart. 175. col. 1.* Quod ſane de primogenitura nullo modo prædicari poteſt, vt ſcilicet ad eam inquirendam & effectualiter comparandam genitura ſuſpendatur. Quo quid fingi aut pingi poterit abſurdius?

2. Itaque primogenitura non magis poteſt ſuſpendi, quam ipſa natura & generatio, vt veriſſime ſubijcit ipſemet Engelbrechtus. Et ſimulatque quis natus ac genitus eſt, nanciſcitur ius pleniſſimum primogenij, cum omni eius prærogatiua, quæ eſt primogenituræ virtus. Eoque ſublato per ipſam naturam ſurrogatur ſequens in ordine naſcendi, aut per legis beneficium nepos in linea directa. Alioqui perplures eodem tempore in Domo Saxonica fierent primogeniti, cum centum ſimul poſſint habere hanc potentiam ſuccedendi ſuſpenſiuam, quod omnibus iuris principijs repugnat; Lud..Molina in *Reſponſ. pro Philippo Rege Hiſpan.* Cæuallos *quæſt. commun. contra communes, tom. 3. q. 762. fol. 76. col. 2. verſ. quod ſi dicatur, & verſ. ſequent.*

3. Eſt

3. Eſt ergo vnus primigenitus, idemque cum debeat eſſe certus & in natura exſiſtens, vix fieri poſſe per naturam videtur, vt eius conditio ſuſpendatur, ſine qua eſſe primogenitus non quiret. Et male confunditur ius primogenium cum eius effectu, qui eſt dominium & poſſeſſio actualis, quam primogenitus tantum habet in ſpe, non in re; & ideo facilius perditur; Loffredus *Conſil.1.n.160.* Eam vero ſimulatque adipiſcitur, deſinit eſſe primogenitus, & incipit eſſe dominus, atque Archiprinceps Elector, iuſque primogenituræ confeſtim in primam prolem ſuam transfundit.

CAPVT IV.

Παρασυλλογισμοὶ Antagoniſtarum: cum ſcopo Diſcurſus exoterici de iure repræſentationis in primogenitura.

1. NE longum faciamus, duplex peccatum Antagoniſtæ noſtri cōmittunt. Primo peccant in fallaciam conſequentiæ, quum in huncmodum arguunt. Qui primo natus eſt in quacunque linea, habet ius primogenituræ, licet ſuſpenſiuum, &c. Nam hæc propoſitio eſt compoſita, cuius ratio conſequentiæ quum reddi non poſſit, dicitur ab Ariſtotele eſſe σόφισμα παρὰ τὸ ἑπόμενον.

2. Deinde ludunt in ambiguitate vocis *Primogenituræ*, quum dicunt: Qui primogenitus eſt, habet ius primogenituræ. Illuſtriſſimus Dux Aldenburgenſis eſt primogenitus. Ergo habet ius primogenituræ. Hic ſyllogiſmus conſtat ex quatuor terminis, vnde nihil conficitur. Luditur enim ſpecie ambiguitatis, quam Ariſtotel. vocat ὁμωνυμίαν. Nam in propoſitione intelligitur de primogenitura Electorali ſeu vniuerſali, quam ei abdicamus: in aſſumptione capitur de primogenitura ſpeciali, quam ei concedimus inter fratres ſuos, Duces Aldenburgēſes, non inter agnatos patrueles: quia non habet locum primogenitum in linea tranſuerſali; Ant. Butrio *Conſil.48.* Marta *de iurisdict. 4. cent. 1. caſ. 21. n. 5.*

3. Denique peccant in elenchum à dicto ſecundum quid ad dictū

ſimpliciter. Quum enim Imperator in linea deſcendentium directa πρωτονόμιον & ἐυεργεσίαν legis, vt Iuſtinianus appellat, nepoti tribuiſſet, illi ſimpliciter ad vniuerſam agnatorum familiam, etiam collateralem, transferunt. Igitur vt bene doceamus, diſtinguendum eſt inter ius primogenituræ, quæ in prima Bullæ parte tractatur, & inter proximitatem ac ſenioratum, de qua in ſecunda eiuſdem parte diſponitur.

4. Eſto tamen, ſint ita omnia, quæ Engelbrechtus, Zeſchlinus, Freherus, &c. afferunt in linea Electorali primigenia, numquid nobis aduerſabuntur? qui eas aſſumptiones non modo libenter, ſed & merito largimur. Quare in ventum verba funditant, qui in directo ordine genituræ nepotis cauſam contra nos defendendam ſuſceperunt.

5. Neque enim hic ſcopus fuit Auctori, qui Diſcurſum exotericum *de iure repræſentationis in primogenitura* inſtituit, vt patruum nepoti vſquequaq; & indiſcriminatim præferret, ſed vt doceret, quam vim haberent verba illa Aureæ Bullæ, PROXIMIOR & SENIOR, & quo pacto tam ante, quam poſt Bullæ promulgationem fuerint ab ipſis etiam Archiprincipibus intellecta & interpretata.

6. Et fallitur ſane doctiſſimus Beſoldus, qui omnia eius tela putat inprimis ius ſereniſſimi Electoris Brandenburgenſis in Iuliacenſi Ducatu petere; *Diſput. nomicopolit. lib. 1. diſſert.* 8. *numero* 4. Quod Auctori illi in mentem venit ne per ſomnum quidem, cuius omne ſtudium ſolis Illuſtriſſimis Saxoniæ Ducibus Vinarienſibus eſt dicatum, conſecratum: quorum caſus longe eſt diuerſior à ſereniſſimi Electoris Brandenburgenſis intentione, quam fundare nititur in linea directa deſcendenti, quum iſti noſtri Principes verſentur in rectiſſimo gradu collaterali.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT V.

Ἀσυλλογιστία in confuſione iuris in rem cum re ipſa; nec non primogenituræ naturalis cum ſpe conditionali. Declaratur inſuper πρωτοτοκεία Moſaica.

1. CONfundunt ius formatum, vt Doctores noſtri loquuntur, cum iure informi, quod primogenitus quidem habet, cum ſit prius natus, ſed non in plena & abſoluta forma. Quod ſi renuntiauerit, aut deceſſerit, viuo poſſeſſore, tum ius nullum habebit neq; formatum, neq; informe; Zampinus in *tract. de ſucceſſ. prærogat. primi Princ. Franc.* Formatum.n. ius eſt ἐνέργεια ſeu actus ab omni δυνάμεως conditione vindicatus: informe vero eſt δύναμις ſeu facultas & habilitas perueniendi ad actum: formatum eſt, quod perductum eſt ad eſſe, informe quod dũtaxat poteſt eſſe; Fraxineus in *Reſponſ. ad tract. Zampini, n.* 21. Atqui à poſſe non valere conſequentiam, tradunt Dialectici.

2. Confundunt, inquam, ius primigenium, quod gnatum Principis conſequitur, ſimulatque in hanc lucem editus eſt, cum re ipſa, id eſt, cum poſſeſſione Regni ſeu Principatus, quem filius viuente patre nec naturaliter nec ciuiliter poſſidet. Ius tantummodo habet primigeniũ, naturale id quidẽ, ſed perſonale tamen, quippe ex natiuitate ſuæ perſonæ. Quod ius nullam habet cõditionem adiectam, ſed cum ipſo ſtatim ortu hominis primordium ſumit, vt primogenitus aliquis & ſit & habeatur, licet nemo poſt eum ſequatur; Theophylactus Bulgariæ Archiepiſcopus *comment. in Lucam c.* 2. Bonauentura in 4 *ſentent. diſt.* 30. *dub.* 4. Ioan. Neuizanus in *Poſtill. in Galli cantu natiuit. Dom.* Perottus Epiſcopus Sipont. in *Cornucop col.* 82 *& col.* 314. Franc. Titelmannus in *Paraphraſi Euang. ſecundum. Matth. cap.* 1. Et cum perſona quoque extinguitur, niſi ſit qui eam repræſentet ex fictione iuris ciuilis, per quam nepos ſit quaſi primogenitus, propter identitatem carnis & ſanguinis, quam habet cum auo, vt antecedenti libro dictum eſt.

3. Id quod de vlterioribus agnatis dicere nullo modo poſſumus, qui tantum abeſt vt ius habeant aliquod primigenium, vt nec certam aliquam ſpem ſibi queant aſcribere, ſed exſpectantiam ſaltem conditionalem, ſi nimirum ordo ille continuæ ſucceſſionis defecerit. Quæ verba important conditionem. Quod adeo verũ eſt, vt ne

quidem

Digitized by Google

quidem ſecundogenitus vllum habeat ius nec perſonale nec reale, ſed ſpem ſolum ad ius illud, deficiente conditione, nanciſcendum. Qua deficiente, in ipſo ſtatim momento incipit eſſe primogenitus, quum ſcilicet is, qui prius natus erat, non amplius eſt ſuperſtes; D. Hieronymus in *Matth. cap.* 1. Iſiodorus Hiſpalenſ. *lib.* 8. *Etymolog. cap.* 5. Gerſon in *ſermone de natiuit. Domini, tom.* 4. Bonauentura *d. dub.* 4. Buto in *Vocabulario*, Ballus *Catholico*, Ambroſ. Calepinus in *Dictionario* archetypo, non illo pſeudepigrapho, qui vulgo circumfertur.

4. Namque verba illa, *eo ſine heredibus decedente*, *eo non exſtante*, *quibus non exſtantibus*, inducere conditionem vel reſolui in conditionẽ, multis demonſtrat Forſterus *lib.* 3. *de ſucceſſ. ab inteſt. cap.* 15. *n.* 6. quib. fratres poſitos eſſe in conditione per ablatiuum abſolutum, tradit Menoch. *conſil.* 393. *num.* 22. *n.* 23. *num.* 24. *lib.* 4. quod etiam allegatis Doctorum auctoritatibus docet Forſterus *d. num.* 6. Cacheranus *conſil.* 74. *n.* 51. Rudingerus *Controuerſ. iuris feud. lib.* 2. *cap.* 54. *n.* 3. Quinimmo maiorem vim habent, quam alia quælibet conditio, quum diſpoſitionis vicem obtineant; Bartolus in *l. fideicommiſſa*, §. *cum eſſet. D. de legat.* 3. Inducunt etiam inferuntq; formam; Dd. in *c. de appellat. Ext. de appellat.* Baldus in *auth. matri & auia*, *C. quando mul. tutel. off.* Felinus in *c. quod conſultat. n.* 12. *Ext. de ſentent. & re iud.* Neuizanus *Conſil.* 87. *num.* 5. *& ſeqq.*

5. Vnde euidenter apparet, hæc verba, *Quibus omnibus non extantibus*, longe fauoribiliora eſſe agnatis proximioribus, quam ſi dixiſſet Imperator, quando, vel quum, vel ſi amplius non exſtiterint. Nam tempore mortis vel obitus Electoris, ſi nulli tum exſtent filij, nepotes aut fratres, agnatus proximior & ſenior ſtatim ad ſucceſſionem admittitur; Forſterus *d. cap.* 15. *in fi.*

6. Excluditur ergo frater ſecundogenitus, ne dicam agnatus remotior, à iure primogenituræ non quidem in perpetuum, ſed temporaliter ac ſuſpenſiue, (hoc enim libenter Engelbrechto largimur) vt eadem vis ſit horum ablatiuorum, ac ſi Imperator dixiſſet, SI, vel QVANDO non extat primogenitus. Dictiones enim hæ tempus quidem denotant, at incertum, et quod in pendenti ac ſuſpenſo eſt, ſub cõditione, ſi nullus primogenitus aut eius ſoboles amplius exſtet, vt multis exemplis probat Forſter. *d. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 9.

7. Quo-

7. Quoties autem vna determinatio reſpicit plura determinabilia; tunc debet æqualiter determinare, vt paſſim docent Doctores. Quum autem certum ſit, ablatiuos iſtos abſolutos conficere conditionem; nec minus etiam dictiones in quas illi reſoluuntur, *ſi*, *quando*, *quum*, conditionales eſſe, conſequitur illius conditionis vnum eũdemque eſſe effectum, & æqualem determinationem fieri debere. Et hinc iterum conficitur, nullam differentiam inter conditionem iſtam participialem, & alteram illam temporalem ſeu ſuſpenſiuam, quam D. Engelbrechtus appellat, conſtituendam eſſe.

8. Quamobrem grauiter hallucinantur, qui infinitas propemodum primogenituras in familia Electorali ſubintroducunt, quum non ſit niſi vna, eademq; certa & ſingulari pſonæ aſſignata; Angelus de Fœnis in *Diſcurſ. de vera Iuliacenſ. & Cliuenſium ſucceſſ. in 2 fundam.* Qua exiſtente, cæteri fratres & agnati nihil iuris habent in primogenitura, ſed ſpẽ tantum ſub conditione poſitam, ſi illa perſona anterior defecerit.

9. Nec quicquam huc facit exemplum à D. Engelbrechto ex Republica Iudæorum petitum: quia primogenitura Moſaica tantum inter filios fuit, non inter agnatos & tranſuerſos; quippe in qua poſt liberorũ gradum fratres proxime vocantur, aliosq; omnes excludunt; An. Robertus *rer. iudicat. lib. 3. cap. 15.* Et ius ſedendi ad dextram patris competebat ſoli primogenito filio in ſignum prærogatiuæ inter liberos, etiam in menſa. Quomodo accipio, quod Berchorius in Repert. morali, verbo *Pater*, inquit: *Sicut pater filium ſuum, poſtquam ablactatus fuerit, ſolet ad menſam ſuam admittere*, &c. Non autem competebat duplex portio hæreditatis, niſi patre defuncto. Quib. verbis importari conditionem iam modo docuimus Qua durante ſpem quidem habet in duplam portionem conſequendam; non habet ipſas portiones Itaq; male confunditur ius ipſum cum effectu iuris, vt ſæpius dictum eſt, conditio cum euentu, & honor ciuilis cum poſſeſſione hæreditaria.

10. Tacemus nunc, quod longe diſſimilem eſſe noſtram Primogenituram ab illa Moſaica, tradant Burgos Salon de Paz in *proœm. Legum Tauri, n 9. & ſeq.* Didac. de ſimancas *de Catholica inſtitut. c. 9. de bonis hæreticorum. n. 125. & de Primogenit Hiſp. lib. 1. c. 1.* Molina IC. *de Hiſp. primig. lib. 1. c. 2. n. 3.* eamque Chriſti morte ceſſaſſe, afferat Thomas de Vio Caietanus in *Num. c. 26.* Quorum dictis hoc loco nolumus inniti.

Digitized by Google

CAPVT VI.

De iure repræſentationis, tranſmiſſionis, transfuſionis, ſurrogationis, &c.

1. NEq; eos quicquam iuuat repræſentationis, ſeu tranſmiſſionis, vel ſurrogationis beneficentia, quam Lex confinxit ad naturæ imaginem & ſimilitudinem. Quia Lex non agit præter naturam, vt nobis monſtra & portenta progignat, ſed ſecundum naturam, quam ſtudet imitari, vt ſcilicet propior & coniunctior naturali generatione, id eſt, carne & ſanguine, cenſeatur eſſe ſimilior vltimo poſſeſſori, & ea re habilior ad ſucceſſionem. Itaque in linea deſcendente directa affingit nepoti patris ſui perſonam, propter identitatem carnis & ſanguinis: nō aſſimilat in linea tranſuerſa propter extraneitatem (vt ita dicam) carnis & ſanguinis, quemadmodum in hoc tractatu non ſemel admonuimus. Monſtro enim ſimile foret, ſi remotior à carne & ſanguine vltimi poſſeſſoris habeatur pro ſimiliori agnato & herede. Exemplo ſit adoptio, quæ & ipſa naturam imitatur, vt repræſentatio; *§. minorem natu, Inſtit. de adoption.* Secundum naturam autem eſt, vt pater præcedat filium. Inde ſequitur, quod minor natu maiorem adoptare non poſſit; *l. arrogato. D. de adopt.* Suetonius in *Tiberio cap.* 2. & ibi Philipp. Beroaldus in *commentar. fol.* 357. M. Anton. Sabellicus in *Paraphraſi, fol.* 1089. *in fi.* & Læuin. Torrentius in *Notis:* quia *pro monſtro eſt,* inquit Iuſtinianus Imperator, vt *maior ſit filius, quam pater.*

2. Itaque ad naturæ ſimulachrum fit, quod Imperator in linea directa nepotem fingit patris ſui perſonam repræſentare propter communicationem ſanguinis paterni cum auo poſſeſſore; & eandem naturam imaginatur proximitas & ætas in linea tranſuerſa in qua agnati remotiores cum vltimo poſſeſſore circa paternam genituram tantillum non communicant. Hæc eſt enim illa natura quam Imperatores noſtri in linea directa tantopere honorauerunt; Klock in *conſultat. an fratrum german. filij &c. fol.* 75.

3. Quod

3. Quod ergo in prima Bullæ parte de nepote primigeniti ſtatutum eſt, nobis ad ſecundam eius partem ex tranſuerſo venientem, trahere & extendere minime licet. Nam nec Bulla eum, vtpote remotiorem, contra patruum iuuat, neque natura commendat, vtpote qui cum vltimo Electore circa paternam genituram nihil habet commune, vt modo dictum eſt.

4. Vnde ſequitur, monſtro ſimiliorem eſſe, quam aut naturæ aut Bullæ, repræſentationem in latere tranſuerſo; quum proximitas & ætas repræſentari, niſi contra naturam pariter & legem, non poſſit; Alexander Imolenſ. *Conſil. 4. lib. 4.* Itaque ipſemet Hotomanus nepotis cauſam deſerere videtur, quod in prærogatiua ætatis repræſentatio locum non habeat; *Illuſtr. quæſt. cap. 3.* ideoque rem totam ad prærogatiuam ætatis reuocat; Arniſæus *de Republ. lib. 2. cap. 2. ſect. 10. numero* 10.

5. Quid de portento tranſmiſſionis dicemus? quo horrendius vllum excogitari non potuit. Quid enim tranſmittetur? num gradus & anni? atqui hæc per naturam non queunt tranſmitti. Num ſpes iuris nec dum delati? Neque hoc fieri per naturam licet, vt recte opinantur Robertus *Rer. iudicat. lib. 3. cap. 15.* Cæuallos *Pract. quæſt. tom. 3. q. 762. num. 146. in addit.* Peregrinus *Conſil. 63. num. 27. libro 2.* Molina Iuriſconſultus *de Hiſp. primig. lib. 3. cap. 7. num. 2.* Cacheranus *Conſil. 73. per tot.*

6. Num ergo transfuſio locum habebit? multo minus: niſi dicas ab natura gradus & annos per lineas, ceu canales quosdam transfundi. Quod autumare per mihi videtur eſſe ridiculum.

7. Quid autem de ſurrogatione ſentiemus? idem nempe, quod de repræſentatione, vt ea in noſtro caſu nulla eſſe poſſit; Peregrinus *conſil. 39. num. 28. verſ. ad ſextum, lib. 1.* Quamuis enim regula ſit, ſurrogatum aſſumere qualitates illius, in cuius locum ſurrogatur: tamen hoc intelligitur quoad illas tantum qualitates, quæ à natura inerant, non quæ aliunde & per priuilegium; Euerardus in *Topic. loc. à vi ſurrogation.* Iacobus Philippus Portius *Conſil. 167. numero vl.* Menochius *de arbitr. iud. lib. 1. quæſt. 54. num. 34.* Hotoman. in *Controuerſ. patrui & nepotis cap. 9.* Klock in *Conſultat. an fratrum german. filij, &c. fol. 10.*

 8. Quin-

8. Quinimo, ſi velimus ſtricte & ex vigore ipſius Legis cum parte aduerſa agere, dicendum erit, ne quidem in linea directa repræſentationem proximiori & ſeniori agnato, veluti patruo, nocere, tametſi id non inuiti vel ὁσίας ἕνεκα iam conceſſerimus. Nam Iuſtinianus admittit quidem nepotem ad ſucceſſionem per repræſentationem, at non ad excluſionem patrui, cuius reſpectu ordinat, vt nepotes plures non repræſentent niſi vnum caput, ne fiat præiudicium patruo ex illa repræſentatione. Et hoc ipſum eſt, quod voluerunt dicere Impp. Theodoſius & Valentinianus in *l. ſi viua matre, 3. C. de bon. matern.* vt non ſit melioris conditionis nepos ipſo patruo; Peralta in *rubri. de hæred. inſtit. n. 121. & ſeqq.* Theſaurus *Quæſt. forenſ. & pract. q. 35. n. 26.*

9. Beneficium ergo repræſentationis vim habet & naturam non excludendi, ſed ſaltem concurrendi; Cynus in *l. ſi viua matre, C. de bon. matern.* Ant. de Butrio *Conſ.* 48. Angelus *Conſil.* 286. Andr. de Iſernia in *cap. 1. de grad. ſucceſſ. in feud.* Alexander Imolenſis *Conſil. 123. libro 1.* Cuiacius *lib. 2. feud. tit. 11.* Tib. Decianus *Conſil. 28 nu. 1011. vol. 1.* Klock in *d. Conſultat. an fratrum german. filii &c. fol.* 10. Liborius Hartyſerus in *Analyſi iur. feud. cap. 7. fol. 57.* Ranchinus in *tract. de ſucceſſ. ab inteſtat. §. 13 num. 19.* Molina Ieſuita *de iuſt. & iure, tom. 3. tract. 2. diſp. 632. verſ. adde, eſto*, Rudingerus *lib. 2. controuerſ. iur. feud. cap. 19.* Iohan. Iulius Montenſis in *Diſcurſ. vere iuridic. de ſucceſſ. Iuliacenſ.*

10. Quamobrem Imp. Carolus IV. Auguſtus, qui non modo virorum prudentiſſimorum conſilio libenter vti conſueuerat, in primis Bartoli Saxoferratenſis, ſed & ipſe doctus fuit iuriſque noſtri non imperitus, in Aurea Bulla eiusque Declarationibus, explicite ac nominatim vocat nepotem ad ſucceſſionem aui. Quæ explicita nominatio inanis & ſuperuacanea foret, ſi nepos aut ex vi tranſmiſſionis, aut ex repræſentatione gradus, ſubiens locũ patris & ex perſona patris ſui poſſet patruum excludere. Quare quia nepos & ipſe fuit ſpeciatim vocatus, ceſſare videtur materia tranſmiſſionis, & metiendum eſt ius proprium ipſius nepotis; Peregrinus *Conſil. 63. num. 27. in fin. lib. 2.* vt nepos ex ſua perſona, & ex ſuo iure priuato ſuccedat, non ex perſona patris, nec ex iure per eum tranſmiſſo; Bartolus in *lege prima §. ſi ſit nepos, D. de collat. dotis:* Iaſon in *l. Gallus, §. & quid ſit tantum, num. 60. Digeſt. de lib. & poſthum.* & in *leg. 1. poteſt, numero 42. Digeſt.*

de ac-

Digitized by Google

de acquir. vel amitt. poſſ. Cabodus *Pract. concluſ. part. 1 deciſ.* 100. *n.* 13. vbi ex Iaſone infert, quod qualitas, quæ cohærebat patri, non tranſeat in nepotem. Et ſic nepos ſuccedat priuatiue, & non tranſitiue, id eſt, priuato ſuo iure, non tranſmiſſo à patre, vt declarant Bartolus & Baldus in *l. 2. C. de liber. præterit.*

Capvt VII.

De ordine ſucceſſionis, deq. ſubſtitutione & nominatione.

1. HAud vno loco iam demonſtrauimus, in ordine ſucceſſiuo eſſe quandam gradus prærogatiuam, hoc pacto. Primum linea conſideranda eſt, vt illi, qui ex linea vltimi Electoris deſcendunt, veluti frater Auguſtus Dux, eiusque poſteri, cæteris præferantur, ne ad lineas tranſitus fiat, donec ex Electorali deſcendentes finiantur, argumento textus in *c. 1. de nat. ſucceſſ. feud.* vbi notant Doctores. Secundo gradus attendi debent, vt qui ſunt poſſeſſori magis coniuncti, remotioribus præferantur. Tertio conſiderandus eſt ſexus, vt inter eos, qui ſunt eiusdem lineæ & gradus, maſculus præferatur. Et quarto loco conſideranda erit ætas, ita vt inter pares linea, gradu & ſexu, maior natu præferatur minori. Hæc quatuor ita conſiderant Lud. Molina I C. de *Hiſpan. primig. lib* 3. *cap.* 4. *num.* 15. & Didac. Rodericus *de coniect. ment. defunct. lib.* 2. *cap.* 3. §. 3. *num.* 44. vbi vterque addit: *Quæ obſeruationes memoria tenendæ ſunt ad primogeniorum ſucceſſionem, atq. voluntatis inſtitutorum interpretationem.*

2. In omnibus enim ſucceſſionibus patrimonialibus, fideicommiſſarijs, emphyteuticis, feudalibus & primigenijs, vno ſemel admiſſo, eius quoque poſteritas cæteris præualet; Peregrinus *Conſil.* 1. *nu.* 11. *lib.* 2. ita tamen vt in caſu ſenioratus ætas reſpiciatur; *d. n.* 11. vbi vide, in quo caſu reditur ad ius commune, ex quo non datur gradus repræſentatio; idem *d. conſ.* 1. *n.* 5.

3. Quia verbum, *Senior*, debet intelligi, quando concurrunt plures perſonæ eiusdem gradus & lineæ, puta plures filij, plures nepotes, plures pronepotes, & ſimiles deſcendentes & exſiſtentes in linea deſcendenti: & quando concurrunt plures perſonæ eiuſdem gradus in linea tranſuerſali, puta fratres, aut patrui, vel patrueles. Nam in dictis

Digitized by Google

caſibus ſeruari debet prærogatiua ætatis, vt maior natu minori præferatur; Gregor. Meſſanenſis *de ſucceß. feudi, part. 4. q. 4. n. 20.*

4. Eſt autem *linea*, vt hoc ſemel admoneamus, collectio plurium perſonarum, ab eodem ſtipite deſcendentium, plures gradus continens; Iohan Faber ad §. 1. *Inſtit. de grad. cognat.* Iohan. Skenæus in *annotat. ad Regiam Maieſtatem Scotiæ lib. 2. cap. 32. verſ. 2.* Cacheranus *Conſil. 74. num. 28.* Cuiusmodi lineæ in Domo Saxonica hodie tres numerantur, Electoralis, Vinarienſis, & Coburgenſis. Durante ergo Electorali, non dabitur locus Vinarienſi. Et exiſtente Vinarienſi, non permittetur tranſitus ad Coburgenſem. Et hoc eſt, quod Doctores dicunt, donec extat deſcendens ex linea illius deſcendentis, in quem feudum peruenit, deſcendens alterius lineæ non admittatur; Lud. Pontanus Romanus *Conſil. 33.* Angelus *Conſil. 321.* Richard. de Saliceto *Conſil. 205. inter Conſilia Baldi, part. 5.* Paulus Caſtrenſis *Conſil. 227.* Ioan. Baptiſt. Vincemala *Conſil. 1. numero 5. inter conſilia feudalia varior. Doctor.*

5. At, inquiunt noſtri Antagoniſtæ, prius nominati in ordine ſcripturæ, prius admittendi ſunt ad ſucceſſionem; *l. cum ita, §. in fideicommiſſo, D. de legat. 2. l. peto, §. fratre, D. eod. tit.* Recte quidem illi argumentantur, quibus & nos aſſentimur, niſi vbi Bulla ad ſucceſſionem Electoratus proximiorem vocaret nominatim; Beſoldus *Diſput. nomicopolit. lib. 1. diſſert. 8. n. 4* ſicuti & Lex Regia apud Hiſpanos, in *l. 2. Partitar.* ſuperiori libro explicata, vt accommodanter ad noſtram quæſtionem ſcripſerunt Lud. Molina I C. *de Hiſpan. primigen. lib. 3. c. 2.* Peregr. *d. Conſil. 1. in fin.*

6. Et ſane vbi vocatur *proximior*, inſpecto ſono verbi, ac eius propria vi & proprietate patruus, quia proximior in gradu, prius cenſetur eſſe vocatus; Peregrinus *conſ. 63. n. 17. lib. 2.*

7. Nec video, quomodo ſibi conſtent D. Engelbrechti dicta, qui cum ſuperius vocaſſet nepotem iure transmiſſionis vel repræſentationis, nunc eundem vocat iure ſubſtitutionis. Quæ duo ſunt diuerſa, nec ex vna ad alteram inferri poteſt; Cacheranus *Conſil. 72. num. 31.* nec de tranſmiſſione aliqua tractandum eſt, vbi agitur de ſubſtitutione; idem Cacheranus *Conſil. 74. in fin.* Repræſentatio namque ex lege introducitur; Decius Conſil. 1. num. 8. nec alium gradum facit, idem Decius

Digitized by Google

Decius Conſil. 427. num. 8. Iaſon *Conſil. 215. verſ. alibi dicit Bar. & Conſil.* 159 Pariſius *Conſil. 36. num. 8. vol. 2.* Subſtitutio autem ab homine fit, aliumque gradum facit; Baldus in *l. 3. §. vltim. D. de liber. & poſthum.* Aretinus in *d. §. vlt. D. eod. tit.* Pariſius *Conſil. 99. num. 11. & ſeq. vol. 2.* Quamobrem ex fortiori coniectura contrarium arguitur voluiſſe Imperator, dum expreſſe dicit, *proximior & ſenior Dux Saxoniæ* &c. quæ verba intelligi debent prolata in caſu vero, & ſic in proximiore & ſeniore vero, non autem ficto & repræſentato, vt ſupra late probauimus. Et ideo hæc coniectura, vti fortior, omnem aliam vinceret, ſi qua ſubeſſet; Cacheranus *d. Conſil. 72. n. 31.*

8. Quæ porro à D. Engelbrechto contortuplicatis argumentis fuſe differuntur ſuper pupillari, vulgari & fideicommiſſaria ſubſtitutione, nihil nobis obeſſe atque officere debent: quia ordinem ſucceſſionis in Aurea Bulla habemus certum & præſcriptis verbis conceptum, quo qui non comprehenditur, nunquam efficiet quiſquam, vt de iure ad ſucceſſionem admittendus ſit, niſi per vim obtrudatur,

Cui vis eſt, ius non metuit, ius obruitur vi:

vt cecinit Palingenius in Capricorno. Cui non abſimiliter Plautus Amphitryone:

Miſerrima iſthæc miſeria eſt ſeruo bono,
Apud herum qui vera loquitur, ſi vi verum vincitur.

9. Ordo autem ſucceſſionis duplex præſcribitur, directus & tranſuerſus. Directus eſt in deſcendentibus, puta filijs, nepotibus, & alijs deſcendentibus in infinitum, vt *tot. titul. Qui feuda dare poß.* Tranſuerſus in collateralibus; Socinus *Conſil. 75. vol.* 4. Gallitius *Conſil. 2. n. 63.* Non exſiſtentibus deſcendentibus, incipit facere tranſitum ad collaterales agnatos, & is vocatur, qui proximus & natu maximus eſt inter eos, vt habent clara verba textus, quibus qui contradicit, is vero ſolem mero meridie lucere haut dubio negaturus eſt.

10. Et in hoc ipſo ordine Imperator plures gradus ſubſtitutionum fecit: & inter alios primus eſt, per quẽ inſtituto filio primogenito poſſidentis Electoris ſubſtituit eiusdẽ filiũ primogenitũ (id eſt nepotẽ) ſi exſtaret; ſin minus, alium natu maiorem. Secundus gradus eſt, per quem ſubſtituit filium ſecundogenitum poſſidentis Electoris, aut alium natu maiorem fratrem. Tertius gradus eſt, per quem ſub-

ſtituit

ſtituit eidem ſecundogenito&c.filium ſuum primogenitum. Quartus gradus,in quo ſubſtituitur frater poſſidentis Electoris cum eadem filiorum conditione. Quintus gradus, in quo ſurrogatur agnatus proximior & ſenior, vbi & eo caſu, quo deficerent iam commemorati deſcendentes & fratres; Cacheranus *conſ.74.n.31.*

11. Quoad primum & tertium gradum, dicitur, quod per illam ſubſtitutionem filij primogeniti primogenitus &c. eſt vocatus duntaxat & ſubſtitutus patri vulgariter, & non per fideicommiſſum. Quoad vero ſecundum, quartum & quintum gradum, per quos Imperator fratres & agnatum proximiorem ibi & eo caſu, quo deficerent deſcendentes in linea directa primogeniti hæredis inſtituti, illa quidem compendioſa dicitur, cum ſit concepta per verba denotantia tractum temporis in futurum, & continet fideicommiſſariam ſubſtitutionem, vt fuſe docet Cacheran. *d. conſ.74.n.32 & ſeq.*

12. Quod cum ita ſit dicendum eſt, omnem ſubſtitutionem vulgarem expiraſſe per aditionem hæreditatis ipſius primogeniti in Electoratu; *l. poſt aditam, C. de impub. & alijs ſubſtitut. l. ſi legata Cod. de legat.* & non ſolum quoad primum gradum, ſed etiam quoad omnes alios ſequentes; *l. ſi mater §. vlt. D. de vulg. & pupill.* quam Bartolus in hunc modum ſummat; *ſi inſtitutus eſt heres, euaneſcit ſubſtitutio vulgaris prima, & omnis alia poſterior.* Vnde primo inſtituto adeunte, omnes alij poſteriores gradus ſubſtitutionis vulgaris ſunt euacuati, per *d. l. ſi mater, §. vlt.* Hugo Diſſutus *conſil.55.num.8* Berous *conſil.6.num.13. & conſil.63.n.20. vol.2.* Idcirco nepos ſecundogeniti virtute huiusmodi vulgaris ſubſtitutionis admitti nō poteſt, vt patruum tertiogenitum excludat; multo minus patruelis admittetur vt alterum patruelem remoueat. Et regula, quæ habet, quod ſubſtitutus vulgariter primo inſtituto cenſetur ſubſtitutus, ſi primus ſubſtitutus ante inſtitutum deceſſerit, procedit, ſi per eum fuerit adita, quia tunc, quum per aditionē vulgaris exſpirauerit, etiam quoad omnes poſteriores, ideo ſubſtitutus ſecundo loco non ſuccedit inſtituto; Socinus *conſil.52. verſ. tertius caſus, lib.1.*

Relinquitur ergo fideicommiſſaria ſubſtitutio, quæ penes heredem primogenitum remanſit; & in qua patruus nepotem, & maior natu patruelis iuniorem ſuperat ex conditione qualitatum, in ſubſtitutione facta de agnato requiſitarū, proximitatis videlicet & ſenioratus;

quæ

Digitized by Google

quæ in perſona primogeniti Aldenburgenſis non reperiuntur, quum primogenitus Vinarienſis eo ſit ætate maior. Et licet ſit primogenitus Ducis Friderici Wilhelmi, non eſt tamen primogenitus illius agnati, qui proximior exſiſtat vltimo Electori, eo tempore & caſu, quo futurus eſt loc⁹ ſubſtitutioni factæ primogenito heredi inſtituto, & ſic ei agnato, qui dicitur ſubſtitutus per fideicommiſſum: vti hæc omnia late diſputantur à Cacherano in *d. conſil. 74. à nu. 32. vſq; ad fin.*

Capvt VIII.

De Saturni Sæculo, & primogenitura Iouis.

1. Enimuero, inquit D. Engelbrechtus, ſi hoc concedimus, quid aliud nobis exſpectandum erit, quam antiqua illa Saturni Sæcula? Quod vtinam, mi Engelbrechte, aureum illud Saturni æuum, aliorum opera ac miniſterio turbatum, à nobis poſſit in integrum ſtatum reſtitui. Quam beatos nos dicerent poſteri, prædicarent ſuperſtites! Aureum, inquam, ſæculum tot Vatum oraculis decantatum; tot veterum præconijs dilaudatum; tot generis humani votis perpetim exoptatum; tot denique Doctorum noſtrorum ſcriptis concelebratum.

— Quod vindice nullo
Sponte ſua ſine lege fidem, rectumque colebat.
Pœna metuſq; aberant, nec verba minacia collo
Ære ligabantur, nec ſupplex turba timebat
Iudicis ora ſui, ſed erant ſine iudice tuti.

Quos verſus recitat Eguinarius Baro *lib. 3. de Nobilitate c. 3.* ſumptos ex *Ouidy lib. 1. Metamorph.*

2. Sed audiamus: quid de hoc ſæculo ſenſerit Lactantius Firmianus, Criſpi Cæſaris præceptor Aulicus, & Conſtantini Magni Imp. Conſiliarius domeſticus. Is lib. 1. Inſtitut. diuin. cap. 11. in hunc modum ſcribit: *Videamus quid in eo* (Saturno) *fuerit Deo dignum: in primis illud, quod aureum ſeculum narratur habuiſſe, quod iuſtitia ſub eo fuerit in terra. Quid enim tam conueniens Deo, quam iuſtum regimen, ac pium ſeculum?* Et cap. 13. de eodem Saturno; *Nam cum agreſti quondam more in Italia viueretur,*

Is genus indocile, ac diſperſum montibus altis
Compoſuit, legeſq; dedit —

Quos verſus accepit à Virgilio *lib.* 8. *Æneid.* Et iterum Lactant. lib. 4. cap.12. circ. fin. *Tunc ſublato de rebus humanis omni malo, aureum ſeculum (vt poëtæ vocant) id eſt, iuſtum ac pacificum tempus orietur.* Rurſum lib. 5. cap. 5. vbi de iuſtitia diſputat ex Philoſophorum & Poëtarum præceptis: *Atque vt doceant, quid ſit iuſte viuere, à Saturni temporibus, quæ illi vocant aurea, repetunt exempla Iuſtitiæ, narrantque in quo ſtatu fuerit humana vita, dum illa in terra moraretur. Quod quidem non pro Poëtica fictione, ſed pro vero habendum eſt. Saturno enim regnante, nondum Deorum cultibus inſtitutis, nec adhuc vlla gente ad diuinitatis opinionem conſecrata, Deus vbique colebatur. Et ideo non erant neque diſſenſiones, neque inimicitiæ, neque bella:*

Nondum veſanos rabies nudauerat enſeis,

vt Germanicus Cæſar in Arataeo loquitur carmine:

Nec conſanguineis fuerat diſcordia nota.

Imo ne alienigenis quidem, ſed neque vlli omnino gladij, qui nudarentur, fuerunt. Quis enim præſente ac vigente iuſtitia, aut de tutela ſui, cum nemo inſidiaretur, aut de pernicie alterius cogitaret, cum nemo quicquam concupiſceret? Denique lib. 7. cap. 2. *Diſpoſitione ſummi Dei ſic ordinatum, vt iniuſtum hoc ſeculum, decurſo temporum ſpatio, terminum ſumat, extinctaque protinus omni malitia, & piorum animis ad beatam vitam reuocatis, quietum, pacificum, aureum denique ſeculum (vt Poëtæ vocant) Deo ipſo regnante, floreſcat.*

3. Hinc & Proclus Diadochus auream ſub Saturno vitam καθαρὸν intelligit, καὶ ἄλυπον, καὶ ἀπαθῆ, id eſt *puram & triſtitiæ ac perturbationum expertem*, quod commonſtrat *aurum*, ſicut docuit Plato in Cratylo. id enim ἄδεκτον ἰοῦ καὶ σήψεως, id eſt, *rubiginis ac putredinis neſcium* eſt. quo nomine τῆς ἀπαθείας, *imperturbati ſtatus ac lentitudinis* quodammodo typum habet; Cæl. Rhodiginus *lib.13. antiquar. lect. cap.21.*

4. Denique Flamin. Nobilius, philoſophus nobiliſſimus, in tract. *de Honore*, *in præfat. ad Ducem Florentin.* exiſtimat, non alijs gradibus Saturnum in cælum aſcendiſſe, neque alijs de cauſis ad religionem & memoriam eſſe conſecratum, quam quod homines, qui in ſummis erroribus & maximarum rerum ignoratione verſabantur, docere ac monere aſſidue non deſtitit, vt à perpetua conſuetudine

vim

Digitized by Google

vim ſibi mutuo inferendi conuerſi ad mitem, manſuetam, humanitatis & officij plenam traducerentur vitæ rationem. Id quod & ante eum aſſeruit Ioan. Camers *comment. in Cebetis Thebani Tabulam numero* 2. & ſequitur Deſider. Heraldus *Diſquiſition. libro* 1. *capit.* 11.

5. Hocce tu ſæculum nobis opprobrare auſus es, Engelbrechte, quod reducere gliſcamus? nec nobiſcum optare, vt parta in Romano orbe tranquillitate, & ſedatis inteſtinis Reipublicæ Romanæ motib⁹, cum Virgilio exclamare poſſimus;

Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna,
Iam noua progenies cælo demittitur alto:

vt verbis vtar Iac. Lernsnheri IC. & Conſiliarij Haſſiaci in *Orat. de Legibus*, quam ante annos LXX. Marpurgi habuit, & Iohan. Oldendorpius cum encomio publicauit. Virgilij verſus extant *Eclog.* 4. vbi *Virgo* intelligenda eſt Iuſtitia, & aureum ſæculum per *Saturnia Regna*, vt ibi recte interpretantur Val. Probus, Seruius Honoratus, Antonius Mancinellus, Chriſtophorus Landinus, Eobanus Heſſus, Georg. Berſmannus, Iacobus Pontanus, & cæteri Interpretes. Qui plura de hoc Saturni ſæculo deſiderat, is per me conſulat licet Q. Fabium Pictorem *lib.* 1. *de aureo ſecul. & orig. vrb. Rom.* Macrobium Theodoſium *lib.* 1. *Saturnal. cap.* 5. Natalem Comitem *lib.* 2. *Mythologiæ, cap.* 1. *fol.* 88. *& capit.* 2. *fol.* 118. Nanum Mirabellium in *Polyanthea*, *verbo Ætas, & verb. Seculum*, Ioh. Sichardum in *Scholijs ad Prudent. hymn.* 14. Octauianum Mirandulam in *Florib. Poëtar. tit. de Ætatibus*, Stephan. Forcatulum *de Gallor. imperio & philoſoph. lib.* 5. *fol.* 712. Ioan. Brodæum *lib.* 1. *Miſcellan. cap.* 39. Cælium Rhodiginum *lib* 13. *antiq. lect. cap.* 21. Lib. Gyraldum in *Syntagmat. de Dijs*, Rauiſium Textorem in *Officina*, Martinum Antonium Delrium *Aduerſarijs in Senecæ Hippolyt. numero* 527. *& ſeqq. & in Octauiam num.* 394. *& Comment. in Hippolyt. nu.* 516. *& ſeqq.* Matthæ. Raderum *Comment. in Martialem lib.* 12. *epigram.* 51. Iohan. Weitzium *Notis in Prudent. hymn.* 14. *n.* 206. Iacob. Gordonum *Quæſt. Chronolog. cap.* 4. *n.* 14.

6. O Aureum Sæculum, in quo, vt vetuſtiſſimus auctor Aratus in *Phænomenis* canit,

Οὔπω λευγαλέου τότε νείκεος ἠπίσταντο,
Οὐδὲ διακρίσιος περιμεμφέος, οὐδὲ κυδοιμοῦ,
Αὔτως δ' ἔζων.

id eſt,interprete Hugone Grætio,IC.& Aduocato Holandico;

Nec mala lis fuerat,necdum diſcordia nota,
Nec fera ſeditio furiarat mobile vulgus:

vel,vt Germanicus Cæſar,Imperatoris Octauij Auguſti filius adoptiuus,eleganter ad inſtitutum noſtrum reddidit;

Nec conſanguineis fuerat diſcordia nota.

Num tibi maius petis teſtimonium, q̃ ipſius Romanorum Cæſaris?

7. Hoc ſæculum ô ſi per te,mi Engelbrechte,tuique ſimiles litium non neceſſariarum ſufflaminatores reuocare liceret, iam quiete, pacifice, & amicabiliter inter ſe degerent tam ipſi Illuſtriſſimi Principes fratrueles caritate non ſimulata coniuncti,quam eorum vaſalli ac ſubditi. Subtracta autem Iuſtitia,fieret,quod Alb. Tibullus Eques Romanus dicit lib.1.eleg 3.

Nunc Ioue ſub domino cades, & vulnera ſemper,

Et quod Ouidius Naſo lib.1.Metamorphoſεων:

Tertia poſt illam ſucceſſit ahenea proles,
Sæuior ingenijs,& ad horrida promptior arma,
Non ſcelerata tamen —.

8. Quid autem,hoc aureo tam iuſto,pio,felice, tranquillo & pacifico ſæculo iuris fuerit in ſucceſſione Principatuum, è re eſt diligenter animaduertere. Vranus qui Latinis Cœlus eſt, primus eminere inter mortales potentia cæpit,&Principatum habere ſiue Regnum,in cuius ſocietatem fratres aſciuerat ea conditione, vt ab eius nutu penderent tanquam ſenioris; Euhemerus Meſſanenſis, auctor omnium ſcriptorum vetuſtiſſimus, in *Deorum hiſt.* & ex eo Ennius in *Sacra hiſtor.* Lactantius *lib. 1.Inſtitut.diuinar.c.13.in fin.* Natal. Comes *lib.2. Mytholog.c.3.* Lil.Gyraldus in *ſyntagm.de Dijs.* Verba Ennij ſunt; *Primus in terris imperium ſummum Vranus habuit. is id regnũ vna cum fratrib. ſuis inſtituit atq; parauit.* Et ex Lactant. admodũ apparet, Vranũ,licet partũ & conſtitutũ Imperiũ vna pariter cum fratrib. ſuis natu minorib. tenuerit, ipſum tamẽ vt primogenitũ principaliter(vt noſtrorum verbo vtar) imperaſſe.

Quod

Quod & Apollodorus Athenienſis voluiſſe videtur, quum in Biblioth. de Deorum orig. lib. 1. in princ. ſcripſit: Οὐρανὸς πρῶτος τοῦ παντὸς ἐδυνάστευσε κόσμου: *Cælus primus orbis vniuerſi Imperio præfuit.*

9. Hic Cælus tres ſuſcepit filios, Titanem primogenitum, Saturnum, & Iapetum Ad Titanem itaque paternæ hereditatis ius pertinebat; Lactantius *d. lib. 1. cap.* 14. Natalis Comes *lib. 2. Mytholog. cap. 1. & ſeq.* Carol. Stephanus in *Diction. poet. verb. Titan*: quia tamen facile deterior erat Saturno; Lactant. *d. cap.* 14 id eſt, inhabilior & minus idoneus a d imperandum, patre, matre Veſta, & ſororibus volentibus, ſummam Imperij paterni conceſſit fratri Saturno, ea tamen lege, ne quam ſobolem maſculam educaret, hoc eſt (quomodo nos interpretamur) ne liberi ipſius mares in Regno ſuccederent, ſed paternum Imperium ad filios ſuos rediret; Sibylla in *Carmin.* Euhemerus in *Deorum hiſt.* Ennius in *ſacra hiſtor.* Lactantius *d. lib. 1. cap.* 14. Saturnus ergo, (qui putatur fuiſſe Nemrodus, ſi Beroſo fides, quem Annius Viterbienſis *comment.* illuſtrauit) fratribus in ſocietatem Imperij aſſumptis, quod patet ex his verſibus:

Καὶ βασίλευσε Κρόνος, καὶ Τίταν, Ἰαπετός τε,
Γαίης τέκνα φέριστα καὶ Οὐρανοῦ ἐξεκάλεσσαν.
Regnauit Titan, Saturnusque Iapetusque,
Optima quæ Cæli dixere & pignora Terræ.

(quos forte fuiſſe partitos Imperium, auctor eſt Diodorus Siculus *lib. 4. Bibliothec.*) ipſe tamen primus ac ſummus Princeps cluebat; Angelus Politianus in *Miſcellan. cap.* 18. Ludouic. Carrio *lib. 1. Emendation. cap.* 3. & tradit Sibylla Erythræa canens:

Πρώτιστος μὲν ἄνασσεν ἐπιχθονίων Κρόνος ἀνδρῶν.
Primus mortales inter Saturnus at olim
Regnauit —— Imperijque ſedem in Aegypto, Italia, Sicilia, Libya conſtituit; Diodorus Sicul. *d. lib.* 4. Chaſſanæus in *Catalog. glor. mund. part. 12. conſid.* 60. Ioh. Brodæus in *Annotat. ad lib. 1. Antholog. fol.* 152. Natalis Comes in *Mytholog. li. 2. c. 2. f.* 124.

10. Quo ſpectant, quæ ſcribit Lactant. lib. 2. cap. 11. in hæc verba: *Sed neque patrem ipſius* (ſc. Promethei) *Iapetum patruumque Titana quiſquam Deos nuncupauit, quia regni ſublimitas penes Saturnum ſolum fuit, per quam diuinos honores cum omnibus ſuis poſteris conſecutus eſt.* Viden' hic:

Digitized by Google

conuenientiam cum Aurea Bulla? ad primogenitum de iure attinere hereditas dicitur: ſed quia is erat inutilis atq; inidoneus Imperio, cum eius ſimul atq; fratrum cæterorum conſenſu Imperium ad ſecundogenitum defertur. Quod expreſſis verbis in Aurea Bulla vt fiat ſancitũ eſt.

11. Saturno geniti ſunt, Iupiter primogenitus, Neptunus & Pluto, qui excluſis auita ſucceſſione patruelibus ex primogenito patruo Titane prognatis, in Imperio paterno vel auito ſucceſſerunt, vt proximiores vltimo poſſeſſori; Minutius Felix in *Octauio*, Diodorus Sicul. in *Bibliothec.* Fab. Fulgentius *Mytholog. lib.* 1. Phornutus in *ſpeculat. de natura Deor.* Albricus in *lib. de Deor. imaginib. in princ.*

12. Iupiter is eſt, quem fuiſſe Baalum ſiue Belum Aſſyriorum Monarcham, teſtatur Beroſus *lib.* 2. *Antiquitat.* Metaſthenes *de iudicio tempor.* & ibi Annius Viterbienſ. in *comment.* Ioh. Sleidanus *lib.* 1. *de Monarch. in princ.* ibiq; Guilhel. Xylander in *Annotat.* & Henric. Meibomius in *Notis*: Rob. Bellarminus Cardinal. *lib.* 1. *de verbo Dei cap.* 13. Ioh. Rainoldus *lib.* 2. *de Rom. eccleſ. idololatr. c.* 3. *num.* 51. *& lib.* 1. *c.* 5. *n.* 17. quanquam ſunt qui putent, Cœlum fuiſſe Nemrodum, Iouem autem Ninum, Bacchum vero Niniam: qua de controuerſia tractant Gerhard. Mercator in *Chronolog.* Elias Vinetus in *Annotat. ad Iuſtini lib.* 1. Benedictus Pererius *lib.* 15. *commentar. in Geneſ. n.* 64 Auguſtin. Torniellus in *Annalib. ſacris in* 2. *mundi æt. anno* 1931. *num.* 30. Ioſeph. Scaliger *lib.* 3. *Canon. iſagog.* Iacob. Gordonus *Queſtion. chronolog. cap.* 4. *num.* 9. *& cap.* 5. *num.* 10. Iac. Capellus in *Hiſt. Sacra exot. anno mundi* 1778. vbi aſtruit, Saturnum fuiſſe Noam, Iouem vero Chamum, Bacchum denique Miſraimum, qui Aegyptijs eſt Oſyris.

13. Hic ergo Iupiter primogenitus cum fratribus ſuis Imperium orbis ita dicitur diuiſiſſe, vt ipſe Orientem, Pluto Occidentem, Neptunus maritimas inſulas haberet; Orpheus *hymno in Saturn.* Homerus *li.* 15. *Iliad.* Heſiodus in *Theogon.* Lactantius *d. lib.* 1. *c.* 11. Seruius in *Aeneid. lib.* 1. *& lib.* 10. Nat. Comes *d. lib.* 2. *cap.* 8. Lil. Gyraldus in *Syntagmat. de Dijs cap.* 10. Monarchica tamen poteſtate ſibi primogenito reſeruata cum ſuprema iuriſdictione; Carol. Stephanus in *Dictionar. Poet. verb. Iupiter*, Conrad. Geſnerus in *Onomaſtic.* ita vt Neptunus ac Pluto ei ſubeſſent ac parerent; Tiraquellus *de iure primigen. in præfat. num.* 83. *num.* 143. *& ſeq.* & nos ſupra *lib.* 1. *cap.* 9. Vnde & *Iupiter Summus* vel *Supremus*

Digitized by Google

premus dicitur, vt paſſim auctorib. Græcis Latinisque: eique ſceptrum pro inſigni affingitur; Michael Maierus in *Arcanis arcaniſſimis, id eſt, Hieroglyphic. Aegyptio-Græc. lib. 3. fol.* 108. Et generale orbis dicaſterium, ſeu ſacrum conſiſtorium, ſiue Camera Imperialis, & Curia ſumma, penes Iouem reſidebat. Quod non obſcure colligimus ex Euhemeri verbis, quæ tranſtulit Ennius in Sacra hiſtor. in hanc ſententiam; *Eadem*, inquiens, *tempeſtate Iupiter in monte Olympo* (loco nempe totius terrarum orbis altiſſimo & commodiſſimo) *maximam partem vitæ colebat, & eò ad eum in ius* (tam in prima inſtantia, quam beneficio appellationis) *veniebant, ſi qua res in controuerſia erant.* Et iterum; *ſi quis quid noui inuenerat, quod ad vitam humanam vtile eſſet, eò veniebat, atque Ioui oſtendebat.*

14. Eleganter Lactantius d. lib. 1. cap. 11. figmenta Poetarum explicat in hunc modum; *Illud de ſortitione Regnorum. Aiunt enim Ioui cœlum obtigiſſe, Neptuno mare, inferna Plutoni,* &c. *Ergo illud in vero eſt, quod Regnum orbis ita partiti ſortitique ſunt, vt Orientis Imperium Ioui cederet, Plutoni (cui cognomen Ageſilao fuit) pars Occidentis obtingeret, eo quod plaga Orientis, ex qua lux mortalibus datur, ſuperior, Occidentis autem inferior eſſe videatur,* &c. *De Neptuni ſorte manifeſtum eſt, cuius Regnum tale fuiſſe dicimus, quale Cn. Pompeij fuit infinitum illud Imperium, cui totius oræ maritimæ poteſtatem Senatus decreuerat, vt prædones perſequeretur, ac mare omne pacaret. Sic Neptuno maritima omnia cum ſuis inſulis obuenerunt.* Quod ſumpſit ex Euhemeri Sacra hiſtoria, in qua, interprete Q. Ennio, legitur; *Iupiter Neptuno imperium dat maris, vt inſulis omnibus, & quæ loca eſſent ſecus mare, omnib. regnaret.* Michael Maierus in *Arcanis arcaniſſimis lib. 3. fol.* 110. Michael Thomaſius in *Notis ad Lactantium.*

15. Quem Neptunum à Latinis etiam *Conſum* aiunt dictum, quaſi conſilij Regem, propterea quod Ioui fratri primogenito fida & ſalutaria conſilia ſuggeſſerit, argumento eorum quæ habent Arnobius *lib. 3. aduerſus Gentes,* D. Auguſtinus *lib. 4. de Ciuitat. Dei cap. 11. & ibi* Ludou. Viues in *Annotat.* Elias Vinetus in *Com. ad Auſonii epigr.* 68 quo nomine haud dubio indicare voluerũt, qualis eſſe debeat ſecundogenit⁹ erga fratrem ſuum primogenitum. Pluto vero, qui & Diſpater, in Occidente Germ. Gallis Hiſpanis, Italis, Sarmatis, &c. imperauit, *Samothes* ab iis dictus; Chaſſanæus in *Catal. gl. mund. p. 12. coſ.* 6 ; Bapt. Candelarius

in *Epiſt. ad Chaſſaneum*, vbi volunt fuiſſe Iapheti filium, Noæ nepotem, Plutoni, inquam, Hiſpaniarum & locorum omnium ad occidentem ſolem obtigit imperium; Michael Maierus in *Arcanis arcaniſſimis, id eſt Hieroglyphi. Aegyptio-Graec. lib. 3. fol.* 107.

16. Hinc Iupiter, Θεῶν πατὴρ ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν, *Deorum pater atque hominum appellatur*; Leontius Mechanicus *de preparat. ſphara Arat. in fi.* Arſenius in *Scholijs ad Heſiodi Theogon.* Cælius Rhodiginus *lib. 11. Antiquar. lect. cap.* 17. Ioan. Cæſarius *comment. in Horat. od. 2.* Iacob. Scheckius *Prameſſor. epiſt. 1.* Ioan. Reinoldus *de Roman. eccleſ. idolatr. lib. 2. cap. 3. num. 69.* Caſp. Barthius in *Animaduerſion. ad Claudian. de raptu Proſerp. lib. 1.* Gebhard. Elmenhorſtius in *Obſeruation. ad Arnob. lib. 4. aduerſus Gent. fol. 86.* quaſi Imperator Deorum & hominum; Adrian. Turnebus *lib. 29. Aduerſarior. cap. 24. & lib. 14. cap. 14.* id eſt, Regum & populorum, quod regeret ipſos Reges fratres (qui in ſacra quoq; Scriptura *Dij* nominantur) iure quodam patriæ poteſtatis, & inferiores Principes ab ſe deuictis nationibus impoſitos; Cælius Rhodigin. *lib. 8. antiq. lect. cap. 1.* Natal. Comes *lib. 2. Mytholog. cap. 1.* Wilhelm. Poſſardus *de Magiſtrat. Athenienſ. cap. 2.* & quod populos nutriret non ſecus, atq; pater ſuos filios; Phornutus in *ſpeculat. de natur. Deor.* Dio Chryſoſtomus *Orat. 12. de Dei cognit.* Lælius Biſciola *lib. 3. Horar. ſubſeciu. cap.* 16. Vnde etiam Octauius Auguſtus dicitur *pater atq; princeps* ab Horat. *lib. 1. od. 2.* vt notauit Helenius Acron ſiue Porphyrio in *comment.* & ab eo omnes Reges dicti *Patres patriæ*; Rodericus Zamorenſis Epiſcopus in *Specul. vitæ human. lib. 1. cap. 1.* Lucas de Penna in *l. quicunque, C. de omni agro deſert. lib. 11. & l. nemini, C. de conſul. lib. 12.* Crauetta *Conſ. 9. num* 241. Ianus Gulielmius in *Veriſimil.* Elias Vinetus *comment. in Auſonij epigram. faſtor. 1.* nec non & *parentes publici*; Pet. Broſſæus in *Animaduerſ. ad Caſſiodor. lib. 4. epiſt. 42.* quia ſubditos ſic habent tanquam liberos; Alciatus *Conſil. 5. num. 42.* Decianus *Conſil. 1. num. 38.* Alber. Gentilis *de iure belli, lib. 3. cap. 22.* Ioachimus Stephanus *Politicar. demonſtrat. cap. 8. num. 5.* ita vt *parricida* dicatur, qui Regem aut Principem ſuum interficit; Sebaſt. Corradus *annotat. in Val. Maximum lib. 9. c. 11.* Iuſtus Zinzerlingus in *Promulſide criticor. iuuenil. cap. 1.* Franciſc. Meinardus in *Regicidio*, &c *fol. 6.*

17. Immo quia ille primatum Regium etiam inter fratres gerebat,

Digitized by Google

bat, factum eſt, vt κατ' ἐξοχὴν ſolus *Regis* nomen habuerit, ceu ex Xenophonte & Prudentio notauit Georg Fabricius *Expoſit. in Prudenti. hymn. de natiuit. Chriſti n. 235.* atque inde omnes poſtea Reges monarchici & abſoluto iure imperitantes, *Ioues* dicerentur; Δίας οἱ παλαιοὶ πάντας ἐκάλουν τοὺς βασιλεῖς; Ioannes Tzetzes in *Exegeſ. in Heſiod. & in Var. hiſtor.* Iſacius Tzetzes *Schol. in Lycophron* Natal. Comes *lib. 2. Mytholog. cap. 1.* Georg. Fabricius *Expoſit. in Prudent. d. loc.* Ioan. à Wouvveren *Notis in Minucij Octauium fol. 140.* Ioan. Meurſius *comment. in Lycophron. Alexandr fol. 213.* Quod vt ſignificarent tam Heſiodus, quam Homerus, aiunt Reges eſſe Iouis ſatu procreatos; Hieronym. Oſorius *de Regis inſtitut. lib. 6 fol. 84.*

18. Dicitur *iuſtitiæ pater, quod ipſe hominum communionem inter eos deduxerit, & leges irrogarit, ne ſibi mutuo iniuriam inferrent*; verba ſunt Phornuti in *d. Speculat.* Quibus deſcribi videtur officium boni Monarchæ, & cuiuſuis Regis atq; Principis imperitantis.

19. Plutarchus in libro περὶ ἀοργησίας Iouem Μειλίχιον dictum vult quod placabilitas & clementia maxime deceat Principes, vt notauit Bonauent. Vulcanius in *Scholijs ad Ariſt. de mundo fol. 187.*

20. Denique Iouem velut *Saturni primogenitum, inducunt cum perfecti viri ætate*, (vnde & barbatus pingi ſolebat: Hadrian. Iunius in *Coma, cap. 2.* Elmenhorſtius *comment. ad Minucij Octauium fol. 33.* Weitzius *Notis ad Prudent. Gymn. 14. n. 272.*) *vbi nec quicquam abundare neque deficere apparet, ſed id, quod maturum, adeſſe. & hanc ob cauſam perfecta ei immolant*, vt ſcribit idem Phornutus: indubie ſignificans, eũ eſſe pro primogenito habendum, qui ſit ætate maturior ac præſtantior.

21. Poſt Iouis obitum in Orientis quidem Imperio ſucceſſit filius Dionyſius, qui & *Bacchus*, alibi etiam *Iupiter Sabbazius*; Claud. Mitalerius in *Notis ad Val. Maximum*, Ioan. à Wouvver in *Notis ad Iul. Firmic. Maternũ de error. profanar. relig fol. 113* putaturq; fuiſſe Zameis ſiue Ninias ex Semele ſeu Semiramide genitus, quem male cum Noa confundit Lamb Danæus *de prima mundi æt. ſect. 3. cap. 3.* vt obſeruauit Arniſæus *de Republ. lib. 2. cap. 2. ſect. 15 num. 33.* & is eſſe, qui in ſacra Scriptura *Beelphegor* nuncupatur; Georg Drauthius *Annotat. in Solini polyhiſt. cap. 65.* apud Aegyptios *Oſiris*; Diodorus Siculus *lib. 1. Bibliothec*

Digitized by Google

cap 1. Michael Maierus in *Arcanis arcaniſſimis, id eſt, Hieroglyphic. Aegyptio-Graec. lib.* 1. *fol.* 4. & *fol.* 17. Laurent. Pignorius in *Characterib. Ægyptijs, hoc eſt, Sacrorum, quibus Aegyptij vtuntur, ſimulacrorum delineat. fol.* 11. Bapt. Pius in *Annotat.* Elias Vinetus in *comment. ad Auſonij Mÿobarb.* Natal. Comes *Mytholog. lib.* 2. *cap.* 2. *fol* 124. & *lib.* 5. *cap.* 13. *fol.* 490. & *ſeq.* ſucceſſit, inquam, iſte Dionyſius Iouis primogenitus in portione paterna: ſumma vero auctoritatis penes patruum Neptunũ conſiſtebat, qui fratri Ioui ſuperuixiſſe memoratur. Vnde nec Minos in Regnum Cretæ ſibi à patre Ioue delegatum teſtamento, ſuccedere prius permittebatur, quam illud ei à Neptuno patruo confirmaretur, qui naui, cui centaurus inſigne, Cretam appellens eum in Regnum inſtituit, vt auctor eſt Tzetzes *Chiliad. hiſt.* 19. Sed Neptuno fatis functo, Dionyſius libidini & gulæ deditus, in fœminarum cœtu laſciuiens emolluit & conſenuit; Iuſtinus, qui Niniam vocat, *lib.* 1. & Tornielius in *Ann. lib.* Vnde poſt mortem à mulieribus id conſecutus eſt, vt pro obſcœno Deo, quem Priapum vocant coleretur; & ſucceſſores, amiſſa auctoritate, contemptim habiti ſummam illam orbis Monarchiam diſpergerent tandem ac deperderent.

22. Et hæc quidem de aureo Saturni ſeculo, eius ve prole primigenia, non prorſus (quomodo nobis perſuademus) ἀπροσδιονύσως, ſatis ſint dicta: nunc ad cætera properemus pertendenda.

CAPVT IX.

De Gothorum Regum ſucceſſione & iure primogenituræ.

1. GOthorum biuaria natio fuit à ſedibus diſcriminata quas incolebant; nempe Oſtro-Gothorum, qui Orientem, & Weſt-Gothorum, qui Occidentem verſus ſpectabant, quorum illi in Italia, iſti in Hiſpanijs Romanum imperium vſurparunt. Illorum Reges ex familia Amala nati, horum ex Balthea proſapia, vnde mari Balthico nomen, hæreditario & ſucceſſiue legebantur, etiam multis ſeculis ante natum Pelagium Aſturum & Legionis Regem. Quod cum Engelbrechtus à Molinis & alijs inductus negare præſumpſerit, nos ex ipſis rerum monumentis verum euincemus.

2. Et quidem de primis gentis Gothicæ Regibus atque adeo ipſius

pſius auctoribus & conditoribus, ſcribit Ioan. Magnus Gothus, ex Regia familia oriundus, Archiepiſcopus Vpſalenſis, lib. 1. Gothor, Sueonumque hiſt. cap. 5. in hæc verba: *Fuerunt Magogo quinque filii: quorũ primus Suenno, Sueonicæ gentis propagator fuit & rector: ſecundus vero Gethar, quem alij Gogum dixere, nomen ſuum Gethis, quibus præerat, adoptandum curauit: reliqui tres Thor, German, Vbbo, fideli promptoque obſequio fraternum illorum imperium coluere. Quocirca non multo minor eorum autoritas in ſubiectis populis erat, quam ſi Reges deſignati fuiſſent. Neque eo tempore formidandum erat, fraternæ gratiæ vinculum, aut iuſiurandum, ob Principum pluralitatem vel Regni ambitionem violatum iri. Currebat enim tunc illa aurea innocentiæ vitæ ætas, quam vetuſtiſſimi hiſtorici & poetæ, tot miris ſummiſque laudibus, extollunt.* Et ſeq cap. 6. *Vbbo deinde, Suennone fratre fatis abſumpto, Principatum ſuper Sueones adeptus eſt.* Ex quibus verbis abunde liqueſcit, etiam tum in aurea illa ætate, quam ſupra peregimus, Gothorum Regna fuiſſe ſucceſſiua, & quidem iure primogenituræ atq; ætatis ex certa familia.

5. Ita namq; de ſua ſucceſſione edicit Athalaricus Rex in ſacra ſua ad Gothos apud Caſſiodorum: *Recipite proſperum vobis ſemper nomen, Amalorum Regalem proſapiam, Baltheum germẽ, infantiam purpuratam: per quos, Deo iuuante parentes noſtri decenter euecti ſunt, & inter tam prolixum ordinẽ Regum ſuſceperunt ſemper augmenta.* Et idem Magnus d. lib. 1. cap. 19. ſcribit: *Quemadmodum ex Amalorum cognatione, Regia ſtemmata apud Oſtrogothos longo ac ſplendido SVCCESSIONIS ORDINE profluxerunt, ita & viciſſim ex illuſtri Baltorum generatione Veſtrogothi Sacerdotes & Reges ſibi cooptare conſueuerunt.* Et li. 3. cap 21. *In quib duæ illuſtriſſimæ familiæ ſemper continuatæ fuerunt, videlicet Amalorum apud Oſtrogothos, & Baltorum apud Veſtrogothos: ex quib. ſibi Pontifices, Sacerdotes, Reges, ac Principes & Duces eligere conſueuerunt.* Quod qua ratione ſit intelligendum, multis docet Iornandes & ipſe Gothus, Archiepiſcopus Rauennas in *lib. de Reb. Getic.* in vtrorumq; Gothorum Regum genealogia ex qua euidens eſt, Gothos magis iure hæreditario ſucceſsiſſe, quã per electionẽ, quamuis hæc quoq; interuenerit quaſi approbatio quædam & confirmatio cum ſacramento fidelitatis. Id manifeſte colligitur ex Athalarici Regis edicto ad populum Romanum apud Caſsiodorum, vbi ait; *Domni aui noſtri* (Theodorici Regis, quem vulgo Veronenſem indigetant)

Digitized by Google

Regnum noſtrum ſuauiſſimus conſenſus accederet. Et ne aduerſis rebus aliqua poßit remanere ſuſpicio, vota ſua ſacramentorum interpoſitione firmarunt, ſe dominatum noſtrum tanto gaudio ſubire, tanquam ſi vel illis dominus auus noſter fatali ſorte non videretur ſubtractus. Et eo reſpex iſſe videtur Pantaleo Candidus in Regum Hiſpaniæ elogiis, epigr. 3. de Sigerico Athaulphi, cui ſucceſſit agnato proximiore;

Proximus imperii Sigericus munia cepit,
Auſpicio electus populi: nam ſtirpe propinquus
Regibus ——

4. Et de Oſtro-Gothorum quidem Regia familia Amala non ſinit nos dubitare idem Iornandes *n.79. & ſeqq* quo lectorem remitto: Ante quem etiam Athalaricus Rex, in epiſtola ad Tholuit Patricium lib. 7. apud Caſſiodorum: *Exſtat*, ait, *gentis Gothicæ huius probitatis exemplũ. Genſimundus ille toto orbe cantabilis, ſolum armis filius factus, tanta ſe Amalis deuotione coniunxit, vt HEREDIBVS eorum curioſum exhibuerit famulatum.* Sed clarius adhuc in epiſtola ad Senatum vrbis Romæ; *ſicut qui ex vobis naſcitur, origo ſenatoria nuncupatur, ita qui ex hac familia progreditur, Regno digniſſimus approbatur.* Cui lumen affert Ennodius Epiſcopus Ticinenſis in Panegyrico ad Theodericum Regem: *Nolo*, inquiens. *per caſus errare dominantium: in tuo ſtemmate probati ſunt qui reperti, vix paucos contigit degenerare nobiliter, cum familia tua debeas actus generis nobiliter cuſtodire* &c. *Ego tibi, quod admirationem vincat, oppono Principem meum ita ORTVM, vt illum non liceat improbari*, &c. Et circa finem dilucide ſcribit: *Origo te quidem dedit Dominum, ſed virtus adſeruit. Sceptra tibi conciliauit ſplendor generis, cuius ſi deeſſent inſignia, eligi te in Principem mens feciſſet.* Et de Athalarici patre Eutharico Duce ſcribit Hieronym. Rubeus Hiſt. Rauenn. lib. 3. anno DXV. *Theodericus Rex, Amaleſuentam filiam, ex Andefleda vxore Eutharico ex nobili Amalorum familia Veterici filio ex Hiſpania euocato, nuptiis inſigni pompa & regio apparatu Rauenna celebratis nuptui tradidit. Hunc Eutharicum Theodericus cum vnice diligeret, non vt generum, ſed filii loco, cum ipſe maribus careret, ſemper habuit, & in ſpem HEREDITATIS Italici Regni apud ſe voluit eſſe.* Tangebat n. Theodericũ proxima agnatione inter Amalos, vt ex Iornande eſt videre *n* 80 Et ipſa Amalaſuentha Regina de conſobrino ſuo Theodahato, in Regni pariter & thori cõſortiũ allecto, ſic ſcribit ad Senatũ Rom.

Reſeruauimus Palatia viro noſtri generis claritate conſpicuo, qui Amalorũ ſtirpe progenitus, Regalẽ habeat in actib. dignitatẽ. & in calce literarũ: *Hunc.n.maiorum ſuorum commonet virtus, & auunculus veraciter excitat Theodericus.* Denique Vrigis Rex, qui alienus à Regia ſtirpe, interfecto Theodahato, vt titulum aliquem ad ſucceſſionem Regni haberet, Mataſuentam Athalarici & Amalaſuentæ filiam vnicam, vt Regni hæredem, vxorem accepit. Vnde ipſe in reſcripto ad Iuſtinianum Imperatorem: *ſi vindicta Regis Theodahati quæritur, mereor diligi: ſi commendatio diuæ memoriæ Amalaſuentæ Reginæ præ oculis habetur, eius debet filia cogitari, quam niſus veſtrorum omnium perducere decuiſſet ad Regnum.*

5. De Wiſi-Gothorum Regum Balthea proſapia nihilo obſcurior res eſt. Verba hæc ſunt Athaulphi Regis apud Paul. Oroſium Hiſtoriar. lib. 7. cap. 43. *Poſtquam inprimis ardenter inhiauimus, vt obliterato Romano nomine, Romanum omne ſolum, Gothorum imperium & faceremus & vocaremus, eſſetque Gothia, quod Romania fuiſſet: fieretq; nunc Balthus, quod quondam Cæſar & Auguſtus.* Et ſane Regiam hanc familiam hereditario imperaſſe, ex Iornande, Iſidoro, Procopio, Warnefrido, Saxone Sialando, Ioanne Magno, Franc. Aretino, Olao, & cæteris ſcriptoribus ita euidenter conſtat, vt facile inducar vt credam, Dom. Engelbrechto, viro cætera erudito & accuratæ lectionis, fidem alienam potiorem fuiſſe, quam ipſorum Iſidori, Procopij & Iornandis, quorum ille ſcripta non videtur inſpexiſſe.

6. Quin etiam, extincta Regia Balthorum ſtirpe, Gothicum tamen in Hiſpania Imperium ſemper fuiſſe ſucceſſiuum & hereditarium, conſtanter affirmant Olradus de Ponte (*conſil. 95. & conſil. 230.* Æneas Sylnius in *Orat. ad Proceres Imperij de clade Conſtantinop. & bello contra Turcas congreg.* Cabotius *lib. 1. variar. iuris diſputat. cap. 10. & ſeq.* Franc. Verona in *Apolog. pro Patrib. & Scholaſticis Societ. Ieſu in Gallia, part. 2. cap. 10,* Ioan. à Chokier in *Theſaur. politic. aphoriſm. lib. 1. cap. 2. exemp. 5.* licet ſemel atque iterum ad ſeditioſam electionem tumultuando conueniſſent. Cuius intuitu non iniuria Ioan Lupus in *tract. de obtentione Regni Nauarræ, part. 6. num.* 10. dixit, incertum eſſe, an regni ſucceſſio ante Pelagium iure primogenituræ, an ex electione competeret. Propterea quod vnus atque alter ſtudio potius ac vi, quam ſucceſſione aut lege creatus eſſet, σπουδῇ μᾶλλον καὶ δυναστείᾳ, ἢ ἀνάγκῃ

καὶ νόμων ἐγένετο, vt aſſerit Olympiodorus Thebanus in *lib. Hiſtoriar.* apud Photium Patriarch in *Bibliothec.fol.*191.

7. Quam autem à vero abſit, quod Engelbrecht. affirmat, à primordijs illius Regni nepotem excluſiſſe patruum, exemplis faciemus vt fiat manifeſtum. Equidem patruum nepoti fuiſſe prælatum in Gothica progenie, tam ante, quam etiam poſt Ramirum Regem, quum ſucceſſio tanta polleret autoritate, vt hereditaria videretur, & filij primogeniti Regum incipiebant aſſumere Principum Hiſpaniæ nomen, teſtantur multis exemplis coaceruatis Franc. Verona in *d. Apolog. pro Patrib. Societ. Ieſu part.2. cap.*9. Cabotius *d. lib.* 1. *Diſput. cap.* 10. *& ſeq.* Mariana *lib.1.de Rege & Regis inſtitut.cap.*4. Bodinus *de Republ. lib. 6. cap. 5. nu.*732. Ioan. à Chokier in *Theſaur. polit. aphoriſm.lib.*1*.cap.*2*. Exempl.* 5. Mariana *lib.*1*. de Rege & Regis inſtitut.cap.*4.

8. Namque, vt ab ipſo capite ordiar, Walliæ quidem ſucceſſit primogenitus filius Toriſmundus: at huic ſubſtitutus frater Theodericus ſecundogenitus: & huic rurſum frater Enricus tertiogenitus, ſummotis nepotibus ex fratribus prioribus. Et hic eſt ille Euricus, qui Leges præſcripſit Viſigothis, qui profecto non præſumitur voluiſſe aduerſus ſuam ipſius ſucceſſionem leges ſancire in poſterorum ſuorum præiudicium. Quia enim nullus porro reſtabat frater, ei, tanquam vltimo poſſeſſori proximus ſucceſſit filius primogenitus Alaricus, excluſis fratruelibus vt gradu remotioribus. Hæc ita eſſe nos docebunt Agathias, Iornandes, Procopius, Ioan. Magnus, Pantaleo Candidus, & Hiſpanorum hiſtoriographi.

9. Deinde legitur anno Domini DX. Ordonius II Rex obijſſe, relictis quatuor filijs: quibus tamen prælatus in Regno fuit patruus. Quo vita functo, licet plures poſt ſe liberos reliquiſſet, Regnum ad dicti Ordonij filium primogenitum, qui excluſus antea fuerat, rediuit. Ordonio deinde III. Regi, circa annum Domini DXC. ſucceſſit non Vermudus primogenitus, ſed frater Sanchus, ætatis ratione. Anno Domini MCCVII. Ferdinandus cognomento Sancus, Princeps Leonis ſiue Legionis, filius Berengulæ ſiue Berengariæ ſecundogenitæ antepoſitus legitur in ſucceſſione Regni Caſtiliæ, S. Ludouico Francorum Regi, filio Blancæ primogenitæ. Anno MCCLXXVI. Sanchus cognomento Brauus, à Statibus Segouiæ congregatis declaratur

Digitized by Google

natur ſucceſſor patris ſui, excluſis fratris ſui primogenti filijs. iuxta quam declarationem coronatus anno MCCLXXXIV. originem maternam dedit hodierno Regi Philippo III. Hiſpaniarum Monarchæ; quum Duces de Medina Cæli, qui ex dictis filijs primogeniti fratris deſcendunt, adhuc careant auita ſucceſſione. I nunc Engelbrechte, & quæſtionem ſtatus moue Sereniſſimæ Domui Auſtriacæ in ſucceſſione tot tantorumque Regnorum. Hæc autem exempla in hunc modum referuntur à Morali, Garibaio, Vaſæo, & cæteris Hiſpanorum chronographis.

10. Alphonſum quoque Caſtiliæ Regem Sancius minor filius ſecutus eſt in Regno, nepotibus ex ſeniore Ferdinando præteritis; Girardus du Haillon *tom.1. Hiſt.lib.12.fol.994.* Mariana *d.lib.1.de Regis inſtit. cap.* 4. Beſoldus *Diſput.nomicopolit.lib.1.diſſ 7.n.5.*

11. Et in eodem Regno Caſtiliæ, pro patruo contra nepotem, cuius pater viuo auo deceſſerat, fuiſſe iudicatum per ſententiam Regum Aragoniæ & Portugalliæ, in quos fuerat compromiſſum, tradit Guillerm. Benedictus in *c.Raynutius, verb.in eo teſt.relinquens, num.* 199. Cæuallos *Pract. quæſt. commun. contra commun. tom.* 3. *quæſt.* 762. *num.*187. Chaſſanæus in *Catalog. glor. mundi, part.* 5. *conſid.* 42. *verſ. fuit etiam iudicatum.*

12. Quin imo ſiue fuerint feminæ, ſiue mares ex fœminis, iure illorum Regnorum, Caſtellæ, Legionis, Aragoniæ, Nauarræ, Portugalliæ, nullo ex deſcendentibus maſculis ſuperſtite, vt proximiores gradu erant, in eis Regnis ſucceſſerunt, vt verbis referam Cabotij *d.lib.1.c.14.*

13. Porro ſuper & intellectu & ſententia Legis Taurinæ, diſſeruimus libro præcedenti, *cap.21.*

Capvt X.

De Luſitanorum Regum ſucceſſione & iure primogenitura.

1 Portugalliæ Regnum inde ab initio ſemper fuiſſe ſucceſſiuum & hereditarium, tradit Cabotius *Var.diſput.lib.1.c.* 10 Franc Verona in *Apolog.pro Societate Ieſu in Gallia part.2. c.9.* Hieronym. Coneſtagius *de Portugall & Caſtilia coniunct.lib.*1. Ioan. à Chokier in *Theſaur.polític.aphoriſm.lib.1. c.* 2. & quidem vt, qui proximior gradu erat, in eo ſucceſſerit; Cabotius *d.lib.1.cap.14.* 2. Pa-

Digitized by Google

2. Patruum autem eſſe proximiorem nepote extra controuerſiam eſt.& ideo in Portugallia pro patruo eſſe iudicandum, ſuperioris libri *cap.22.*ex ipſis Regni Ordinationibus demonſtrauimus : quæ ſane Ordinationes quin potiores eſſe debeant neſcimus quibus ſententijs ex Gama indicatis,quis adeo eſt legum fundamentalium imperitus vt neſciat? quum præſertim exſtet Regis Emanuelis decretum pro patruo, quod omnibus aliorum iudiciorum ſententijs auctoritatem præſtringit,vt videre eſt apud Eman. à Coſta in *tract. de patruo & nepote num 12. verſ.ſexto.* Aluar.Valaſcum *de Iure Emphyteut.q* 50 *in fin.* Molinam Ieſuitam *de Iuſt & iure tom.3.part.2.tr.2.diſp.630,verſ.comprobemus,*Franc.Veronam in *d. Apolog.cap 9.*

3. Nec obſtat exemplum ab Engelbrechto adductum: quia illud eſt in linea Regia primigenia directa: nos autẽ verſamur in caſu tranſuerſo. Huc exemplum referatur,ſi quod reperiri poteſt. Quod quia nequit,& pro noſtro caſu leges faciunt atq; obſeruant a,quin manum tandem porrigant aduerſarij,cauſa nulla amplius ſuperat.

4. Et fruſtra ſunt idem Engelbrecht *num.146.* & Beſoldus *Diſput. de Reg.ſucceſſ.lib.1.diſſert.12.num 7.& nu* 10 dum Philippi II. ſucceſſionem criminantur. Eum enim ratione ſolius proximitatis & ætatis niti voluiſſe, eaque prærogatiua cæteris prælatum, euincunt præter eos, quos adduximus, Molina in *Conſil. o pro Philipp.* Cæuallos *Pract. quæſtion.commun.contra commun.tom 3 quæſt.768 num.192.& ſeqq.*Mariana *lib.1.de Rege & Regis inſtitut.cap.4.*Cabedus *Pract. obſeruat.p.2.deciſ. 7.num.2* Maſtrillus in *addit.ad Milanenſem part 5.q.1* Gama *deciſ. Luſitan.deciſ.*174.Em à Coſta in *tract.de patruo & nepote.part.3. in princ.* Valaſcus *de iure emphyteut.quæſt.50.nu 2 & num* 10. Molina Ieſuita *de iuſt. & iure tom,3.part.2. tract. 2. diſput 332. num. 2. & ſeq.* & elegantiſſime ad quæſtionem noſtram decernendam, *num. vlt. verſ. interrogatis. quid in linea collaterali circa ſucceſſionem* &c. Marta Neapolit. *de iuriſdict. part.1. cap 26.num.*108. An ſatis idonei vobis hi teſtes,qui audiantur & ſuſpiciantur? à quibus ſane nihil prorſus diſcrepat Coneſtagius: nec magis diſſentit Alexander Raudenſis, quorum vterq; maximam hanc proximitatis & ætatis iure ſuo faciunt maximi,licet alias quaſdam rationes more ſolito coniungant. Sed Dn. Engelbrechtus pro eo facit,qui ex quotidiana forenſi exercitatione non poteſt ſibi temperare, quin grauibus etiam in rebus cauilletur.

5. Omnes

5 *Omnes Iureconſultos* quum dicimus, pleroſque omnes intelligimus: quod nomen ita vſurpauere veteres Græci Latinique: vel πολλοὺς ſiue plurimos, vt verbum hoc *omnes* contra ſimiiem cauillum interpretatur magnus ille Cuiacius in *præſcript. pro Monlucio aduerſus Zach. Furneſterum num.* 6. & iam olim B. Paſchaſius Diaconus Roman. *lib.* 1. *de Spiritu ſancto*, *in præfat.* quum dixiſſet, Arrium atque Macedonium fuiſſe ab omnibus Epiſcopis in Concilio damnatos, ſubijcit: *Nam etſi ex hoc numero paucorum fragilitas declinauit, vniuerſalis tamen numeri myſterium non reſoluit.* Eſſe autem Atticiſmum, docent Grammatici, Æl. Donatus in *Terent. Andr.* Priſcianus *lib.* 18. Georg. Fabricius *Annotat.* & Mart. Hayneccius *Explicationib. in Terent. And. act.* 1. *ſc.* 1. Sed quid hæc ad cauſidicum forenſem? qui omnibus iſtis opponit Oſaſcum, Amadeum à Ponte, & Cacheranum Præſidem pro Sabaudo conſulentes, &c. ac ſi nos Diſcurſui exoterico opponeremus Arnoldum, Gerſtenbergerum & Engelbrechtum Conſiliarium Hallenſem pro Aldenburgio conſcripſiſſe: quia Octauianus Cacheranus Oſaſcus Præſes vnum & idem eſt, vt Arnoldus Engelbrechtus Conſiliarius. Sed pergamus.

Capvt XI.

De Francorum Regum ac Principum ſucceſſione & iure primogenituræ.

1. FRancorum Regnum fuiſſe ſemper atq; ab omni ætate, etiam in prima & ſecunda Regum ſtirpe, ſucceſſiuum ac hæreditarium, tradunt cum veteres auctores, Trithemius Abbas ex Waſthaldo, Clodomiro & Hunibaldo, in *Compendio Annal. Fancor.* Agathias *lib.* 1. *de bello Gothor.* Anaſtaſius Bibliothecarius ſeu potius Landulphus Sagax in *Hiſt. miſcell.* Ioan. Cedrenus in *Annalib.* Notgerus Epiſcopus Leodienſis in *Vita S. Landoaldi*, Sigebertus Gemblacenſis in *Chronolog.* Æneas Syluius in *Orat. ad Principes Imperij de clade Conſtantinopol. & bello contra Turcas congreg.* tum recentes rerum Francicarum hiſtoriographi, Bernardus Girardus du Haillan *lib.* 1. *de l' Hiſtoire de France*, Claud. Fauchetus I C. *de orig. dignit. & magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 2. Claud.

Pratus I C. in *Breuiar. de fideli & vera orig. ac geneal. Fraco.* Matth. Zampinus I C. in *lib. de orig. & atauis Hugonis Capeti*, Ant. Matharellus in *Antifrancogallia cap. 6. & ſeqq.* Papir. Maſſonus in *Reſponſ. ad Matagonem de Matagonibus pag. 6.* Carolus Flauignius Eques Gallus in *lib. de Regib. Francor.* Steph. Paſchaſius I C. *lib. 2. des Recherches de France cap. 16. & lib. 4. cap. 18* Iohan. Bodinus *de Republ. lib. 6. cap. 5.* Andr. Fauynus I C. in *Hiſtor. Nauarræ lib. 7. fol. 404. & ſeq.* Hierony. Bignonius in *lib. de excellentia Regum & Regni Francorum fol. 265. & ſeqq. & fol. 303. & ſeq.* Cabot. *var. iuris diſputat. lib. 1. cap. 9. cap 11. & cap. 13.* Beſoldus *Diſputat. nomicopolitic. de ſucceſſ. Reg. lib. 2. diſſert. 1. num. 9.* E. D. L. in *Apolog. Catholic. cap. 1. num. 7. & ſeq.* Io. Guliel. Stuckius in *Heluetiæ gratulat. ad Galliam, num. 57.* Steph. Clauerius in *Notis ad Claudian. lib. 1. de laud. Stilicon.* Ioan. Iſacius in *Itinerar. Galliæ Narbonenſ. in append. fol. 123. fol. 128 & ſeqq. & fol. 131.* Ioann. Serranus in *Inuentario general. hiſt. Franc. tom. 1. anno 424. fol. 32.* Arniſæus *de Republ. lib. 2. cap. 2. ſect. 3. num. 46. in fin. & numero 54. & ſeqq. num. 106. cap. 6. ſect. 5. num. 7. n. 16.* Ioan. à Chokier in *Theſaur. politic. aphoriſm. lib. 1. cap. 2. exempl. 5.* Andreas Villaderius S. Imperij Prælatus & Abbas S. Arnulphi apud Metim, in *Auguſta Baſilica Abbatia S. Arnulphi per tot.*

2. Theophanes in Hiſtor. quam Miſcellæ ſuæ Landulphus Sagax inſeruit; *Genti Francorum moris eſt Domnum* (id eſt, Regem) *ſecundum genus principari.* ait, *ſecundum genus*, quod Agathias & Cedrenus κατὰ γένος, in Aur. Bulla, *ſecundum lineam paternalem.* Quod hiſce verbis expreſſit Carolus Caluus Imperator & Rex Francorum in proclamatione ſua contra Wenilonem Archiepiſcopum Senonenſem, cap. 1. *Quia ſicut dicit S. Gregorius, & ex conſuetudine olitana* (id eſt, antiqua) *cognoſcitis, in Francorum Regno Reges ex genere prodeunt, mihi à Domno & genitore meo pia memoria Ludouico Auguſto pars Regni inter fratres meos Reges diuina diſpoſitione eſt tradita*, &c. Exſtat hæc proclamatio in *Decretis Synodi Tullenſis ſiue Saponariaſenſis anno* DCCCLIX. Eſt autem is Gregorius Turonenſis Archiepiſcopus, quem vide *lib. 2. Hiſt. Franc. cap. 9. & ſeq.*

3. Hinc ergo petenda eſt explicatio illius, quod alicubi legitur, à Francis Reges eſſe creatos, electos, ſtatutos, eleuatos, ſublimatos, conſtitutos, &c. Eligi enim Reges conſueuerunt, ſed *de prima & nobi-*

nobiliori ſuorum familia, vt ait Turonenſis *dict.capit. 9.* id eſt, ex ſtirpe Regia; Beſold. in *prodrom. Diſputat. nomicopolit. numero 14. & libro 2. diſſ.1. numero 9* ſcilicet Merouingia; Einhardus in *Geſtis Caroli Magni in princip.* & quidem ordine ſucceſſiuo, vt verbi gratia filius, frater, aut conſanguineus Regis ſuccederet iure paterno & procerum confirmatione; Cabotius *lib.1.Var.iuris diſputat. cap. 13.* per totum. Quod & de Sueciæ regno prodit Olaus Magnus *Hiſt.Septentr.lib.8.c.1.*&olim tēpore Taciti Germanos obſeruaſſe, notat Claud.Fauchet⁹ in *tr.de orig. dignit.& magiſtrat c.1.*Beſoldus *d. n. 9.* & nos ſupra docuimus *lib.2.c 17.*

4. Nihil ergo agit Engelbrechtus, dum contra aſſerit Regnum Francorum ſuffragijs delatum fuiſſe, motus formulis illis ab Turonenſi, Aimonio, Sigiberto, Adone Viennenſi, Vrſpergenſi, vſurpatis, quas refert Cabotius *dict. cap. 13.* vnde auctorum iſtorum allegationes Engelbrecht. transſcripſit. patet enim ab ſe non fuiſſe inſpectos. Nec aliud eidem reſponſum reddimus, quam ipſius Cabotij: non eſſe ſcilicet abſurdum, vt quamuis Regnum Francorum hæreditarium fuerit, Procerum tamen vel populi ſuffragijs quandoque ſucceſſio hereditaria approbata ſit. Cuius rei confirmationem vide apud ipſum Cabotium *dict.cap.3.fol.76.* & Arniſæum *de Republ. libro 2. cap.2.ſect 3.numero 54.& ſeq.* Nam vt Regnum aliquod electiuum habeatur, oportet vt qui eligunt, libera habeant ſuffragia, non ad certum hominem eligendum & creandum aſtricta. Quemadmodum etiam Regna, quæ ſuffragijs deferuntur, non propterea hereditaria cenſentur, quod in nis ſæpe filij parentibus ſuccedant, & prærogatiuam aliquam pro tempore & publica neceſſitate habeant, vt in noſtro Imperio Domus Auſtriaca; quoniam non ex vi ſucceſſionis, ſed ex vi electionis ad Regna paterna admittuntur: ita è contrario in Regnis hæreditarijs, ſi mos ſit populum aſſentiri, acclamare ſucceſſioni Regum, conſtituere illos, eligere, ſublimare in Regna, non propterea Regnum ſuffragijs obuenit, ſed ſucceſſione, quā approbant ſuffragia: vt ita electio nihil aliud fuerit, quā approbatio & conſenſus; Arniſæus *de Republ.lib. 2. cap. 2. ſect. 3. num. 56. & cap.6 ſect.5. numero 34.* nam etſi eam improbarent, nihilominus ſucceſſione Regnum deberetur, vt ſentit Cabotius *d.c.13.* Cuius rei præclarum exſtat documentum apud Guilh.Camdenum in *Britannia*, in deſcriptione Glocestriæ fol.260.

Digitized by Google

vbi loquitur de ſucceſſione Richardi IV. Regis: *Ipſum in Regem vno omnium conſenſu libentes lubenteſq; elegerunt, precibuſq; & lachrymis proſtrati eius fidem implorantes obteſtati ſunt, vt Regna Angliæ, Franciæ & Hiberniam, ipſi iure hereditario & ipſorum electione delata aſſumeret &c.* Et de Iudæorum Regno ſcribit Gramaye in Aſia ſiue hiſt. vniuerſ. Aſiat. in analect. antiquit. Iudaic ſect. 9. inquiens; *in tribu Iuda per ſucceſſionem deuoluebatur regnum: populi interim ſuffragia etiam rogata.* Et de primis illis Romanorum Regibus Biſciola *lib. 3. Horar. ſubſeciu. cap.* 17. & Anton. Clarus Syluius *en la Defenſe des puiſſances de la terre cap. 2. fol.* 111. *in fin. & fol. ſeq.* affirmant, non ſatis fuiſſe ad Regnum, ſobolem fuiſſe Regis, niſi Senatus populique ſuffragia habuiſſet. Denique Iuo Carnotenſis Epiſcopus in Apolog. de Carolo Groſſo Rege Franciæ: *Communi conſenſu Epiſcoporum ac Procerum iam pridem ipſum electum, & tamen hereditario iure Regnum adiiſſe.*

5. De Cambræ Reginæ lege ſucceſſoria non ducam contentionis funem cum D. Engelbrechto: licet eam vt veram comprobet Matth. Zampinus I C. in *lib. de Orig. & atauis Hugonis Capeti fol.* 33. & Franc. Hotomanus vt non fictam in teſtimonium citet, tam ſub nomine Nicodemi Turlupini in *Monitoriali ad Renat. Choppinum*, quam ſub nomine Matagonis de Matagonibus in *libellis contra Matharellum & Maſſonum.* Et Hunibaldi hiſtoriam pro authentica allegant viri multo doctiſſimi & clariſſimi, quorum iudicium nuper ſecutus eſt Victor Tuartius I C. in *Apolog. pro Francogallis fol.* 8. & 16.

6. Ecquam vero, mi Engelbrechte, fidem hiſtoriæ deſideras in Theodibaldi ſucceſſione? Sed vt detegatur ἀνιστορησία, proponam ſchematiſmum cum ipſius ſtemmatis ἐκφράσει hiſtorica.

Id eſt huiusmodi.

Clodo-

Clodouæus I. Rex Auguſtus ✠ 514.

Theodoricus Rex Auſtraſiæ † 537.	Childebertus I. Rex Pariſienſis, † 557	Clotharius I. Rex Succeſſionum † 565	Clodomirus Rex Aurelianenſis † 521.	
Theodebertus Rex † 548	Charibertus Rex Pariſienſis, † 573.	Sigebertus Rex Auſtraſiæ † 577	Guntrannus Rex Aurelianenſis † 593	Chilpericus Rex Sueſſionum.
Theodibaldus Rex † 555.		Childebertus II. Rex Auſtraſiæ, † 589		Clotharius II. Rex Francorum † 631.

Quod Schema in hunc modum proponunt Gregorius Turonenſis *hiſt. Franc. lib. 3. cap. 1.* Aimoinus *de geſt. Franc. lib. 2. cap. 1.* Iuo Carnotenſis in *Chronic. de Regib. Franc.* Incertus Auctor in *Geſtis Franc. epitomatis cap. 19. & ſeqq.* Fredegarius Scholaſticus in *Excerpt. Chronic. Greg. Turon. cap. 30. & ſeqq.* Michael Ritius *lib. 1. de Regib. Franc.* Chriſtophorus Brovverus in *Indice Chronolog. in Venantij Fortunati opuſcula*, Zampinus in *d. lib. de orig. Capeti* &c. quos ſequuntur Henninges in *Genealog.* & Elias Reuſnerus in *Baſilic. genealog.* niſi quod Childebertum faciunt primogenitum, qui fuit ſecundogenitus. Primus enim filiorum Clodouæi Theodericus exiſtit, vt veriſſime obſeruauit clariſſimus Cl. Pratus IC. & conſiliarius Regius, & Franc. Guillimannus harum rerum ſolertiſſimus indagator, vt iam dicturi ſumus. Quem Guillimannum cur ad opinationem ſuam confirmãdam adducat Engelbrechtus, equidem fatemur ingenue nos ignorare. Et ambabus vlnis amplectimur, quod eidem Engelbrechto veritas extorſit, vt fateretur, Childebertum ſeniorem fratrem oppoſuiſſe ſe teſtamento pronepotis Theodibaldi, quo Clotharium iuniorem heredem inſtituerat. Hoc enim

Digitized by Google

eſt, quod inter dimus, nempe ætatis eſſe debere primã ac præcipuam rationem inter collaterales. Guntrannum vero Childeberto, Sigiberti primogeniti filio, ſuperiorem fuiſſe in Regni Francorum adeptione, ſcribit Bodinus *de Republ. lib. 6. c. 5. n. 732.*

6. In ſecunda Regum familia Carolingia non minus Regnum Francorum iure hereditario delatum fuiſſe, quam in prima, docet inuictis adhuc ab Engelbrechto argumentis vir magnæ doctrinæ, magnique iudicii Vinc. Cabotius *d. lib. 1. Var. iuris diſputat. cap. 13. fol. 79. & ſeqq.* & Arniſæus *de Republ. lib. 2. cap. 2. n. 106. & cap. 6. per tot.* Nec obſtat quod vel in generali conuentu Regni Principes de Regnis ſuis diſpoſuerint, & Regnum inter filios ſuos partiti fuerint, vel teſtamenta ſua, partitiones, diſpoſitiones, iuramentis Optimatum confirmauerint, quod tantopere vrget Engelbrechtus, erudite refellit Cabotius, cuius rationes operæ pretium eſt conſulere. Docet enim hæc nullum argumentum præbere electionis in Regno; quoniam & in Regnis hereditariis ſæpiſſime vſurpata ſint.

7. Regerit Engelbrechtus Sigibertum ſcribentem, Francos Regis filium excluſiſſe, & alterum elegiſſe. Quid ſi nunc Saxones Electoris filium excludant, & alterum eligant, num tu ex eorum facto concludere voles, Electoratum Saxoniæ eſſe electiuum? abſit vt te tantæ iniuſtitiæ patronum audiamus. Tyrannus ergo fuerit oportet, qui à Francis de facto contra ius hereditariæ ſucceſſionis fuit intruſus, & pro tali eum habeat Cabotius, homo Francus *d. cap. 13. fol. 83.* quamuis mitius ad hanc obiectionẽ reſpondeant Serranus toties ab Engelbrecht. laudatus ſcriptor in *Inuentar. gener. hiſt. Franc. tom. 1. anno 427. fol. 36.* & Arniſæus *de Republ. lib. 2. cap. 2. ſect. 3. n. 47.*

8. Idem cum Carolo Simplice Rege contigiſſe eodem loco demonſtratur. Vt veriſſimum ſit, quod ſcribit Paulus Æmilius lib. 3 Hiſt. Franc. *Inter tot rerum fluctus, qui poſt mortem Balbi, vſque ad Simplicis obitum, rerum apud Francos potiti ſunt, nulli eorũm iuſti Reges apud Francos memorantur, quod is vnus ad regnum iure inſtitutisque Francorum vocaretur.* Et ex illis, quæ rebelles & coniurati populi vel Proceres in Reges ſuos egerint, abſurdum eſt, maxime de Regnorum iure, coniecturas capere; quod facit Engelbrechtus, qui Regnum Francorum electione

electione in prima & ſecunda Regum familia delatum eſſe dicit; Cabotius *d. cap. 13. f. 84*, .

9. Magnam vim facit Engelbrechtus in diuiſione ac partitione Regnorum, in qua nullum eſſe potuerit ius primogenituræ. Immo fuit, & quidem tale, vt primogenito ex Regis filiis prima ſedes, auctoritas quædam & obſeruantia deberetur; Ioan. Serranus in *Inuentar. general. hiſt. Franc. tom. 1. fol. 76. & 78.* Betſius *de pact. fam. illuſtr. cap. 7. fol. 319* Freherus in *Notis ad Sigiſmundi Imp. Bullam, fol.* 144. Et prima quidem illa ſedes obſeruatur fuiſſe Franciæ Regnum orientale in Germania (quod Scriptores nunc *Auſtrale*, aliquando *Auſtriam*, interim etiam *Auſtraſiam* vocare ſolent) & ſeniori ac primogenito, ceu verũ & originale patrimonium, per diuiſionem aſſignari ſolitum; cætera, Galliam, Burgundiam, Aquitaniam, Italiam, ceu acquiſita, reliquis fratribus; idem Freherus *d. loco*, vbi nos remittit ad ſuam *Gallo-Franciam*. Sic Theoderico Clodouæi Auguſti primogenito (vt aſſerunt Cl. Pratus in *Breuiario de orig. & genealog. Franc. fol. 120. b.* & Guillimannus *de Reb. Heluet. lib. 2 cap. 12.*) Auſtraſia fuit adiudicata, qui apud Mediomatrices ſedem poſuit Regni. Quo pacto capiendum eſt, quod ſcribit Aimonius lib. 4 Hiſt. Franc. cap. 27. *Vnde Rex Dagobertus, ſuggerentibus his, qui vtilitati Regni conſulere videbantur, æqua lance inter duos filios Regnum diuidere ſtatuit. Sigebertum itaque ſeniorem ex liberis Auſtriæ Regem inſtituit: Clodouæum vero minorem natu pari dignitate Neuſtriæ & Burgundiæ præfecit.* Sic Caroli Martelli filiorum primogenitus Carolomannus Auſtriam, Pipinus Neuſtriam: Pipini filiorum primigenitus Carolomannus II. Auſtriam, Carolus, cui ex rebus geſtis Magno cognomen, Neuſtriam: Caroli Magni primogenitus Carolus Auſtriam, Pipinus Italiam, Ludouicus Aquitaniam regendas acceperunt. Sic denique Ludouici Pii primogenitus Lotharius Imperium Romanum cum Auſtria, Ludouicus ſecundogenitus Bauariam cum Pannonia & Slauicis Regnis, Pipinus Aquitaniam, & Carolus Neuſtriam aſſumpſerunt.

10. Obiicit rurſum Engelbrechtus Caroli Magni teſtamentũ, vt omnẽ cramben penitus recoquat. Etenim illa ipſa de Regnis ſuis Caroli Magni diſpoſitio, & ꝙ iubet filiis, vt permittant filios fratrum ſuorum regnare, ſatis indicant magis in arbitrio fuiſſe decedẽtis, quã in arbitrio

populi

populi, quem vellet eligere; Cabotius *d. cap.* 13. *fol.* 85. quod certe, ſi ius eligendi penes Ordines fuiſſet, facere ipſi non licuiſſet; Arniſæus *de Republ. lib.* 2. *cap.* 2. *ſect.* 3. *num.* 53. *& cap.* 6. *ſect.* 5. *num.* 7. *nu.* 16. Sic Einhardus in *geſtis Caroli M.* & Cunradus Vrspergenſis ſiue potius Anonymus Svvartzachenſis Abbas, in *Chronic.* tradunt, Carolum M. pietatis ſuæ præcipuum documentum oſtendiſſe, quod filio Pipino defuncto, vt nepos Bernardus Patri ſuo ſuccederet, effeciſſet. Et mortuo Pipino Ludouici Pij filio, relicto altero Pipino filio, hic nepos nō ſucceſſit in Aquitania, quæ patri obtigerat, etſi Aquitani eum ſibi Regem optarent, quod, vt auctor eſt Gaguinus *lib.* 4. *de geſt. Franc.* in partitione Regni facta à Ludouico Pio inter filios, nulla fuiſſet eius ratio habita.

11. Cauillatur deinde Engelbrechtus in vitio Typographico, vbi 803. ſcriptum eſt, ἀντὶ τοῦ 813. quod ſophiſma ex ἐλεγχιζόντων tramite eſt petitum, non ex mente auctoris, qui Diſcurſum exotericum inſtituit. Vbi autem exſtet illud Decretum Imperiale pro iure Ludouici patrui aduerſus Bernhardum nepotem ex fratre Pipino prius genito, iam dudum demonſtrauit Goldaſtus in *Rationali conſtitut. Imperial. fol.* 17. Et huius decreti expreſſam mentionem faciunt Stephan Forcatulus *de Gallor. imperio & Philoſoph. lib.* 3. Matth. Zampinus in *tract. de ſucceſſ. prærogatiua primi Principis Franciæ*, Car. Flauignius in *lib. de Regibus Francor. fol.* 295. Iuſtus Lipſius in *Monit. polit. cap.* 4. *monit.* 2. *exemp.* 1. vbi ait, Bernardum ius ſibi à patre Pipino primogenito acquiſitum, vindicaſſe contra patruum: ſed hunc viciſſe: Hieronym. à Cæuallos *Practic. quæſt. commun. contra commu. tom.* 3. *q.* 762. *num.* 187. Ant. Theſaurus *Quæſt. pract. q.* 34. *num.* 32. vbi dicunt iudicatum fuiſſe pro Ludouico contra Bernardum: Canaius Fraxineus in *Reſponſ. ad tract. Zampini, num.* 44. vbi vocat iudicium aui Ordinum conſenſu & Pontificia auctoritate confirmatum. A quibus minime abeunt, quæ ſuper eadem patrui ſucceſſione memoriæ tradiderunt Stephan. Paſchaſius *lib.* 4. *des Recherdes de France cap.* 18. Bodinus *de Republ. lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 731. Betſius *de pact. famil. illuſtr. fol.* 333. Arniſæus *Politic. lib.* 1. *cap.* 9. *fol.* 220. & de Republ. *lib.* 2. *cap* 2. *ſect.* 10. *num.* 19. *num.* 22. Petrus Gregorius Tholoſanus *de Republ. lib.* 7. *c.* 10. *n.* 18. Beſoldus *Diſputat. de ſucceſſ. Reg. lib.* 1. *diſſert.* 7. *n.* 5.

At for-

12. At fortaſſis id Ludouico patruo contigit per electionem, quia Imperium Romanum fuit electiuum, licet Regna Francica fuerint ſucceſſiua. Quæ inſtantia & ipſa iampridem exploſa eſt à Cabotio *d. lib. 1. Diſputat. Iuris cap. 8. & 10. & 13.* Goldaſto in *d. Rationali*, & in *Replicat. pro ſacro Rom. Imperio. cap. 18 & cap. 26.* Arniſæo lib. 2 de Republ. cap. 2. ſect 3. & c p. 6. ſect 5. Quibus nunc addas licet hæc teſtimonia. Albertus Krantzius Canonicus Hamburgenſis *lib. 3. Saxoniæ. cap. 4.* tractans de Conrado Franco, qui excluſo fratre Eberhardo Alſatiæ Lantgrauio, Henricum Saxoniæ Ducem in Imperatorem adoptauerat, ita ſcribit: *Congregati Principes Franciæ Orientalis, Turingiæ & Saxoniæ in Frislariam, elegerunt concorditer eundem Henricum. Quanquam diſpoſitio de Regno non tam erat in arbitrio eligentium, quam in arbitrio decedentis. Nã abunde CAROLVS MAGNVS PATER FILIO RELIQVIT IMPERIVM, niſi quod aliquoties propter ignauiam ſuccedentes interpoſuerunt Principes Ordinationi. Tum vero etſi Conradus deceſſor de Henrico ſucceſſuro ordinaſſet, ex abundanti tamen (vt diximus) hunc fecere conuentum, vt omnium voluntate regnaret.* Quem locum etiam adducunt Cabotius Bodinus & Arniſæus.

13. Etſi Imperium Romano-Francicum non fuit ſucceſſiuum, quo pacto (ſodes) id ſemper primogenito potuiſſet aut deberi aut obuenire? Canaius à Fraxinis in *Reſponſ. ad Zampin. de prærogat. Primi Princip. Franc. n 44* Arniſæus *de Republ. lib 2. cap. 2. ſect. 2. n. 10* Quod tamen conſtantiſſimus omnium eius ætatis ſcriptorum tradit conſenſus. Ludouicus Pius Imperator, Caroli M filius & heres, quum faceret Aquisgrani, menſe Iulio, anno DCCCXVII. in comitiis generalib. partitionem inter filios ex priore matrimonio genitos, conſtituit duos poſtgenitos Reges, Ludouicum Bauariæ, & Pipinum Aquitaniæ, cum hac conditione, vt recognoſcerent Regna ſua à Lothario Imperatore fratre primogenito: Theganus *de geſt. Ludovvici Imp. cap. 21.* Tilletus *tom. 1. cap. de meſſeigneurs fils de France, leurs appenages & bienfaicts.* Betſius *de pact. famil. illuſtr. fol. 333.* Quod Decretum quum Imperator poſtea, in gratiam coniugis ſecundæ, mutare ac reſcindere præſumpſiſſet, fecit vt plerique ab eo Ordines, tam ſacri quam profani, defecerint, vt videre eſt in *epiſtola* Agobardi Archiepiſcopi Lugdunenſis, qui comitijs illis Aquisgranenſibus interfuit, & decretum ſupra dictum ſacra-

cramento & manu ſua pro more hodieque vſitato firmauit. In ea autẽ epiſtola quæ exſtat in *eius operibus*, & in Goldaſti *S. Rom. Imperij Monarchia tom. 1. fol* 1. acriter increpat Ludouicum Imperatorem, quod vxorijs delinitus illecebris, quæ vt filium ſuum promoueret, in priuignos ſolenni nouercali odio iniquior erat, primigenito filio ius ſibi ſuum iret imminutum, in magnam totius Imperij Francici perniciem & certiſſimam ruinam. Qua in re minime falſus fuit Princeps prudens & animi præſagi. Nihilominus tamen Imperium Romanum penes Lotharium primogenitum eiusque filium remanſit. Quo ſine liberis decedente, ſucceſſit Ludouicus patruus Rex Germaniæ, vt agnatus proximior & ſenior, quemadmodum docuit Goldaſtus in *d. Replic. pro S. Rom. Imp. cap.* 26.

14. Verum vt rem ipſam auctorem demus, ſcribit Hincmarus Archiepiſcopus Rhemenſis, primarius tũ Imperij Princeps, & maximæ apud Imperatorem Lotharium auctoritatis, epiſt. 1. cap. 4 editionis Buſæanæ: *Qui cum Hlothario erant, immiſerunt illum in hoc, vt fratres ſuos exhæredaret, & Regni Primores, qui cum illis erant, annullaret, quoniam ipſe primogenitus, & in nomine Imperatoris erat. Illi autem, qui erant cum Karolo & Hludouico, dicebant, quia ſeniores illorum* (ſc. Carolus & Ludouicus Reges) *Hludarij fratres erant, & quia ſacramento Regnum inter illos diuiſum fuerat, & illi nec genere nec poteſtate inferiores erant, & ideo non ſe contra illos concederent.* Rhegino Abbas Prumienſis in Chronic. anno DCCCXLII. *Porro Lotharius, qui & maior natu erat, & Imperator appellabatur, medius inter vtrosque incedens, Regnum ſortitus eſt quod hactenus ex eius vocabulo Lotharingia nuncupatur* &c. Marianus Scotus Monachus Moguntinus in Chronic. *Tres fratres, Lotharius, Carolus & Ludouicus, Regnum Francorum inter ſe diuiſerunt*, &c. *Lotharius vero primogenitus & Imperator, medium inter vtrosq; regnum tenuit, totamque Prouinciam & omnia Regna Italiæ cum ipſa Roma obtinuit.* Sigebertus Gemblacenſis in Chronic. *Lotharius, qui maior natu erat, & Imperator appellabatur, omnia Italiæ Regna tenuit cum ipſa Roma, nec non & Prouinciam, & mediam partem Franciæ inter Scaldim & Rhenum.* &c.

15. Ad Arnulphum quoque iure hereditario Imperium peruenisse, patruo ob ignauiam & mentis inopiam expulſo, teſtatur Aſſer Meneuenſis, qui illis temporibus vixit in Anglia Epiſcopus Schyreburnenſis,

rienſis, Regis Atfredi Conſiliarius, & ad Germanos atque adeo ipſum Arnulphum Cæſarem Legatus, ſcribens in lib. de Geſtis Ælfredi Anglo-Saxonum Regis fol. 16 *Anno DCCCLXXXVII. Karlus Francorum Rex viam vniuerſitatis adijt. Sed Arnulfus filius fratris ſui, ſexta, antequam defunctus eſſet, hebdomada illum Regno expulerat. quo ſtatim defuncto, quinque Reges ordinati ſunt, & Regnum in quinque partibus conciſſum, ſed tamen principalis ſedes Regni ad Arnulphum iuſte & merito prouenit, niſi ſolummodo quod in patruum ſuum indigne peccauit. Cæteri quoque quatuor Reges fidelitatem & obedientiam Arnulfo, ſicut dignum erat, promiſerunt. Nullus enim illorum quatuor Regum hereditarius illius Regni erat in paterna parte, niſi Arnulfus ſolus. Quinque itaque Reges confeſtim Karlo moriente ordinati ſunt: ſed Imperium penes Arnulfum remanſit. Talis ergo illius Regni diuiſio fuit. Nam Arnulfus Orientales partes Hreni fluminis; Hrothulfus quoque internam partem Regni accepit; Odo etiam Occidentale Regnum; Berengarius & Wido Longobardiam, nec non & illas regiones, quæ in illa parte montis ſunt. nec tamen tanta & talia Regna inter ſe pacifice ſeruauerunt, &c.* Cui concinit Ethelwerdus, atnepos Edelberti Regis Anglorum, Chronic. lib. 4. cap. 3. inquiens: *Anno DCCCLXXXVII. obiit Karulus Rex Francorum: Arnulfus quoque ſucceſſit fratruellus eius in Regnum hebdomadas ſeptem ante obitum patrui ſui. Tum partitur Regnum in quinque, Regesque totidem facti in eodem; attamen permiſſu fiunt Arnulfi cuncta, nec non promittunt ſe eſſe eius ſub manu hominiumque iurantes, ideo, quoniam non eſſent, ſicuti ipſe, ſulco de paterno nullus eorum. Habitauit que poſt functionem Regni in parte Orientali fluuii Hreni: Hrodulfus vero medias partes Regni, Oddo quoque Occidentalem partem, Berngar etiam & Wido Longobardorum Regnum obtinuere à diſcrimine Iouis montis.* Vtrumque ſecutus Rogerus Houedenus Annal. part. 1. fol. 420. ſcribit: *Karolus Rex Francorum ſexta hebdomada, poſtquam ab Arnulfo filio fratris ſui de regno fuerat expulſus, moritur. Quo defuncto Regnum in quinque diuiſum eſt. ſed principalior pars prouenit Arnulfo. cũ alii quatuor fidelitatẽ ſua ſtō te iurauerunt. quia nullus eorũ ex paterna progenie poterat eſſe heres legitimus, præter ſolum Arnulfum apud illum .n. remanſit Imperiũ. Talis aũt erat Regni diuiſio. Arnulfus obtinuit Regionẽ ad orientalẽ Rheni fluminis; Hrodulfus mediterraneũ regnũ: Odo occidentale; Berngarius & Wido Longobardiã &c.* Ex quorũ verbis liqueſcit, Arnulpho *ex paterna progenie* ſiue *de ſulco paterno*,

quod Imperator in Aurea Bulla dicit *ſecundum lineam paternalem*, Imperij Romano-Francici hereditatem legitime obtigiſſe; cæteros vero Reges Francicos ſiue Germanicos ab eius nutu dependiſſe, videlicet Rudolphum Burgundiæ, Vdonem Galliæ, Berengarium & Wodonem Italiæ incubatores, qui ex materno tantum ſtipite vel vxorio ius aliquod Regium in Francia poterant prætendere.

16. Sed ad Ludouicum Bernhardi patruum reuertamur. Cuius ſucceſſio nec lege caruit nec exẽplo. Etenim Guntramni ius legitimum aduerſus nepotem aſſeruerunt, præter Turonenſem Archiepiſcopum, E.D.L. in *Apologia Catholica cap. 4. n.* 40. Matth. Zampinus in *tract. de ſucceſſ. prærogatiua primi Principis Franciæ*, Andr. Fauynus in *Hiſt. Nauar. lib. 7. fol.* 404. vbi hoc exemplum pro cauſa patrui verificanda adducunt. Quin ante eum Clotharius Primus pater, excluſis nepotibus ex primogenito Childeberto prognatis, in Regnum ſucceſſiſſe traditur, ab Agathia coætaneo ſcriptore *lib. 1. de Bell. Goth.* & Fauyno *d. lib. 7. fol.* 403. Atque adeo ipſemet Carolus Magnus, qui pro filio Ludouico cõtra Bernhardum nepotem ſententiam tulit, ſubmotis ex fratre primogenito Carolomanno nepotibus Regnum occupauit; quod factũ pro patruo allegat Franciſc. Verona ſiue is Rob. Bellarmimus ſit, in *Apolog. pro Societat. Ieſu in Gall. part. 2. c. 9.*

17. Videntur autem niti decreto quod Childebertus Primus Rex Legi Salicæ addendum curauit, in qua conſtituitur, vt nepotis ratio habeatur tantum in d recta linea deſcendenti, non item in tranſuerſa. Sic enim ait Lex: *De illis nepotibus iſtud placuit obſeruari, qui de filio vel filia naſcuntur, non qui de fratre.* Num quid amplius deſideras, Engelbrechte, ad tuam ſiniſtroſam opinationem euertendam? cui ſuſtinẽdæ nullum fulcrum affert illa cauillatio, qua Guntramni ſucceſſionem eludere conaris. Non enim Auctor *Diſcurſus Exoterici* hoc exemplum protulit, vt Chariberti teſtamentum comprobaret, ſed vt Guntramni patrui teſtimonium pro eo iure, quod tum fuerit in praxi ſucceſſionis Regiæ cõtrarijs perſuaſionibus opponeret.

18. Et ſane nec in patrimonijs quidem Nobilium aliter obſeruatum fuiſſe ita manifeſte docet Cuiac. *li. 2 Feud. t. 9* vt mirari ſatis nequeã eius auctoritatem à Dn. Engelbrechto laudari. Quin in ipſa quoq; hæreditate; in qua nepotes à patruis repulſos fuiſſe, nemo niſi impudẽs & mali-

Digitized by Google

malignus ſit, negare audebit, vbi vel vnas Marculphi Monachi formulas pellegerit, quos ipſe iuſſu Landerici Epiſcopi Pariſienſis collegit & conſcripſit, Clodoueo II. Rege imperante, circiter annum Domini DCLX. præter propter. Inter eius namque formulas lib. 2. cap. 10. (quod eſt in editione Lindenbrogiana cap. 54.) auus, in locū filiorum nepotes inſtituturus, teſtatur in hæc verba: *Dum peccatis meis facientibus genitrix veſtra filia mea N. quod non optaueram, tempore naturæ ſuæ completo, ab hac luce diſceſſit; ego vero penſans conſanguinitatis cauſam, dum & per Legem* (ſc Salicam, vt recte notat Bignonius) *cum cæteris filijs meis, auunculis veſtris, in alode mea ad integrum ſuccedere minime poteratis, ideo per hanc epiſtolam* (id eſt, codicillos) *firmitatis volo, vt in omni alode mea poſt meum diſceſſum ſi mihi ſuperſtites fueritis, quidquid moriens dereliquero, ſicut ſupra dicta genitrix veſtra ſi mihi ſuperſtes fuiſſet, ita & vos cum auunculis veſtris ſuccedere debeatis.* Et ne quis hoc tantum in nepotibus ex filia iuris fuiſſe arbitretur, ſequitur in eandem mentem apud Lindebrogium formula de nepotibus ex filio, *cap. 55.* quod eſt inter Veteres formul. apud Bignonium *cap. 22.* vbi exſertim legitur, *quod genitor veſter nomine N. filius noſter &c.* Vtrinque, quod per Legem Salicam auus vetabatur, per Legem Romanam fecit, vt nepotes in locum patris ſui ſubſtitueret, quemadmodum eleganter notauit doctiſſimus Bignonius.

19. Iam quod attinet ad præiudicia Gallicana ab Engelbrechto in medium prolata, ſcire licet, (ſine iniuria tamen amiciſſimæ nobis & non modo agnatæ, ſed fraternæ & germanæ nationis) Conſiliarios Regni Gallicani rationem ſtatus fere potiorem habuiſſe ipſa Iuſtitia vel Lege aliqua publica. quam tantiſper ſeruare ſolent, dum vergit in commodum Regni. Cui vbi Lex obſtiterit, tum illud in promptu, quod vulgo dici amat, & nos dicere parcimus. Dixit tamen libere Polydorus Virgilius *lib. 19. Hiſt. Anglic. fol* 391 dixit liberius E.D.L in *Apologia Catholica*, quam ex profeſſo pro Henrico Nauarreno nepote contra Cardinalem Borbonium patruum inſtituit, *cap. 4 nu.* 43. vbi vterque Philippum Pulchrum eiusque Senatum Parlamentarium, prauitatis & iniuſtitiæ incuſant in terminis iſtis controuerſiæ inter patruum & nepotem. Exemplo ſit vel vnus Carolus Caluus filiorum Ludouici Pij Imperatoris natu minimus. Qui vt ſanctiſſimam illam Imperij Francici Monarchiā, à patre cum Ordinum Germaniæ, Galliæ, Italiæ,

Digitized by Google

Slauorum & Hunnorum conſenſu ac conſilio præclariſſime conſtitutam, primus violare & disiungere inſtitiſſet, nihil penſi in poſterum habere cæpit, modo per fas & nefas fratrum ſuorum Regna in poteſtatem ſuam redigeret. Initium fecit à Regno Lotharingiorum. Defuncto namque Lothario II Rege Auſtraſiæ, filio ſecundogenito Lotharij I. Imperatoris, intercepta eius metropoli & Regia ſede Mediomatrice, Ordines in fidem ſuam adegit, viuente adhuc fratre eius primogenito Ludouico II. Imperatore, viuente etiam Ludouico II. Rege Franco-Germanorum, fratre dicti Caroli Calui ætate maiori, *qui croyoient le droict d'aynesse heritage & succeſſion leur eſtre deu*, vt ſcribit Villaderius Abbas S. Arnolphi Metenſis, in *Auguſta baſilica Abbatiæ Regalis S. Arnulphi lib. 3 fol. 229* Mortuo item Pipino ipſius fratre, Rege Aquitaniæ ipſam Aquitaniam non ſine ſcelere inuaſit, quum adhuc ſuperſtites eſſent Pipinus & Carolus nepotes, eiusdem Pipini filij & hæredes legitimi: nec non & ſuperaret dictus Ludouicus II Rex Germaniæ, Pipini illius frater Germanus & binilateris, natu maior, quum Caluus eſſet & minor natu, & tantum vnilateris ſeu conſanguineus. Extincto ſimiliter Carolo altero nepote, Lotharij Imperatoris filio tertiogenito, Rege Prouinciæ & Burgundiæ, vtramque regionem de facto vſurpauit, reclamante licet fratre eius Ludouico II. Imperatore, & patruo iam memorato Ludouico itidem II. Rege Germaniæ ſeniore. Decedente denique Ludouico II. Imperatore nepote, idem Caluus in præiudicium ſæpedicti Ludouic II. Regis, patrui ſecundogeniti, Imperium Romanum ſimul cum Longobardia inuaſit. Nec poſſunt non tantas Calui caluas fraudes ipſi Galli homines vbique deteſtari, vt videre eſt in E. D. L. *Apolog. Catholic. cap. 2. num. 12. verſ. 22.* Nec tantam iniuſtitiam tulit impune. Nam à ſeniore tandem patruo fugatus ac pulſus Imperium ſimul cum vita amiſit, vt vel illis notum eſt qui vel primoribus labris hiſtorias guſtarunt.

20. Nec minor iniuria contigit Ioanni Montfortio Ducatus Britanniæ heredi proximo & legitimo. Qui licet, prioribus fratribus defunctis, receptus fuiſſet ab Ordinibus in Dominum ac Ducem, tamen Philippus V. Valeſius Rex, qui Ducatui inhiare videbatur, eundem adiudicauit nepti ex filio, eiusque marito Comiti Bleſenſi, contra non modo ius & fas publicum, ſed ipſam etiam Regni Legem,

per

Digitized by Google

per quam fœminæ, extantibus maſculis, à ſucceſſione Principatuum remouentur: vt in hac ipſa cauſa late & erudite diſputant Auctor *Somnij Viridarij*, qui vixit ætate Caroli VII. Regis, *lib. 1. cap. vlt.* & Stephan. Paſchaſius *lib. 4. des Recherches de France cap.* 18. vbi cauſam patrui defendens etiam contra Regis ſententiam & decretum Parlamentarium, concludit; *Car combien que pour complaire à vn Roy les hommes luy* (ſcil. Comiti Montfortio) *euſſent oſte ce, que iuſtement luy apparte noit ſelon les couſtumes de France. Dieu le luy conſerua & apres plusieurs querres demoura le Duche à luy & à ſa poſterite.* Sane iudicium Parlamenti corruptum contaminatumque fuiſſe, non diffitentur ipſi Galli homines, Auctor *Somnij Viridarij d. lib 1. cap. vlt.* Bernard. Girardus du Haillan *tom. 2. lib. 14. fol. 169.* Froiſſartus in *Hiſt. cap. 65. & cap. 71.* quos ſequitur Beſoldus *Diſputat. nomicopolit. lib. 1 diſſ. 12. num.* 13. Arniſæus *de Republ. lib. 2. cap 2. ſect. 3. num.* 141. Nec Carolus VII. Rex tuliſſe impune memoratur quod iniquam ſententiam renouare deſtinaſſet, quippe qui paulo poſt motum in Britannia bellum intoxicatus perijt, vt ſcribit Alanus Carterius, qui tum vixit, & ipſius Regis Secretarius fuit, in *Hiſt. de geſtis Caroli VII. Regis Franc.* Corruptus ergo ſit oportet, qui improbam corrupti iudicij pergit ſententiam defendere.

21. Et licet iuſtum incorruptumque fuiſſet Regis illius iudicium, eſt tamen vt ei opponamus iudicium Philippi Pulchri Regis pro amita ſecundogenita aduerſus nepotem ex primogenito. Namque Robertus Attrebatium Comes genuit ex ſe Philippum & Mathildem. Hæc nupſit Ottoni Burgundiæ Comiti: ille ante patris obitum vita exutus reliquit Robertum filium Exin Roberto Comite in pugna Curtracenſi cum Flandro facta, interfecto, Philippus Rex Attrebatium Comitatum Othoni Mathildis viro dedit, tametſi reclamante Roberto, hereditatem à Roberto auo paterno, & diuino & humano iure ſibi venire debere. Sed iudices Regij de re cõtrouerſa cognoſcentes, Regis iudiciũ ſecuti, ſecundum amitam Mathildem ſententiam tulerunt; vt ſcribit Polyd. Virgilius *lib 19. Hiſt. Anglic. f. 356.* Paul. Æmilius in *Philipp. Pulchro*, Bodinus *de Republ. lib. 6 c. 5. n.* 732. Serranus in *Inuentar. &c. anno* 1330.

22. Opponimus item iudicium Philippi Auguſti Regis pro patruo ſecundogenito cõtra neptẽ ex primogenito de Cãpaniæ Comitatu Palatino inter Henric. II. Theobaldi Comitis minorẽ filium, & eiuſdem

Comi-

Comitis, primogeniti filiam, Erardi de Brenno vxorem, controuerſo: Sententia Regis & Curiæ Parlamenti Pariū Franciæ, anno MCCXVI. Comitatus Henrico patruo adiudicatus eſt, repudiata primogenita filia: Godofred Ardoinus in *Hiſt. de expedit. in terram ſanct.* Petr. Pithœus in *Chronic. Comitum Campan. & Briæ.*

23. Iudicium pro Anhembaldi nepotis ſucceſſione in Comitatu Borboniæ nihil nobis obſtat, quia Anhembaldus pater fuit Dominus & actualis poſſeſſor eius Comitatus. Iure itaque ac merito remotus fuit patruus Hammo, vt remotior. Filius namque proximior patri heres eſt, quam frater. Non, inquam, agitur hic de ſucceſſione aui; ſed Hammo prætendebat, Comitatum Borboniæ, morte fratris primogeniti, vltimi videlicet poſſeſſoris, ad ſe eſſe deuolutum, vt ſecundogenitum & natu maximum in familia Borbonia: Sugerius Abbas S. Dionyſij, in *vita Ludouici Groſſi Regis fol.* 121. Girardus du Haillan *Hiſt. Franc. tom.* 1. *lib.* 7. *fol.* 627. editionis Sanct-Andreanæ; id eſt, *pretendant le Comte lui appartenir par le deces de ſon frere aisne, 'AVQVEL IL DEVOIT SVCCEDER en ſon ordre, comme puiusne de la maiſon*, vt habent verba formalia Serrani in *Inuentario gener. hiſt Franc. in Ludouico Groſſo Rege, anno* 1121 *fol.* 334. editionis Pariſienſis in forma octaua. Quæ verba ſi diligentius inſpexiſſet Dn. Engelbrechtus, parſurus fuerat haud dubie exſcribendi labori: quum ex hoc ipſo exemplo certiſſimum colligatur argumentum, iuris tum fuiſſe, vt patruus nepoti, proximitatis iure & ætatis, præferatur, ſi filius, viuente auo, deceſſiſſet. De hoc enim iure conſtiterat Hammoni patruo, licet id iniuſte ad ſuam intentionem colorandam accommodaret. Et ſane mirum eſt, hoc iudicium in omnibus Francorum hiſtorijs paſſiuum & proletanum, potuiſſe fugere Carolum VII Regem, aut eius Conſiliarium principem atque intimum, qui Regis ipſius iuſſu *Somnium viridarij* compoſuit, pro nepote fuiſſe contra patruum in contradictione obtentum. Id quod audacter negat ille, quem dixi, Conſiliarius Regius *lib* 1. *cap. vlt. circa fin.* vbi tractatur controuerſia illa Comitum Montfortij & Bleſenſis ſuper Ducatu Britanniæ, in hæc verba ſcribens: *Vbi dicitur, quod ſi primogenitus moriatur ſine hærede proprij corporis &c. Reſpondeo, quod ſecundum veritatem rationis & iuris, ſi aliquis primogenitus moriatur, antequam aliquod ius fuerit ſibi acquiſitum, perinde reputatur, ac ſi nunquam in rebus humanis fuerit, quia nullum*

nullum ius habebat in eo, quod tenebat viuens, nec in re, nec in ſpe, cum eſſet collateralis, prout eſt in noſtro caſu. Caſus iſte vertebatur inter neptem ex ſecundogenito & patruum tertiogenitum poſt obitum primogeniti ſine liberis defuncti. Sequitur deinde: *Ad conſuetudinem, quæ allegatur, quod filius vel filia primogeniti repræſentat patrem: Reſpondeo, quod dicta conſuetudo nunquam obtinuit in contradictorio iudicio.*

24. At quæſo te, Engelbrechte, cur non obiecisti nobis recentiorem ſententiam ſuper eiusdem Borboniæ Ducatus controuerſia. Quum enim de ſucceſſione ageretur Suſannæ Borboniæ, competitores erant Carolus Dux Borbonius & Ludouica Sabaudia Franciſci Primi Regis coniunx. quorum ille ius agnationis, hæc proximitatis prætendebat. Et quanquam de Caroli iure non erat dubitandum; Chaſſanæus in *Catalog. glor. mundi. part 5. conſid. 46. verſ. hodie vero ex iſtis*; tamen Senatus Regius, rationem ſtatus ob oculos habens, pro matris Regiæ proximitate contra agnatum decreuit, & inde Rex nomine matris poſſeſſionem Ducatus per vim vſurpauit; E. D. L. in *Apolog. Catholica c. 1. §. 11. num. 17.* Imperator vero Carolus V. Auguſtus, ad cuius iuſtitiam, vt Chriſtiani orbis patronum, Dux Borbonius confugerat, pro eo, tanquam proximiore & ſeniore agnato, ſententiam tulit. Et certe ſi ratio agnationis aliquem locum inuenire debuit, animum tuum rogo, Engelbrechte, annon Carolus Dux potior fuerit duplice iure, & agnationis, ex lege Regni, & ſexus ex lege Salica? Quod ſi proximitas & ius primogenituræ prætenditur, neque ſic Regis Galli ius valere potuit, quippe cuius matri ſecundogenitæ præferri debuiſſet Philibertus Dux Sabaudiæ, frater primogenitus.

25. Quanto rectius idem Carolus V. Imperator iudicauit ſuper Ducatu Sabaudiæ, quam idem ille Gallicanus Senatus? Philiberto, cuius modo meminimus, Sabaudiæ Duci ſoror erat Ludouica illa Franciſci Regis vxor, & frater Carolus iunior. Mortuo Philiberto abſque liberis, Imperator pro fratre pronuntiauit contra ſororem Reginam, licet ſeniorem, iuxta Legem Salicam, Feudorum conſuetudinem & Auream Bullam; Guil. Bellaius in *Memoriis ſui temporis* &c. Lambertus Vanderburch in *Hiſt. Sabaud. fol. 192.* Beſoldus *Diſſ. de Reg. ſucceſſ. lib. 1. diſſ. 12. num. 13.*

26. Sed tempore Henrici III. Regis Galliæ, inquit Engelbrechtus,

 eadem

Digitized by Google

eadem lis mota fuit Henrico Nauarreo, qui à Carolo Borbonio & gradus & ætatis prærogatiua vincebatur. neque tamen præter factioſos quisquam bonorum alium, quam Henricum, vtpote ex Antonio primogenito & in primogeniti linea legitimum ſucceſſorem agnoſcebat. Factioſus ergo pro tuis verbis, Engelbrechte, ipſe Rex Galliæ Henricus fuit, qui in Comitijs B'æſenſib. anno Dom. MDLXXXVIII. omnes factioſos Guiſianæ coniurationis, cum ipſis Guiſijs è medio ſuſtulit. Hic enim decretum fecit, quo ius ſucceſſionis in Regnum adiudicatur Carolo patruo, cum titulo Primi Principis ſanguinis Regij & futuri heredis, quemadmodum memoriæ prodidit Auctor Diſcurſus *de triplici potent. Regis Galliæ, Regis Nauarræ, & Guiſiorum Principum, num.* 5. Et ſimilis cuiuſdam anterioris Decreti comitialis ac Regalis meminit ipſe Nauarrenus nepos in *Declarat. ad calumnias aduerſus ſe ſparſas in Proteſtationibus eorum, qui titulo Conſpirationis ſacræ, quam Ligam ſanctam vocant, arma in Regno ceperunt, num.* 40. Cur autem à plurimis Proceribus etiam Pontificijs fuerit reiectus patruus, alia cauſa fuit, nempe inhabilitas conditionis, quia lege & conſuetudine Regni, ſimiliter vt iure Aureæ Bullæ, non niſi laicus ad Coronam & Principatus admittitur. Patruus vero fuit perſona ſpiritualis, Archiepiſcopus nimitum Rothomagenſis & Rom. Eccleſiæ Cardinalis, qui lege Regni à ſucceſſione remouetur. Dein melius informatus Rex, & ob crimen inſuper rebellionis, in quod patruus ſeſe pertrahi paſſus fuerat, mutata priori ſententia, nepotem Henricum Nauarrenum in integrum reſtituit, & heredem ac ſucceſſorem nominauit. Ain' tu vero, Engelbrechte, Bodinum intrepide pro nepote Nauarreno in linea tranſuerſa concluſiſſe? vbi aut quo in loco? In eo enim, quem tu innuere videris, loco aperte hanc conditionem exprimit, ſi repræſentationi ſit locus. Deinde ſubijcit; *Sed ſi ſobrini aut conſobrini ſuo iure* (vt in hoc noſtro præſenti caſu) *nulla fictione* (quam ne quidem ipſe admittis) *hereditates obliquas cernere velint, eodem ordine in capita partientur hereditates diuiduas: ſin Regnum, Ducatus, aut Comitatus, aut alia feudi dignitas ſit indiuidua, ſenior iuniori anteferendus erit, etiamſi à primogenitis iunior ſtirpem ducat.* Satisne clara hæc verba? Deinde Hotomano opponimus Cuiacium, Zampinum, Briſſonium, Choppinum, Balduinum, aliosque maiorum gentium Doctores Gallos,
eius

eius temporis præclariſſimos, qui intrepide pro patruo Carolo Borbonio contra nepotem Henricum ſenſerunt, ſcripſerunt: quanquam, vt dictum eſt, iniuſte propter inhabilitatem & irregularitatem perſonæ patrui: qui nihilominus tamen iuxta primum Regis decretum, tum eo adhuc viuo ſe ſemper Primum Principem ſanguinis, tum eodem defuncto Regem eo nomine Decimum appellari vſque ad obitum voluit, vt teſtantur numiſmata ab eo percuſſa, & ſcribit Pet. Matthæus *Hiſtor. Henrici IV. Regis lib. 2. narrat. 1. num. 10. verſ. ainſi l'Archeuſque de Lyon,* in marg.

27. Et quia modo Sabaudiæ incidebat mentio, quum hic Ducatus in Gallia collocetur Imperiali, obiter monendum eſt, nec in huius quoque ſucceſſione exemplum deeſſe, quo inter collaterales agnatos patrui cauſa aduerſus nepotem comprobetur. Namque Bonifacio fratri ſucceſſiſſe leguntur Petrus & Philippus, vnus poſt alterum, excluſo Amadeo, qui erat filius primogeniti fratris; Ant. Theſaurus, Conſiliarius Sabaudicus primarius *Practic. quæſtion. quæſt 35. num. 34. in fin.* Guilh. Paradinus in *Annalib. Burgund.* Nic. Vignerius in *Rer. Burgundic. Chronic. anno M C C L V I. & anno M C C L X X X V.* Philibert Pingonius Baro Cuſiacenſis in Sabaudia, in *Arbore Sereniſſ. Sabaudiæ Principum.* Lamb. Vanderburchius in *Sabaud. Ducum Hiſt. gentilit. lib. 1* Ludouic. Gollutus in *Memoriis hiſtoric. Reipubl. Sequan & Principum Sabaud.* Elias Reuſnerus in *Baſilic. genealog.*

28. Quibus omnibus ac ſingulis diligenter conſideratis, & accurate penſitatis, Supremum Regium Parlamentum Pariſienſe, quod dicitur Curia Parium, propterea quod duodecim Pares Franciæ Principes in eo aſſidere debeant, ſuper caſu noſtræ controuerſiæ, cuius nec Regno nec ſtatui publico nec ipſis Paribus quidquam intereſſet, de conſilij ſententia non dubitauit pro prærogatiua & iure Illuſtriſſimorum Ducum Vinarienſium contra Aldenburgenſes reſpondere ac pronunciare.

Digitized by Google

CAPVT XII.

De Legibus veterum Germanorum, quibus nepotes cum patruis pariter vocantur ad ſucceſſionem.

1. RECte quidem Dn. Engelbrechtus autumat, Leges illas, quæ volunt nepotem cum patruo conferri in ſucceſſione, intelligendas eſſe de priuatorum hereditatibus diuiduis & partibilibus, non de Regijs ac Feudalibus indiuiduis & primogenijs. Cui aſtipulatur Fauynus Aduocatus Pariſienſis in *Hiſt. Nauarræ lib. 3. anno MLXXVI. fol. 161.* vbi ait à Ludouico III. Rege Franco-Germaniæ cauſam fuiſſe adiudicatam duello, & nepotis partes obtinuiſſe, vt vna cum patruo ad hereditatem defuncti aui in ſtirpem admitteretur.

2. Fallit tamen idem Engelbrechtus, dum iſtam nepotis repræſentationem latius extendit, quam Leges ipſæ voluerint, à quibus hoc ius nepoti in linea tranſuerſa præciſe abdicatur, vt habet textus expreſſus Legis Theoderici Regis Francorum, quam ſuperiore libro relatam in antecedenti capite accuratius perpendimus, nec non textus legis Liutprandi Regis Longobardorum, vt notauit Boërius ad *Leg. Longobard. lib. 1. tit. 11. l. 2.* & Carol. Coſſus *ibid. in gloſſ.*

3. Vnde ducitur infallibile argumentum pro patruo in linea collaterali. Si enim nepos ab eo excluditur in hereditate erciſcibili & diuidua, in qua tamen ſummus eius fauor à Legibus ſolet conſiderari, quanto magis excludi debet in bonis Feudalibus & vinculatis, vbi maior ratio proximitatis & ætatis haberi conſueuit.

CAPVT XIII.

De Legibus Saxonum ſuper iure ſucceſſionis inter patruum & nepotem.

1. NEc Saxonum quidem iure nepos ſuperabit patruum. De Lege Anglionum & Varinorum, qui Holſatiam habebant, diximus ſupra *lib. 2. cap. 20.*

2. In Lege Saxonum, qui Weſtfaliam cum inferiore Saxonia incolebant, *tit. 7. §. 6.* ſancitur: *Qui filium aut* (hæc particula eſt copu-

copulatiua, pro &) *filiam habuerit, & filius vxore ducta filium genuerit, & mortuus fuerit, hereditas patris* (id eſt aui) *ad filium filii, id eſt, ad nepotem, non ad filiam pertinet.* Ergo à conſequenti, ſi duos filios habuerit, hereditas excluſo nepote ad ſecundogenitum filium pertinebit: quia, iuxta regulam iuris, vnius excluſio eſt alterius incluſio, & quod amitę denegatur, patruo confirmari videtur: quia quod interdictum eſt in vno caſu, videtur permiſſum in alio; *l.12.D.de iudic. l.18. D. de teſtament.* Propterea autem amita remouetur, quia §. 1. ſtatutum eſt: *Pater & mater defuncti, filio, non filiæ, hereditatem relinquit.*

3. Poſtea vero id mitigatum eſt in *ſpeculo Saxonum lib.1.art.3. art.5. & art.17* & in *Wichbildo artic.63.* in hereditatibus priuatorum & diuiſioni obnoxiis, in quibus nepos ad ſucceſſionem aui cum patruo admittitur; non autem ad ſucceſſionem patrui, in qua ſolus frater defuncti ſuccedit, excluſo nepote, vt videre eſt in *Sententiis & decretis ſcabinatuum Saxoniæ, tit.* Bruder vnnd Schweſter / vnnd Brüder oder Schweſter Kinder / wie die Erbe nemen. Et ſcabinos Saxonicos hodieque in collateralibus ius repræſentatiuum non admittere, ſed præferre proximum, teſtatur Iaskier Secretarius Scabinatus Cracouienſis in Polonia, in *gloſſ. margin. ad d. tit. 17. ſpecul. Saxon.* Cur autem nepos auo ſuccedat, rationem hanc reddunt Scabini Lipſienſes, quod nepos tantummodo ſuccedat in linea deſcendenti: cur non ſuccedat patruo, fieri dicunt Scabini Magdeburgenſes, quod frater ſuccedat tantummodo ex ea ratione, quod ſinus non vlterius procedat, quam de patre ad filium, & non ad nepotes filiorum: & ita vtrosq; practicare, ſcribit Iaskier *d.loc.*

4. Quid autem iuris fuerit in bonis feudalibus, docet manifeſtus textus in *Iure Feudal. Saxon.tit.15.§.2.* qui eſt vulgatæ editionis *tit.* 20. vbi conſtitutum eſt in hæc verba: *Filius, qui moritur ante patrem, non eſt heres feudalis, quia feudum non heredat, & ideo non infringit alicui feudum de futuro in bonis patris.* Qui igitur non eſt heres, quo pacto poterit hereditatem, quam non hereditat, tranſmittere? te rogo, Clariſſime Engelbrechte. De filio contra, qui patrem ſuperuixit, ita præcipitur in eodem Iure feud.cap.8. in princ. quod in vulgatis eſt cap. 6. *Pater heredat in filium tanquam in poſſeßionem; & ideo non eſt neceſſe filio, quod ſibi bona patris denuo aßignentur.* Ex quorum verborum collatione eſt vt tibi conformes certiſſimam deciſionem.

Digitized by Google

5. Quam tibi pro iure Illuſtriſſimorum Principum Vinarienſium repræſentant illuſtres Scabini Magdeburgenſes: quorum benefundatum Conſilium ſiue Reſponſum iam in lucem prodiit, & ponitur à Iacobo Alemanno eiuſdẽ Iudicii Aſſeſſore, in *Conſultat. illuſtrib. conſ.* 1.

CAPVT XIV.

Imperium Romanum fueritne hereditarium & ſucceſſiuum, an ſuffragarium & electiuum.

1. APud Imperatores, inquit Dn. Engelbrechtus, fruſtra ius primogenituræ quæritur, cum non ſucceſſione, ſed electione facti fuerint Quod ipſum quam exerret à via veritatis hiſtoricæ, ſiue Romanum illud vetus ſpectes Imperium, ſiue Græcum intuearis, ſeu ad Francicum reſpicias, ſiue denique Saxonicum conſideres, paucis demonſtrabimus.

2. Et Romanum quidem illud vetus Imperium in prima Cæſarũ familia hereditarium extitiſſe, neminem adeo rerum omnium imperitum fore confido, qui negare auſit, modo Vell. Paterculum, Corn. Tacitum, Suetonium, Florum, Eutropium, Herodianum, Aur. Victorem, & cæteros Romanarum rerum ſcriptores non contemnat. & erudite iam, vt omnia, demonſtrauit præſtantiſſimus Arniſæus *de Republ. lib. 2. cap. 2 ſect. 3. n. 50 & ſeqq.* Galba Imperator apud Tacitum inquit; *Hucuſque vnius familiæ quaſi hereditas fuimus* Quid autem iuris ſucceſſorii in hac familia fuerit, docet Hegeſippus lib 2. de Excid. Hieroſolymit. c. 6. *Claudius Neronem Romano Imperio Principem dedit, captatus vxoris Agrippinæ perſuaſionib. quæ tantum fraudibus valuit, vt filium Imperatoris Britannicum deſignatum ſucceſſorem* IPSO IVRE NATVRÆ, *Principatus exortem redderet. Cuius artis mox pænituit eam: quia dum ex ſe genito conſuluit, Principi ius ſuum negauit*, &c. *Idem tamen* (ſc. Nero) *Octauiam Claudij filiam coniugio tenebat, præpoſtero ordine gener filio prælatus.* Vbi Corn. Gualtherus in *Annotat.* per *Principem*, recte intelligit Britannicum Claudii filium, quod is principe ſiue primo loco & potior iure haberetur. De quo eodem ſcribit Dion: *Britannicum optimo iure Imperio ſuccedere oportebat, quod erat eius* (ſcil. Claudii Imperatoris) *naturalis & legitimus filius.* Interfecto Britannico, reſtabat Iunius Silanus, cui, quia in domo Cæſarea natu maximus erat, Imperium debebatur. Ingerit id Tacitus lib. 13. Annal. in princ. dicens: *Crebra vulgi fama, anteponendum*

Digitized by Google

eſſe vix dum pueritiam egreſſo Neroni, & Imperium per ſcelus adepto, virum ætate compoſita, inſontem, nobilē, &, quod tunc ſpectaretur, è Cæſarum poſteris. quippe & Silanus D. Aug. abnepos erat. hæc cauſa necis. Ob hanc enim cauſſam Agrippina mater Neronis eum veneno necari iuſſit.

3. Nec ſucceſſio Imperij in hac tantum Cæſarum familia ſtetit, ſed eadē exſtincta ſubinde alijs in familiis repullulauit & perennauit; Cabotius *lib. 1. Var. iuris diſp. c. 8. & c. 13.* Matth. Raderus in *Aula ſancta Theodoſii Iunioris, c. 1.* Ioh. Liuineius in *Notis*, & Valens Acidalius in *Coniecturis in Eumenij Panegyr. ad Conſtantinū Magnū Imp.* Iacob. Sirmondus in *Notis ad Sidonium f. 182.* Nos vno teſte euincemus, Imperator Alexāder Seuerus, quū ei ſenatus Antonini appellationē decerneret, reſpondiſſe fertur: *Aug. primus, hui9 author Imperij, & in eius ius velut quadā adoptione, aut iure hereditario ſuccedimus*, vt ſcribit Æl. Lampridius in *eius vita.*

4. Et quanquā Senatus primum omnium Tacitum adegiſſet, vt ex hereditario electiuū faceret Imperium; Steph. Forcatulus *de Gallor. imperio & philoſoph. lib. 5. f. 704.* tamen Florianus frater ſecundogenitus ius ſibi in ſucceſſione adimi non eſt paſſus. Sic. n. ſcribit Flau. Vopiſcus in Taciti vita: *Florianus frater Taciti germanus fuit, qui poſt fratrem arripuit Imperiū non ſenatus auctoritate, ſed ſuo motu, quaſi hereditariū eſſet Imperiū: cū ſciret adiuratum eſſe in ſenatu Tacitum, vt cū mori capiſſet, non liberos ſuos, ſed optimum aliquē Principem faceret.* Vnde etiā apud poſteriores Romanæ hiſtoriæ ſcriptores, filij, fratres & nepotes Imperatorum *Heredes Imperij* appellantur, & *Imperium ad eos hereditario iure deuolutum* dicitur; Cabotius Diſput. iuris d. lib. 1. cap. 8.

5. Auctor libelli, qui inſcribitur *Indulgentiæ eccleſiarum vrbis Romæ*, de Conſtantio Chloro ſcribit: *Conſtantinum Magnum primogenitum eius Imperii ſui reliquit heredem. reliquit etiam duos alios filios ex alia vxore: quorum vnus Conſtantinus, alius Dalmatius nominabatur.* Quæ verba tranſcripſit ex Leonardi Aretini *Chronic. Cæſarum.* Praxagoras Athenienſis lib. 1. de reb. Conſtantini Magni: τῆς πατρῴας βασιλείας κληρονόμος ἐγένετο: *patrium Imperium hereditatis iure adiit.* Et elegans omnino locus eſt Eumenii Rhetoris in Panegyrico ad Conſtantinum Auguſtum, vbi *Sacrum illud Palatium*, inquit ad Imperatorem, *non candidatus Imperij, ſed deſtinatus intraſti, confeſtimque te illi paterni Lares ſucceſſorem videre legitimum. Neque enim erat dubium, quin ei competeret hereditas,*

Digitized by Google

5. Quam tibi pro iure Illuſtriſſimorum Principum Vinarienſium repræſentant illuſtres Scabini Magdeburgenſes: quorum benefundatum Conſilium ſiue Reſponſum iam in lucem prodiit, & ponitur à Iacobo Alemanno eiuſdē Iudicii Aſſeſſore, in *Conſultat. illuſtrib. conſ.* 1.

CAPVT XIV.

Imperium Romanum fueritne hereditarium & ſucceſſiuum, an ſuffragarium & electiuum.

1. APud Imperatores, inquit Dn. Engelbrechtus, fruſtra ius primogenituræ quæritur, cum non ſucceſſione, ſed electione facti fuerint Quod ipſum quam exerret à via veritatis hiſtoricæ, ſiue Romanum illud vetus ſpectes Imperium, ſiue Græcum intuearis, ſeu ad Francicum reſpicias, ſiue denique Saxonicum conſideres, paucis demonſtrabimus.

2. Et Romanum quidem illud vetus Imperium in prima Cæſarũ familia hereditarium extitiſſe, neminem adeo rerum omnium imperitum fore confido, qui negare auſit, modo Vell. Paterculum, Corn. Tacitum, Suetonium, Florum, Eutropium, Herodianum, Aur. Victorem, & cæteros Romanarum rerum ſcriptores non contemnat. & erudite iam, vt omnia, demonſtrauit præſtantiſſimus Arniſæus *de Republ. lib. 2. cap. 2. ſect. 3. n. 50 & ſeqq.* Galba Imperator apud Tacitum inquit; *Hucuſque vnius familiæ quaſi hereditas fuimus* Quid autem iuris ſucceſſorii in hac familia fuerit, docet Hegeſippus lib 2. de Excid. Hieroſolymit. c. 6. *Claudius Neronem Romano Imperio Principem dedit, captatus vxoris Agrippinæ perſuaſionib. quæ tantum fraudibus valuit, vt filium Imperatoris Britannicum deſignatum ſucceſſorem* IPSO *IVRE* NATVRÆ, *Principatus exortem redderet. Cuius artis mox pænituit eam: quia dum ex ſe genito conſuluit, Principi ius ſuum negauit,* &c. *Idem tamen* (ſc. Nero) *Octauiam Claudij filiam coniugio tenebat, præpoſtero ordine gener filio prælatus.* Vbi Corn. Gualtherus in *Annotat.* per *Principem*, recte intelligit Britannicum Claudii filium, quod is principe ſiue primo loco & potior iure haberetur. De quo eodem ſcribit Dion: *Britannicum optimo iure Imperio ſuccedere oportebat, quod erat eius* (ſcil. Claudii Imperatoris) *naturalis & legitimus filius.* Interfecto Britannico, reſtabat Iunius Silanus, cui, quia in domo Cæſarea natu maximus erat, Imperium debebatur. Ingerit id Tacitus lib. 13. Annal, in princ. dicens: *Crebra vulgi fama, anteponendum*

Digitized by Google

eſſe vix dum pueritiam egreſſo Neroni, & Imperium per ſcelus adepto, virum ætate compoſita, inſontem, nobilē, &, quod tunc ſpectaretur, è Cæſarum poſteris. quippe & Silanus D. Aug. abnepos erat. hac cauſa necis. Ob hanc enim cauſſam Agrippina mater Neronis eum veneno necari iuſſit.

3. Nec ſucceſſio Imperij in hac tantum Cæſarum familia ſtetit, ſed eadē exſtincta ſubinde alijs in familiis repullulauit & perennauit; Cabotius *lib.1. Var. iuris diſp. c.8. & c.13.* Matth. Raderus in *Aula ſancta Theodoſii Iunioris, c.1.* Ioh. Liuineius in *Notis*, & Valens Acidalius in *Coniecturis in Eumenij Panegyr. ad Conſtantinū Magnū Imp.* Iacob. Sirmondus in *Notis ad Sidonium f.182.* Nos vno teſte euincemus, Imperator Alexāder Seuerus, quū ei ſenatus Antonini appellationē decerneret, reſpondiſſe fertur: *Aug. primus, huiꝰ author Imperij, & in eius ius velut quadā adoptione, aut iure hereditario ſuccedimus*, vt ſcribit Æl. Lampridius in *eius vita.*

4. Et quanquā Senatus primum omnium Tacitum adegiſſet, vt ex hereditario electiuū faceret Imperium; Steph. Forcatulus *de Gallor. imperio & philoſoph. lib.5. f.704.* tamen Florianus frater ſecundogenitus ius ſibi in ſucceſſione adimi non eſt paſſus. Sic. n. ſcribit Flau. Vopiſcus in Taciti vita: *Florianus frater Taciti germanus fuit, qui poſt fratrem arripuit Imperiū non ſenatus auctoritate, ſed ſuo motu, quaſi hereditariū eſſet Imperiū: cū ſciret adiuratum eſſe in ſenatu Tacitum, vt cū mori cœpiſſet, non liberos ſuos, ſed optimum aliquē Principem faceret.* Vnde etiā apud poſteriores Romanæ hiſtoriæ ſcriptores, filij, fratres & nepotes Imperatorum *Heredes Imperij* appellantur, & *Imperium ad eos hereditario iure deuolutum* dicitur; Cabotius Diſput. iuris d. lib.1. cap.8.

5. Auctor libelli, qui inſcribitur *Indulgentiæ eccleſiarum vrbis Romæ*, de Conſtantio Chloro ſcribit: *Conſtantinum Magnum primogenitum eius Imperii ſui reliquit heredem. reliquit etiam duos alios filios ex alia vxore: quorum vnus Conſtantinus, alius Dalmatius nominabatur.* Quæ verba tranſcripſit ex Leonardi Aretini *Chronic. Cæſarum.* Praxagoras Athenienſis lib.1. de reb. Conſtantini Magni: τῆς πατρῴας βασιλείας κληρονόμος ἐγένετο: *patrium Imperium hereditatis iure adiit.* Et elegans omnino locus eſt Eumenii Rhetoris in Panegyrico ad Conſtantinum Auguſtum, vbi *Sacrum illud Palatium*, inquit ad Imperatorem, *non candidatus Imperij, ſed deſtinatus intraſti, confeſtimque te illi paterni Lares ſucceſſorem videre legitimum. Neque enim erat dubium, quin ei competeret hereditas,*

quem

Digitized by Google

quem primum Imperatori filium fata tribuiſſent. Te enim tantum ille & Imperator in terris, & in cœlo Deus, in primo ætatis ſuæ flore generauit, toto adhuc corpore vigens, illa præditus alacritate ac fortitudine, qua cum bella plurima, tum præcipue Campis Vindoniis geſſit. Inde eſt, quod tanta ex illo in te formæ ſimilitudo tranſiuit, vt ſignante natura vultibus tuis impreſſa videatur. Qui locus pro iure primogenituræ aſtruendo laudatur à Frehero in *comment. ad cap.7. Aurea Bull.*

6. Huic Conſtantino Auguſto tres fuere filii, Conſtantinus II. primogenitus, Conſtantius II. & Conſtans. quos inter ſic partitus eſt orbis Imperium, vt primogenito tamen auita ſedes, ceu dignior & honoratior, aſſereretur. Ea fuit Germania, Gallia & Britannia, quas Conſtantius I. auus cognomento Chlorus, & iſte ipſe Conſtantinus Magnus pater tenebant apud nos nati & educati, vt teſtatur Hermias Sozomenus *lib.1. Hiſt. eccleſiaſt. cap.5. & ſeq.* Partitionis illius meminit hiſce verbis Euſebius Cęſarienſis lib.4. Hiſt. eccleſiaſt. cap. 5. *Vniuerſum Imperii ſtatum tribus ſuis filiis partitus eſt, quod tanquam hereditatem paternam ſuis pater clariſſimis liberis aſſignabat: cum auitam ſortem grandiori natu filio: Orientis partes, huic ætate proximo: quod vero inter hæc medium interiacebat, tertio filio tribuerit.* Quibus ſimilia in literas retulerunt Theodoretus Cyprenſis *Hiſt. eccleſ. lib.1. cap.32. & lib.2. cap.3.* Socrates Scholaſticus *Hiſt. eccleſ. lib.1. cap.26.* Herm. Sozomenus *Hiſt. eccleſ. lib.2. c. 32.* Epiphanius Scholaſticus *Hiſt. tripart. lib.3. c.12.* Simeon Metaphraſtes in *Vita S. Athanaſii*, Ioan. Zonaras in *Annal. tom.3. fol.* 85. Nicephorus Calliſtus Xanthopulus *Hiſt. eccleſ. lib.8. cap.54.* Sex. Aurel. Victor in *Epitom. hiſt. Cæſar.* Pompon. Lætus in *Compend. Rom. hiſtor.* Bapt. Egnatius *lib.1. Rom. Princip.* Videtur autem Conſtantinus in trina iſta orbis diuiſione inter filios facta æmulari voluiſſe illud Saturni exemplum, quod ſupra *cap.*8. huius libri expoſuimus, ne fortaſſe, qui primus fuit Chriſtianorum Monarcha, primo illi ac ſummo Paganorum Deo, in potentiæ terrenæ æqualitate quidquam concederet. Ipſius vero Conſtantini Magni factum imitatus eſt poſtea Carolus Magnus Imperator, vt ex eius *Teſtamento* conſtat in Goldaſti *collectione conſtitution. Imperial. tom.1.*

7. Nec cum Flauia gente Romani Imperii hereditatem deſiiſſe, ſed in Anicia etiamnum viguiſſe, abunde fidem facit Procopius *lib. 1.*

Belli

Digitized by Google

Belli Perſici. Cuius quia longiorem hiſtoriam ſuis verbis non licet hic aſſcribere, ſenſum tantum, quē expreſſit Pet. Pithœus *lib.* 1. *Aduerſarior. cap.* 1. breuiſſime referam. Cabades Perſarum Rex, belli, quod cū Romanis gerebat, anſas præcidere cupiens, eademq; opera Coſroem ex ſorore filium Regni ſucceſſorem relinquere, excluſo Cabade maiore natu, quem naturæ ius cæteris præferebat, pacem Iuſtino Imperatori ita obtulit, ſi Coſroem adoptaret. Accepit ſtatim conditionem Iuſtinus, paratusque erat Coſroem Romano ritu adoptare, & adoptionis inſtrumenta conſcribere, ni Proclus Quæſtor interceſſiſſet dictitans, hoc modo & Iuſtinum Romanorum vltimum Imperatorem, & Iuſtinianum, quem is antea *Nobiliſſimum* deſignatum Principem Regnique ſui ſucceſſorem creauit, vt legitur apud Marcellium Comitem in *Chronic.* in Imperij ſucceſſione magno ſibi impedimento futurum. Quandoquidem hac adoptione Legibus Romanis, Coſroes ad Imperium, vt filius vocaretur. Ex conſilio igitur Procli, Cabadis legatis tandem reſponſum eſt, paratum quidem Iuſtinum, Coſroem adoptare, & filium ſibi facere, ſed ita, vt Barbarum decet, id eſt, per arma, non per literarum inſtrumenta. Quo reſponſo Perſæ eluſos ſe eſſe ſentientes (hoc enim genere adoptionis Coſroes ita adnaſci non poterat, vt ei in Imperio ſuus heres ſuccederet, quod Cabadis votum & conſilium erat) re infecta diſceſſerunt.

8. Neque etiam Imperio Romano ad Græcos Conſtantinopolim tralato, ordo in eo ſuccedendo hereditarius eſſe ceſſauit. Vnde Ioannes Comnenus Imperator dicere ad Proceres Imperij non dubitauit; *Imperium, vt patrimonium, ad me veniſſe, dictu non magis neceſſarium eſt, quam lucernam, quod aiunt, in meridie accendere:* apud Nicetam Choniatem in *Annalib. lib.* 1 *fol.* 137. Et rurſum vbi de filiorum ſucceſſione in Imperio diſpoſuit; *Equidem fateor, naturam Principatum natu maioribus deferre ſolere: Deum vero in deſignandis Regibus aliam rationem plerumque ſequi animaduerto:* apud eundem *d. lib.* 1. *fol.* 137. Ipſe Nicetas de Iſaacio Comneno lib. 7. in princ. *Quod & ætate ad Imperiū vocaretur,* &c. quippe primogenitus & natu maior fratre Manuele à patre ad Imperiū deſtinato, vt ſcribit Willermus Tyri Archiepiſcopus *Hiſt ſacræ lib.* 15.

9. Michael Rex Moeſorum, qui nunc Walachi appellantur, in matrimonio habebat ſororem Andronici II. Palæologi Imperatoris

Digitized by Google

Conſtantinopolitani,cuius nomine partem Imperij petiit ab affine his verbis: *Decere & iuſtum eſſe,quando ipſe paternum Imperium omne teneat, ſororem quoq; portionem aliquam paternæ hereditatis cernere.* Ad hæc Imperator: *id ſe percupere, nec Bucelum* (oppido id nomen eſt in Thracia) *tantummodo,ſed alias vrbes inſuper ei tanquam paternorum bonorum conſorti tradere; ſalua tamen ipſa iam vetuſtate corroborata Romanorum lege, quæ ſic habeat: EX FILIIS IMPERATORIS QVI ÆTATE ANTECESSERIT, IMPERATOREM SALVTANTO, ET IS FRATRIBVS IMPERATO, ET HI SENIORI CEDVNTO, SEDVLOQ. SERVIVNTO. Quamobrem ſi ei placeat, iuxta hanc fixam & confirmatam legem Imperatoris ſeruum* (id eſt, vaſallum) *& eſſe & appellari, ſe viciſſim paratum eſſe, illi velut ex proprio ac debito Principatu vrbes & regiones addicere. Michael, qui cum copijs haud longe diſtabat, ſtatim reſpondit: Cum ipſe quoque Rex ſit, abſurdum videri, in alterius Regis arbitrio eſſe* Hæc ſcribit Ioannes Cantacuzenus, qui Andronico filio in Imperio ſucceſſit, abdicato Imperio Monachus factus, & Chriſtodulus nominatus *lib.2.Hiſtor. ſui temp.c.3.*

10. Idem Andronicus Imperator duas habuit coniuges, N. Reginam Hungariæ, ex qua ſuſtulit Michaelem in Imperio ſucceſſorẽ, & Conſtantinum Deſpotam: deinde Irenem Marchioniſſam Montferratenſem,ex qua nati Ioannes, Theodorus & Demetrius. De cuius Irenes machinatione nouercali ſcribit Georgius Phranzes Protoueſtiarius Imperii Conſtantinopolitani, *lib.1. Chronic. c.7.* in hunc modum: *Auguſta Irene maxima Zelotypia aduerſus Michaelem primogenitum laborabat,vt eſt nouercarum videlicet ingenium,maritoque Imperatori nec diebus nec noctibus exhibere moleſtiam deſinebat, vti quos ipſa peperiſſet,conſortes Imperij faceret,& illud inter ipſos æqualiter diſtribueret. Imperator affirmare, ſuſtineri neutiquam poſſe, vt Monarchia Romanorum ad polyarchiam redigeretur.* Quod ipſum quoque tangit Laonicus Chalcocondyles in *Hiſtor.Turcic.*

11. De familia Laſcarina teſtatur Nicephorus Gregoras lib.3.Hiſt. Roman cap.1. ſcribens: *Cum Imperium iure hereditario ad filium eius Theodorum Laſcarim rediturum eſſet: quia is à patre viuente non appellatus fuerat Imperator,eodem defuncto,communi concurſu totius exercitus ac Nobilium omnium ac Procerum Imperator eſt ſalutatus.*

12. Mul-

Digitized by Google

12. Multo minus Imperium ſucceſſiuum &hereditarium eſſe deſtitit, poſtquam à Francis fuit occupatum. Quod quia iam à Cabotio *lib. 1. var. iuris diſputat. cap.* 8 *& c.*13 Bodino *de Republ. lib.* 6. *cap.* 5. Canaio Fraxineo in *Reſponſ. ad tract. Zampini de prærogat. primi Principis Frãc. n.*44 Ioanne Botero *delle Relationi vniuerſali part.* 2. *lib.* 1. *tit. Imperio Romano, verſ. rimiſe l' Imperio, in fi.* Goldaſto in *Rationali Conſtitut. Imperial. fol.* 17. & in *Replicat. pro S. Roman. Imperio cap.* 18. *& cap.* 26. & à nobis ſupra *cap.* 11. huius libri abunde eſt demonſtratum, non eſt cur diutius hic immoremur.

13. Sed fortaſſis labaſcente Carolingia Francorum familia, quum Imperium ad Saxones fuit delatum, cæpit eſſe electiuum. Immo vero ne tum quidem, vt ſatis docuit ſæpe laudatus Caborius *dd. capp.* Martin. Frechtus in *Annotat. ad* W*itichindi Chronic. lib.* 1. *in fi.* Bodinus *de Republ. d. cap.* 5. Fraxineus *d. nu.* 44 Arniſæus *d. n.* 53. *& ſeqq. n.* 106 *& ſeqq. n.* 146. *ſect.* 10. *n.* 5. *n.* 22. *in fi. cap.* 6 *ſect* 5. *n.* 34 *& ſeqq.* Goldaſtus *dd. locis.* in quorum argumentis repetendis operam conſumere pretium eſſe non putamus.

14. Primus omnium Gregorius VII. Papa Rom. cui Hildebrando nomen, Proceres Imperii adegit, vt ex Imperio ſucceſſiuo atque hereditario facerent electiuum, Goldaſtus *d. loc.* Arniſæus *d. cap.* 2. *ſect.* 5. *n.* 7. *& cap.* 6. *ſect.* 5. *n.* 34. *& ſeqq.* Factum id anno Domini MLXXVII. in comitiis Forcheimenſibus, in Francia orientali, quæ nunc Franconia dicitur: in quibus Rudolphus Sueuiæ Dux primus omnium Imperatorum Germanorum liberis ſuffragiis electus perhibetur, qui tamen in catalogo legitimorum Imperatorum non reponitur, ſed pro intruſo & tyranno prætermittitur; Ioan. Barclaius in *Pietate ſiue de poteſtate Papæ, contra Bellarm.* Porro Decreti Forcheimenſis verba refert Bruno Magdeburgenſis in *Hiſt. belli Saxon. fol.* 135. & Paulus Bernriedenſis in *vita Gregorii VII. Papæ. fol.* 216. quæ vide apud Goldaſt in *d. Replic. pro S. Rom. Imperio c.* 18 *f.* 218. & in *Collect. conſtitut. Imperial. tom.* 1. *f.* 238.

Capvt XV.

De vnione, primogenitura & maioratu Principatuum Germaniæ.

1. Principatus Germaniæ iã inde ab initio fuiſſe indiuiduos & primigenio quodã iure deuinctos, libri præcedentis *c.* 15. affatim oſtendit.

2. At inſtat Dn. Engelbrechtus, non potuiſſe primigenios eſſe,

Digitized by Google

qui ne quidem hereditarii fuerint, ſed officiarii tantum & temporarii. Non nego Ducum & Comitum officia temporibus Merouingorum & Carolingorum maximam partem fuiſſe temporanea, vt hodie Gubernatorum in Gallia; quis vero negauerit eoſdem Duces & Comites nō minus illuſtria habuiſſe prædia tam alodialia quam beneficiaria, atque hodie habent Gubernatores Regii in Gallia? De Ducibus Franconiæ, Bauariæ, Alemaniæ, Hasbaniæ ſiue Brabantiæ, Waſconiæ &c. Comitibus Britanniæ in Gallia, Altorphii in Sueuia, & aliis oppido plurimis, notior in hiſtoriis res eſt, quā vt inficias iri poſſit vel ab ipſo Franc. Connano in *comment. iuris ciuil.* & Arnoldo Ferrono in *Chronic.*

3. Quodſi nulli fuerunt illis temporib. Principes feudales, dicat nobis Engelbrechtus, quinam appellentur Vaſſi Dominici, quænam beneficia Regalia in antiquis *Capitularibus*, & *Formulis* Marculphi, qui ſub Clodouæo II. & Dagoberto I. Regibus vixit? Annon *Vaſſi Dominici* appellati, qui ſolum Dominum, id eſt Regem vel Imperatorem, recognoſcebant, Imperioq; erant immediate ſubiecti? quod demonſtrare procliuius eſt, quam imber, quando pluit. Annon etiam *beneficia Regalia* erant feuda dignitatum, quæ hodie *regalia* nuncupantur.

4. Quid vero ſibi voluit Carolus III. cognomento Craſſus Imperator cum illa conſtitutione, quam Wormatiæ an. DCCCLXXXI. in comitiis publicauit? in qua Principibus Imperii certus ordo in expeditione Romana obſeruandus præſcribitur, certaque taxa militarium onerum imponitur. Et quidem §. 6. expreſſe ſancitur, vt *ſinguli Principes ſuos habeant officionarios ſpeciales, Mareſcalcum, Dapiferum, Pincernam, & Camerarium.* Vnde admodum elucefcit, Principatus etiam tum fuiſſe indiuiſos. Quo enim pacto, quæſo, hi Officiales hereditarii ſingulis heredibus in tot capita diuiſis vel in militia potuiſſent miniſtrare, aut pro expeditione, ſi domi manere placuiſſet, totum fructum feudi, quod illic præcipitur, ſoluere?

5. Quid nunc de iure Principum dicemus q̄ vulgo appellatur Das Fürſten Recht? ex quo Rex vel Imperator tenebatur controuerſos Regni vel Imperii Principatus & Comitatus cum Paribus Curiæ cognoſcere ac diiudicare, non ſolum in prima & ſecunda Regum Francorum familia, verum etiam æuo multum poſteriori, & ſubſecutis noſtris ſub Cæſaribus, vt erudite obſeruarunt Tilletus ſiue Tillius in ſuis

in ſuis *Memorialibus*, & Bignonius in *Notis ad lib. 1. Formul. Marculphi cap. 25.* Quo iure quid opus erat, ſi nulli tum fuerunt Principes & Comites in Germania & Gallia hereditarij, quos inter pro Principatibus & Comitatibus litigantes ius dicerent Reges noſtri?

6. Cuius iuris mentio quoque in *Vita Ludouici Pij Imperatoris*, quam Anonymus eiuſdem Imperatoris Archiater Aulicus perſcripſit. Ibi hæc leguntur: *In eadem villa, Franconoford ſcilicet, Imperator hyeme exacta, Maio menſe, conuentum habuit Auſtralium Francorum, Saxonum, aliarumq; gentium eis collimitantium. In quo duorum fratrum certamen, quod de Regno magna altercatione inter ſe vertebant, cõgruo fine diremit. Erant autem VVilzi genere, filij Liubi quondam Regis. Nomina eorum fuere Mileguaſtus & Caleadragus. Quorum pater Liubi, dum Abotritis bellum indixiſſet, ab eis interemptus eſt, Regnumq; primogenito contraditum. At quum nimis ſegniorem ſe, quã res poſceret, in Regia adminiſtratione exhiberet, circa iunioris honorem fauor populi declinauit. In qua altercatione ante præſentiam Imperatoris venientes, requiſita atq; reperta voluntate populi, iunior quidem Princeps declaratur: & Sacramentis deuinctos, & inter ſe & ſibi dimiſit amicos.* Eandem rem geſtam narrat Adelmus Monach. in *Annalib. Francor. anno* DCCCXXIII. in hunc modum: *Menſe Maio conuentus in eodem loco habitus; in quo non vniuerſi Franciæ Primores, ſed de Orientali Francia atq; Saxonia, Baioaria, Alemannia, atq; Alemanniæ contermina Burgundia, & Rheno adiacentibus regionibus, adeſſe iuſſi ſunt. In quo inter cæteras Barbarorum legationes, quæ vel iuſſu vel ſua ſponte venerunt, duo fratres. Reges videlicet Vultzorum, controuerſias inter ſe de Regno habentes, ad præſentiam Imperatoris venerunt: quorum nomina ſunt Milegaſtus & Celeadragus. Erant iidem filij Liubi Regis Vultzorum: qui licet cum fratribus ſuis Regnum diuiſum teneret, tamen propterea quod maior natu erat, ad eum totius Regni ſumma pertinebat. Qui cum commiſſo cum Orientalibus Abodritis prælio interiiſſet, populus Vultzorum filium eius Milegaſtum, quia maior natu erat, Regem ſibi conſtituit. Sed cum is ſecundum ritum gentis commiſſum ſibi Regnum parum digne adminiſtraret, illo abiecto, minori fratri Regium honorem deferunt. Quam ob cauſam ambo ad præſentiam Imperatoris venerunt. quos quum audiſſet, & gentis voluntatem proniorem in iunioris fratris honorem agnouiſſet, ſtatuit, vt is delatam ſibi à populo ſuo poteſtatem haberet: ambos tamen muneribus donatos, & ſacramento firmatos, in patriam remiſit.* Quæ iiſdem verbis libauit Aimonius *lib. 4.*

 de Geſt.

*de Geſt.Franc.c.*110. Ex quibus facile paret, quid tum moris fuerit in ſucceſſione Principatuum & ratione primogenituræ. Quem morem, mi Engelbrechte, eodẽ diſpendio neſcire poſſumus, quo Electorat⁹ Brandenburgiæ ſucceſſioné, qui Regnum hoc Wiltzorum occupat in Veteri Marchia, vt auctor eſt Albinus in *Chronic. Miſnia in append.*

7. Cur igitur, inquis, tam longa Germaniæ conſuetudine feuda Principum legimus diuiſa? Rationem aſſignat Thomas Aquinas comment. in Ariſtotel politic. lib. 7. lect. 12. his verbis: *Lex primogenitorum eſt in cauſa, vt plures ſint pauperes: ideo non placuit.* Quem ſequitur Michaël de Montaigne Hiſpanus *lib. 2. des Eſſais, fol.* 516. vbi eam legem deteſtatur vt vanã & impiam. & Ioan. à Riberteria IC. Gallus *Diſp. iuris lib. 1. propoſ.* 8. vbi conſuetudinem Germaniæ & Galliæ in primigenio aſſerit eſſe naturæ inimicam. quod æqualitatem tollat. Hinc prima origo diſtrahendorum Principatuum; paritas ſcilicet & identitas ſanguinis æqualem quoq; dignitatem & poteſtatem affectabat; Arniſæus *de Republ. lib. 2. c. 2. ſect. 7. n. 86. & ſeq.* Quod diſerte ingerit Galfridus Monemutenſis, *lib. 1. de orig. & geſt. Britannor. cap.* 17. vbi de Belino & Brenno fratribus, quorum ille vt primogenitus Regnum, iſte ſub eo Ducatũ gerebat, ita ſcribit: *Verum quia diſcordia ſeſe proſperis rebus immiſcere conatur, affuerunt quidam fabricatores mendacij, qui ad Brennum acceſſerunt dicentes: vt quid ignauia te tantum occupauit, vt Belino ſubiectionem teneas, cum idem pater & mater, eademq; nobilitas te ei parificet? Adde quod in pluribus debellationibus expertus es, qui totiens Chenulfo Duci Maurorum in prouinciam noſtram applicanti reſiſtere potuiſti, ipſumq; ex regno tuo fugare. Rumpe igitur fœdus* (id eſt, pacta hereditaria) *quod tibi dedecori eſt, & duc filiam Elſungi Nordvvegenſium Regis, vt ipſius auxilio amiſſam dignitatem recipias. Poſtquam his & multis alijs animum iuuenis corruperunt, acquieuit ipſe, adiuitq; Nordvvegiã, duxit filiam Regis, vt à prædictis adulatoribus edoctus fuerat,* &c. Eadem & alia ſimilia habet diligenter notanda ad inſtitutum noſtrum, Rich. Vitus Baſinſtochius *Hiſt lib. 3. not. 2.* & Ioan. Roſſus in *Britannis ſiue de Regib. & Britannia hiſt. fol.* 18. Non abſimile eſt, quod narrat Hincmarus Archiepiſcopus Rhemenſis *epiſt. 1. c. 4.* ſuper diuiſione Regnorum inter filios Ludouici Pij Imperatoris, in hunc modum: *Qui cum Hlothario erant, immiſerunt illum in hoc, vt fratres ſuos exheredaret, & Regni Primores, qui cum illis erant, annullaret, quoniam ipſe primogenitus & in nomine Imperatoris*

Digitized by Google

ratoris erat. Illi autem, qui erant cum Karolo & Hludouuico, dicebant, quia Seniores illorum (ſc. Karolus & Ludouicus modo dicti) *Hlutharij fratres erant, & quia Sacramento Regnum inter illos diuiſum fuerat, & illi nec genere nec poteſtate inferiores erant, & ideo non ſe contra illos concederent.* Quo tendit etiam querela illa, quã habet Rhegino Prumienſis Abbas, in Chronic. anno DCCCLXXXVIII. vbi ſcribitur: *Carolus III. Imperator obijt* &c. *Poſt cuius mortem Regna* (ſcilicet Franciæ, Teutoniæ, Burgundiæ, Italiæ, Lotharingiæ, Prouinciæ, &c.) *quæ eius ditioni paruerãt, veluti legitimo deſtituta herede, in partes à ſua compage reſoluuntur, & iam non naturalem Dominum* (ſc. ex ſtirpe Carolina) *præſtolantur, ſed vnumquodq; de ſuis viſceribus Regem ſibi creari diſponit. Quæ cauſa magnos bellorum motus excitauit: non quia Principes Francorum deeſſent, qui nobilitate, fortitudine & ſapientia Regnis imperare poſſent; ſed quia inter ipſos æqualitas generoſitatis, dignitatis ac potentiæ diſcordiam augebat, nemine tantum cæteros præcellente, vt eius dominio reliqui ſe ſubmittere dignarentur*, &c. Eodem ſpectant verba illa Michaelis Mœſorum Regis ad affinem ſuum Andronicum Imperatorem Conſtantinopolitanum, ſubiectionem ab eo exigentem ratione ditionum ac terrarum, quas ab Imperatore accepiſſet nomine coniugis; *Cum ipſe quoq; Rex ſit, abſurdum videri, in alterius Regis arbitrio eſſe*: vt ſcribit Cantacuzenus *lib.* 2.

8. Inſtat rurſum Engelbrechtus, ſi ius primogenituræ antiquitus in vſu fuit, nihil ſpecialibus in eam rem cõuentionibus opus fuiſſet. Nos litem lite reſoluemus: ſi ius primogenituræ per Auream Bullam in Electoratibus fuit ſtabilitum, quid ſpecialibus eam in rem pactis & conuentionibus opus fuit in familijs Regum Bohemiæ, Comitum Palatinorum, Ducum Saxoniæ, & Marchionum Brandenburgiæ? Cur, quæſo, niſi quia, vt iura illa antiqua inter Principes vniuerſos, ita ius Aureæ Bullæ inter Electores ex ea, quam dixi, cauſa nonnunquam fuere turbata? Nec conuentiones illæ aliud ſunt, quam explicatio quædam moris illius antiqui iuris generalis & conſtitutionum Imperij; Arniſæus *de Republ. lib.* 2. *c.* 2. *ſect.* 7 *n.* 51. & *n.* 65.

9. Quid multis? Dic nobis, amabo, Engelbrechte, num putes iure Francorum non vixiſſe priſcos illos Francos Germanos? Si non vixerunt, non fuiſſe Francos oportet: quod ridiculum foret affirmare: ſi vixerunt, ergo tuis ipſius verbis fateare neceſſum eſt, ius primogenituræ iam tum in vſu apud Germanos fuiſſe.

CA-

CAPVT XVI.

De Comitum Palatinorum, S. Romani Imperij Electorum, ſucceſſione & primogenitura.

1. DVo hic præiudicia afferuntur, quæ in rem iudicatam iure proximitatis & ætatis abierunt. Primum eſt, quum Adolpho Electori fratres, Rudolphus II. & Rupertus I. excluſo nepote ſucceſſerunt; Henricus Rebdorffenſis in *Chronic. anno MCCCXIX.* & hoc ideo, quia Adolphus primogenitus etiamdum viuens Electoratum fratri Rudolpho ceſſerat, vt filius eius hereditare non potuerit, quod pater amplius non poſſidebat: Gregor. Lopez in *Partit. lib. 9. tit. 1. part. 2.* Nic. Boërius in *Conſuetud. Bituricenſ. tit. 11. §. 2. fol. 137. col. 2. in med.* Hierony. à Cæuallos *Pract. quæſt. commun. contra commun. tom. 3. q. 762. num. 146. in addit. fol. 311.* Molina I C. *de Hiſpan. primig. lib. 3. cap. 7. num. 2.* Menochius *de Præſumpt. lib. 4. præſ. 95. num. 7. verſ. declaratur in caſu ſimili, & conſil. 403. num. 57. & ſeqq.* Mandellus *conſil. 60. nu. 11. vol. 1.* Hondedeus *conſil. 70. n. 38. vol. 2.* Petrus Surdus *conſi. 403. nu. 57. & ſeqq.* Alexander Raudenſis *conſil. 30. nu. 158. volum. 2.* Abſque quo fuiſſet, facile accedimus ad Zeſchlini, Freheri, Beſoldi & Engelbrechti ſententiam, opinantium magnam nepoti iniuriam fuiſſe à patruis factam: quia tum indubie nepos patri ſuo Adolpho proximior hæres exſtitiſſet. at quum proximitas ſpectetur ratione vltimi poſſeſſoris, vt ſuperiori libro docuimus fratrem ſane Rupertum nemo negabit proximiorem nepote heredem eſſe declaratum.

2. Neque hic diſputabimus, an Adolphi renunciatio valere potuerit in filij ſui detrimentum, quod negant Engelbrecht. *num. 91.* & Beſoldus *Diſput. nomicopolit. de ſucceſſ. Reg. lib. 1. diſſ. 10. num. 5.* aſſerit autem veriori calculo Arniſæus *de Republic. lib. 2. cap. 2 ſect. 8. num. 17. in fin. & num. ſeq. num. 64. num. 80. ſect. 10. num. 22.* de hac ipſa Adolphi ceſſione: non, inquam, multum diſputabimus, quia pro Ruperto patruo contra Rupertum nepotem Imperatores Ludouicus IV. Bauarus & Carolus IV. Bohemus, ſententias tulerunt, non in priuato Cæſaris conſilio ſed cum Paribus Curiæ, & ipſorum Archiprincipum Electorum confirmatione. Quod cum præfracte neget Engelbrechtus, remitto

Digitized by Google

remitto eum ad Diploma Ioannis Regis Bohemiæ, & aliud Rudolphi Primi Electoris Saxoniæ, quibus Ludouici Imperatoris deciſionem pro patruo, tanquam Electores Imperij confirmarunt: apud Freher. in *tract. de legit. tut. curaq. Elect. Palat.* & Gevvoldum in *Antitheſi* &c.

3 A' quibus ſententijs Cæſareis, & Confirmationibus Electorijs, quum ſubinde prouocaret Ropertus nepos, & Imperatorem Carolum IV. pro reuiſione continuis ſupplicationibus interpellaret, tandem Imperator, volente etiam atque vrgente ipſo patruo, Colmariæ anno MCCCLIV. aſſidentibus ſibi Electoribus alijsque S. Imperij Ordinibus, repetito decreuit; *Quia quondam Illuſtris Rudolphus Comes Palatinus fuit Elector, & pari iure cum cæteris Electoribus habitus, idque ius vnice propter Palatinatum habuit, vt alius: iſte autem Rupertus Senior natu maximus eſt inter omnes Palatinatus heredes, Rudolfi prædicti frater & heres, eiusque ditiones, dominia & populi in ipſum reciderunt vna cum Electoratu*, &c. apud Freher *dict. loco.* Quod Decretum non ſine conſenſu cæterorum Electorum omnium fuiſſe publicatum, videlicet Gerlaci Moguntinenſis, Boëmundi Treuerenſis, Wilhelmi Colonienſis, Archiepiſcoporum: Rudolfi Saxoniæ Ducis, Ludouici Romani Marchionis Brandenburgici, quos & totidem Diplomata Cæſareo conſona ſuper ea re edidiſſe, teſtatur idem Freher. *dict. l.* Qui Ludouicus Marchio quum fuerit Ludouici Imperatoris filius (vt volunt) tertiogenitus, Stephanique frater germanus, vix creditur voluiſſe tam faciliter iuri cum ſuo tum fratris in Electoratu præiudicare, ſi lis ea agitata fuiſſet inter Rupertum Seniorem & Stephanum, vt affirmat Engelbrechtus.

4. Sed inter quos lis ea verteretur, ſatis indicat tranſactio trinam Cæſaris ſententiam tandem ſubſecuta, & ab ipſo Cæſare confirmata, in cuius reſcripto nulla Stephani patruelis fit mentio, ſed patrui tantum & nepotis, id eſt, duorum Rupertorum. Quod igitur ſententia non exprimit, nec vel tantillulum ſubindicat, nobis inter partes actitatum fuiſſe quomodo perſuadebis?

5. Neque verum eſt, neque veriſimile, quod Engelbrechtus ſubijcit, nepotem ſibi poſt mortem patrui, ius ſucceſſionis adeo reſeruaſſe, vt quocunque caſu, ſiue patruus liberos relinqueret ſiue non, ſemper tamen ſucceſſio ſibi ſalua eſſet. Quæ verba è diametro pugnant,

Digitized by Google

tam cum Decreto Cæſaris, quod pro patruo poſſeſſore eiusq; poſteritate in Comitijs Norimbergenſibus publicauit, & ipſa adeomet Aurea Bulla, quæ patri poſſeſſori filium ſubſtituit, quam cum reſcripto confirmatorio, in quo conditio illa reſeruatoria eſt tantum ſynallagmatica, & vltro citroque concepta in caſum orbitatis. En tibi ipſa verba: Jn ſulcher Beſcheidenheit / were das Sache / daß der obgenandte Hertzog Ruprecht der Elter an Lehenserben ſtürbe / daß denn Fürſtenthumbe / ꝛc. mit ſampt der Stimme vnd Küre an der Wale ꝛc. vff den egenanten Hertzogen Ruprecht den Jüngern / vnd ſeine eheliche Erben ledekliche vnd vngehindert vallen ſullen. Vnd daſſelbe ſul auch hinwider geſchen den vorgenanten Hertzogen Ruprecht dem Eltern vnnd ſeinen Erben / ob der obgenandt Hertzog Ruprecht der Jünger an Lehenserben ſtürbe. In caſu vero liberorum ordinatum eſt vtrimque in hunc modum: Were das Sache / daß jhr einer alſo verſchiede / daß er Lehenserben lieſſe / die jhre Jahr nicht hetten / ſo ſoll der ander derſelben Erben Vormund ſin in allen Sachen / wie die genandt ſinn / vnnd an die Zeit / biß daß ſie mündig werden: vnd benamen an der obgenandten Küre / vns an die Zeit / daß der Elteſte vß denſelben Erben achtzehen Järige werde ꝛc. vnſchedenlich doch jn beyden / vnd jhr beyder Erben an jhren Rechten. Wann aber derſelbe eltere Son achtzehen Jahr alt werdet / zu hand ſoll jhm derſelbe Vormundte aller Landt / Herſchaffte / Wirdigkeit / Ere / vnnd andere Rechte / nutzen vnnd Zugehörungen / die er als ein Furmunder ingenommen hat / an alle Widerrede / Fürzog oder Hinderniſſe abtretten / vnd jn die inantwürten / an Geuerde. Vbi vides, hunc quoque caſum eſſe παράλληλον, & tantundem ſibi iuris patruum in nepotis liberos, quantum nepos in patrui liberos, reſeruaſſe, vt ſcilicet tutela & adminiſtratio neutri debeat præiudicare aut vllam importare proprietariam poſſeſſionem, ſed officium modo temporarium, vt eſt in Aurea Bulla conſtitutum. Et verba ſunt accipienda ſecundum ſubiectam materiam. Loquitur autem ibi tantum de tutela & adminiſtratione, non de ſucceſſione. Nec obſtat conditio, quæ interponitur in hæc verba: Wehre auch daß der egenant Hertzog Ruprecht der Elter ſtürbe / vnd Lehenserben lieſſe / ſo ſoll der egenante Hertzoge Ruprecht der Jünger / oder ſeins Lehens Erben /

Digitized by Google

Erben / vmb die egenandte Stimme vnnd Kur an jren Rechten ſtenglicher wiſe als vff dieſen heutigen Tag / vnnd ſol jn ſulche Gewer / als Hertzog Ruprecht der Elter ſin Vetter herbracht hat / vnd noch hat / keinen Schaden bringen / an Geuerde Hæc namque conditio non eam vim habet, vt Rupertum Iuniorem præferat poſſidentis Electoris filijs legitimis, ſed Ordinem ſucceſſionis confirmet in Aurea Bulla ſancitum, iuxta quem nepos iſte, deficientibus patrui liberis, primam proximamque cauſam in ſucceſſione nacturus ſit, nihil officiente patrui poſſeſſione, cuius forte præiudicium alius quidam Senior agnatus, licet remotior, in exemplum allegare poſſet. Quæ omnia ita eſſe, vti autumamus, fidem facit reſcriptum eiusdem Cæſaris pro patruo Ruperto ſeniore datum Norimbergæ in comitijs, productum à Frehero in *d. tract. de tutel.* cuiusque mentio fit in Pactis hereditarijs Comitum Palatinorum anno M D L I. repetitis, vbi vocatur ein Rechtlich Decret / *iuſtum decretum, cum omnibus alijs eccleſiaſticis & ſecularibus ſacri Imperij Electoribus, Nurenbergæ communi & vnanimi conſenſu ſuper Palatinatu, voce, poteſtate & dignitate Electura, eius prouincijs* &c. *interpoſitum & pronuntiatum*, &c. apud Zeſchlinum *de Tutel. Elector. legit. &c. cap. 1. fol.* 47

6. Quid multis? nonne rem nouiter iudicatam in conſimili plane caſu pro ſe habuit Rupertus patruus? Namque Ioanne Duce Bauariæ Inferioris abſque liberis defuncto, Adulphus Elector pater Ruperti nepotis, Ducatum Principibus orbum ambijt: ſed repulſam paſſus totum Ludouico IV. Imperatori patruo, vtpote qui vno gradu prior erat, reliquit, vt teſtatur Eli. Reuſnerus in *Baſilic. genealog fol.* 214. iuncto Allizio in *Stemmat. Princip. Chriſtian. n.* 29.

7. Alterum præiudicium eſt Friderici II. Electoris, qui nepotibus ſuis Ottoni Henrico & Philippo in ſucceſſione fuit prælatus, iure an iniuria, non eſt noſtrum decernere: & ordinem ſucceſſionis in Aurea Bulla præſcriptum iam antea explicauimus. Saltem hoc dicimus, Philippum Patrem, Ludouicum & Fridericum filios, omnes tres Electores, Auream Bullam, Decretum Caroli IV. pro patruo, & Sigismundi Declarationem ita intellexiſſe, vt inter collaterales, cuiusmodi fuit hic caſus, vbi de fratris ſucceſſione agebatur, patruum nepoti anteponendum eſſe putauerint, quod is eſſet & proximior & ſenior agnatus.

8. Et Philippum quidem Electorem in conuentione cum filijs ſuper ordine ſucceſſionis inita Heidelbergæ anno Domini M D V. in die S. Laurentij, expreſſis verbis ſeſe ad Auream Bullam referre, cuius tenorem per omnia velit obſeruare, cuſtodire & ſequi. Quod ne ipſe quidem Engelbrechtus potuit diffiteri. Triennio poſt idem Philippus Teſtamentum condidit, in quo conuentionem illam ratificat & confirmat hiſce verbis: Wo aber ſich die Ding ſchicken / daß vnſer Sohne Hertzog Ludwig vor oder nach vnſerm Abſterben Tods abgieng / vnnd nicht ehlich Leibserben Mannliches Geſchlechts im Leben ließ / ſo ſol vnſer Sohn Hertzog Friederich der Churfürſt vnnd vnſer Erbe ſeyn / mit der Vorſehung ſeiner Brüder vnd Bruders Kind / wie obſtehet. In gleichem falle / ob vnſer Sohn Hertzog Friederich ehe / dann Hertzog Ludwig / ohn ehlich Leibserben abgieng / ſo ſoll Hertzog Ludwig / ſo der im Leben wehre / der einige Churfürſt / vnd Erb ſeyn. Ob auch die gemelten vnſer Söhne / Hertzog Ludwig vnnd Hertzog Friederich / beyde ohn ehlich Leibs Erben Mannsgeſchlechts abgiengen / vnnd alle andere vnſere Söhne ſich ſo weit in Geiſtlichen vnnd Prieſterlichen Stande begeben / daß jhr keiner Weltlich ſeyn möchte / ſo ſoll Hertzog Ott Heinrich vnſer Enckel / oder ob der darmals auch nicht wehre / Hertzog Philips ſein Bruder / der Churfürſt / vnnd vnſer Erb ſeyn / Laut vnd Vermöge der Güldin Bull / vnnd der Pfaltz Freiheit / id eſt, *iuxta tenorem Aureæ Bullæ & Priuilegiorum Palatinorum.* Per *priuilegia* autem intelligit Reſcriptum Caroli Quarti, & Declarationem Sigiſmundi. Et hic eſt Philippus, Ludouici Barbati Electoris, Bullæ Sigiſmundinæ Imperatoris, nepos. Quibus nunc potior fides haberi debet, Zeſchlinone, Frehero & Engelbrechto, an tribus S. Romani Imperij Electoribus?

9. Fridericus ergo, qui nepotes ſuos excluſit, iure ſe feciſſe arbitratus eſt & ex vigore Aureæ Bullæ. Nec aliter tum ſentiebant vniuerſi & ſinguli Comites Palatini, qui Friderici ſucceſſionem iuſtam eſſe & legitimam vnanimi conſenſu pronuntiarunt, ipſis etiam Ottone & Henrico Philippo nepote ſubſcribentibus. Sic enim præfantur in Pactis hereditarijs annno M D X L V. confirmatis: *Quam laudabiliter Domus Electoralis Palatina à tot annis, qui hominum excedunt memoriam, de maioribus noſtris hucuſque ab vno ad alterum*

rum eorum, qui Comites Palatini ad Rhenum fuerunt & habitarunt, quibus ſcilicet de iure & æquitate, natura, & Aurea quoque Bulla, & aliis Imperialibus Edictis, competebat, in pacifico incremento conſeruata, & inſuper nobis propoſitum ſit, eandem non minus in futurum etiam foueri, inque priſtinis laudabilibus veſtigiis, conſuetudine & ſtatu penes hunc noſtrum ſtipitem & lineam Comitum Palatinorum Rheni valide & immote retinere, maxime vero operam dare, vt sereniſſimi quondam Cæſaris Sigiſmundi, piæ memoriæ, Regia primo, & deinde Cæſarea pronunciatio, edictum & decretum, à ſua Maieſtate cum ſacri Imperii Electoribus deſuper interpoſitum, inter cætera hoc continens, quomodo Electura, vox, dignitas, & poteſtas eligendi Romanorum Regem in Imperatorem promouendum, & officium Archidapiferiæ, cum omnibus & ſingulis eorum dominiis, terris, hominibus, priuilegiis & pertinentiis, perpetuis temporibus in hac noſtra linea Comitum Palatinorum Rheni, noſtrorumque heredum proximiorum, per lineam paternalem, ſucceſſione hereditaria, & paterna, ex ordine genituræ, manere & conſeruari debeat, &c. in tractatu, qui inſcribitur, Kurtze Anzeig / das dem Durchleuchtigſten Hochgebornen Fürſten vnnd Herrn / H. Philips Ludwigen Pfaltzgrauen bey Rhein / ꝛc. der Titul vnnd Administration, &c. einig vnnd allein zuſtendig ſeye / *fol.* 66. & apud Zeſchlinum *de tutel. Elect. legitim. cap.* 1 *fol.* 42.

10. Quæ verba in Pactis hereditariis de anno MDLI. dilucidius adhuc explicantur in hunc modum: *Nos & omnes noſtros heredes ac ſucceſſores huius noſtri ſtipitis & lineæ eorum Comitum Palatinorum, qui à laudata & pia memoria Electore Palatino Rudolpho, & conſequenter à Rege Ruperto, maioribus noſtris, deſcendunt, quamdiu illa linea diuinæ prouidentiæ benignitate duratura eſt prædictam Electuram cum Electoratu Palatino Rheni & Bauariæ, eiusque pertinentiis & annexis terris, hominibus, officio Archidapiferiæ, Vicariatu, & aliis cohærentibus iuribus, dignitatibus, priuilegijs, quomodo ea omnia à noſtris quondam maioribus ad nos laudabiliter deuoluta, & modo ad nos Palatinum Fridericum hereditatis iure delata & continuata ſunt, ita coniunctim, indiuiſim & inſeparabiliter in hac noſtra linea, ſecundum tenorem ſæpe dictæ Aureæ Bullæ, Imperialium & Electoralium Decretorum, edictorum & ordinationum, iuſto & legitimo ordine ſucceſſionis ſeruata, ad proximum ſanguinis heredem, deferenda, poſſidenda & adminiſtranda perpetuis temporibus apud nos conſeruaturos, nec vnquam paſſuros vel facturos*

8. Et Philippum quidem Electorem in conuentione cum filijs ſuper ordine ſucceſſionis inita Heidelbergæ anno Domini M D V, in die S. Laurentij, expreſſis verbis ſeſe ad Auream Bullam referre, cuius tenorem per omnia velit obſeruare, cuſtodire & ſequi. Quod ne ipſe quidem Engelbrechtus potuit diffiteri. Triennio poſt idem Philippus Teſtamentum condidit, in quo conuentionem illam ratificat & confirmat hiſce verbis: Wo aber ſich die Ding ſchicken/ daß vnſer Sohne Hertzog Ludwig vor oder nach vnſerm Abſterben Tods abgieng/ vnnd nicht ehlich Leibserben Mannliches Geſchlechts im Leben ließ/ ſo ſol vnſer Sohn Hertzog Friederich der Churfürſt vnnd vnſer Erbe ſeyn/ mit der Vorſehung ſeiner Brüder vnd Bruders Kind/ wie obſtehet. In gleichem falle/ ob vnſer Sohn Hertzog Friederich ehe/ dann Hertzog Ludwig/ ohn ehlich Leibserben abgieng/ ſo ſoll Hertzog Ludwig/ ſo der im Leben wehre/ der einige Churfürſt/ vnd Erb ſeyn. Ob auch die gemelten vnſer Söhne/ Hertzog Ludwig vnnd Hertzog Friederich/ beyde ohn ehlich Leibs Erben Mannsgeſchlechts abgiengen/ vnnd alle andere vnſere Söhne ſich ſo weit in Geiſtlichen vnnd Prieſterlichen Stande begeben/ daß jhr keiner Weltlich ſeyn möchte/ ſo ſoll Hertzog Ott Heinrich vnſer Enckel/ oder ob der darmals auch nicht wehre/ Hertzog Philips ſein Bruder/ der Churfürſt/ vnnd vnſer Erb ſeyn/ Laut vnd Vermöge der Güldin Bull/ vnnd der Pfaltz Freiheit/ id eſt, *iuxta tenorem Aureæ Bullæ & Priuilegiorum Palatinorum.* Per *priuilegia* autem intelligit Reſcriptum Caroli Quarti, & Declarationem Sigismundi. Et hic eſt Philippus, Ludouici Barbati Electoris, Bullæ Sigismundinæ Imperatoris, nepos. Quibus nunc potior fides haberi debet, Zeſchlinone, Frehero & Engelbrechto, an tribus S. Romani Imperij Electoribus?

9. Fridericus ergo, qui nepotes ſuos excluſit, iure ſe feciſſe arbitratus eſt & ex vigore Aureæ Bullæ. Nec aliter tum ſentiebant vniuerſi & ſinguli Comites Palatini, qui Friderici ſucceſſionem iuſtam eſſe & legitimam vnanimi conſenſu pronuntiarunt, ipſis etiam Ottone & Henrico Philippo nepote ſubſcribentibus. Sic enim præfantur in Pactis hereditarijs annno M D X L V. confirmatis: *Quam laudabiliter Domus Electoralis Palatina à tot annis, qui hominum excedunt memoriam, de maioribus noſtris hucuſque ab vno ad alte-*

rum

rum eorum, qui Comites Palatini ad Rhenum fuerunt & habitarunt, quibus ſcilicet de iure & æquitate, natura, & Aurea quoque Bulla, & aliis Imperialibus Edictis, competebat, in pacifico incremento conſeruata, & inſuper nobis propoſitum ſit, eandem non minus in futurum etiam foueri, inque priſtinis laudabilibus veſtigiis, conſuetudine & ſtatu penes hunc noſtrum ſtipitem & lineam Comitum Palatinorum Rheni valide & immote retinere, maxime vero operam dare, vt ſereniſſimi quondam Cæſaris Sigiſmundi, piæ memoriæ, Regia primo, & deinde Cæſarea pronunciatio, edictum & decretum, à ſua Maieſtate cum ſacri Imperii Electoribus deſuper interpoſitum, inter cætera hoc continens, quomodo Electura, vox, dignitas, & poteſtas eligendi Romanorum Regem in Imperatorem promouendum, & officium Archidapiferiæ, cum omnibus & ſingulis eorum dominiis, terris, hominibus, priuilegiis & pertinentiis, perpetuis temporibus in hac noſtra linea Comitum Palatinorum Rheni, noſtrorumque heredum proximiorum, per lineam paternalem, ſucceſſione hereditaria, & paterna, ex ordine genituræ, manere & conſeruari debeat, &c. in tractatu, qui inſcribitur, Kurtze Anzeig / das dem Durchleuchtigſten Hochgebornen Fürſten vnnd Herrn / H. Philips Ludwigen Pfaltzgrauen bey Rhein / ꝛc. der Titul vnnd Adminiſtration, &c. einig vnnd allein zuſtendig ſeye / *fol.* 66. & apud Zeſchlinum *de tutel. Elect. legitim. cap.* 1 *fol.* 42.

10. Quæ verba in Pactis hereditariis de anno MDLI. dilucidius adhuc explicantur in hunc modum: *Nos & omnes noſtros heredes ac ſucceſſores huius noſtri ſtipitis & lineæ eorum Comitum Palatinorum, qui à laudata & piæ memoriæ Electore Palatino Rudolpho, & conſequenter à Rege Ruperto, maioribus noſtris, deſcendunt, quamdiu illa linea diuina prouidentia benignitate duratura eſt prædictam Electuram cum Electoratu Palatino Rheni & Bauariæ, eiusque pertinentiis & annexis terris, hominibus, officio Archidapiferiæ, Vicariatu, & aliis cohærentibus iuribus, dignitatibus, priuilegijs, quomodo ea omnia à noſtris quondam maioribus ad nos laudabiliter deuoluta, & modo ad nos Palatinum Fridericum hereditatis iure delata & continuata ſunt, ita coniunctim, indiuiſim & inſeparabiliter in hac noſtra linea, ſecundum tenorem ſæpe dictæ Aureæ Bullæ, Imperialium & Electoralium Decretorum, edictorum & ordinationum, iuſto & legitimo ordine ſucceſſionis ſeruata, ad proximum ſanguinis heredem, deferenda, poſſidenda & adminiſtranda perpetuis temporibus apud nos conſeruaturos, nec vnquam paſſuros vel facturos*

Digitized by Google

vllo modo, vt ea omnia aut quicquid eorum, ad alium perueniat, cadat, transferatur, aut deuoluatur, niſi ad eum eiusue heredes, ad quos ea inter nos diſpoſitione diuina, & iure hereditario ſecundum prædictas Bullas, edicta & ſanctiones, quamdiu vnus Comitum Palatinorum ex hac noſtra linea erit ſuperſtes, pertinet: apud eundem Zeſchlin. *d.c.*1 *fol.*49.

11. Deniquein Pactis hereditariis Heidelbergæ anno MDLII. ad incudem reuocatis, & tertiùm per eosdem Principes Palatinos cõmuni omnium ac concordi conſenſu repetitis, legitur; vſ Weiland vnſern lieben Brudern Pfalzgraff Ludwigen Churfürſten ſeliger gedechtnus/vnd nach ſeiner Liebten tödtlichen abgang vf vns Pfalzgraff Friderichen Churfürſten obgemelt/alß jetzregirenden Churfürſten gewachſen/ꝛc.

12. Hæc eſt omnium Palatinorum Comitum, etiam ipſorum Ottonis Henrici & Philippi fratrum, conſtans ac vnanimis confeſſio, qua libere teſtantur; Electoratum Palatinũ Friderico patruo deberi *de iure & æquitate, natura & Aurea quoq; Bulla, & aliis Imperialibus edictis*, &c. Cui atteſtationi nihil officit, quod eidem Friderico ſine prole maſcula defuncto ſucceſſit nepos Otto Henricus, excluſo fratre vltimogenito Wolfgango: quia id non ſuo aut legis, ſed iure adoptionis, & ceſſionis beneficio conſecutus eſt, nimirum à patruo Friderico Electoratus poſſeſſore in filium & heredem adoptatus: Elias Reuſnerus in *Baſil. genealog. fol.*217. & ex ſpontanea ceſſione patrui Wolfgangi, nach ausweiſung zwiſchen vns aufgerichter verträg / ceu legitur in dictis *Pactis hereditariis de anno MDLII.* Per adoptionem ergo Elector factus eſt Otto Henricus nepos eodem iure, quo Fridericus I cognomento Victorioſus patruus per arrogationem, qui arrogato ſupradicto Philippo nepote Electoratum Palatinum eius nomine obtinuit, quoad vixit.

13. Offuciæ ſunt, quæ de Friderici Simmerenſis vocatione finguntur. Is enim & proximior & ſenior fuit Comes Palatinus Rheni pro eo tempore. Itaque iuxta Aureæ Bullæ decretum ei ſoli ſucceſſio, mortuo Ottone Henrico, debebatur. Natus enim anno MDXV. ipſis vndecim annis Wolfgangum Bipontinum propatruelem, & ita in pari gradu exſiſtentem, ſuperabat. Aliud ergo aliquod exemplum erit quærendum, quo demonſtretur factum fuiſſe vnquam, vt in linea tranſuerſa proximior & ſenior agnatus ab alicuius putatiuo priuilegio excluderetur.

Digitized by Google

tetur. Quod quam diu adferri non poterit fixa atq; immota ſtabit Aureæ Bullæ eiusdemq; Declarationū ex allatis noſtris præiudiciis interpretatio: nempe proximiorem & ſeniorem agnatum inter collaterales cæteris omnibus eſſe præferendum.

14. Id quod iam ante Aureæ Bullæ promulgationem Ludouicus Bauarus Imperator conſtituerat in *ordinatione* ſua *Patauienſi*, vt ſcilicet inter patrueles ſemper ſenior præferatur. Quod hac quidem in parte per Auream Bullam non eſt immutatum, ſed magis confirmatum, licet mutuitatio illa viciſſitudinaria in iure non ſuccedendi in Archiprincipatu Palatino, ſed el gendi Imperatorem & officio Archidapiferiæ, fuerit prudenter ſublata. Et rabula ſit oportet, qui mentem ſcribentium peruerſe calumniatur.

15. Porro notandum eſt, quod à quibusdam obiicitur, Academiã Heidelbergenſem pro ſtirpis & lineæ prærogatiua in facti ſpecie reſpõdiſſe, ex relatione Buxdorffii in *Diſput. ad Aur. Bull. th. 85. lit. f.* Quod falſum eſſe, docebit te ipſum Academiæ Reſponſum, cuius particula inde excerpta ſubiuncta eſt tractatui Iacobi à Saa in editione Hanouiana.

Capvt XVII.

De Ducum Saxoniæ, S. Romani Imperii Electorum, ſucceſſione & primogenitura.

1. IOhannes Primus eius nominis Elector Saxoniæ cõſortem habuit fratrem Albertum ſecundogenitū pari dignitate & poteſtate præditū, vt patet ex Diplomate Electorū, quo ratificantur donationes Põtifici Rom. factæ à Rudolpho Habspurgio Imperatore, apud Cardinal. Baroniū *Annal. eccleſiaſtic. tom. 10. anno 996. n.* 44. Rob. Bellarminum in *tract. de Translat. Imperii*, Nic Serarium *lib. 1. Moguntiac. rerū c. 26.* & in Goldaſti *Collect. conſtit. Imperial. tom. 1. an.* 1279. Cuius conſortii iure, & fratris primogeniti conceſſione, Albertus eo defuncto, Electoratum ſolus retinuit, remotis ex primogenito nepotibus, quib. Inferior Saxonia ſiue Ducatus Lavvenburgius in ſortem ſuæ hereditatis ceſſit; Henninges in *Genealog. fol.* 173. & *fol.* 170. Allizius in *Stemmat. Princip. Chriſtianor. num.* 30. Atque ita Albertus, vt iuſtus ac legitimus poſſeſſor, Electoratum in prole ſua confirmauit & propagauit, fruſtra contradicentibus Ioannis primogeniti poſteris. Quibus quia ius ad

Electora-

Digitized by Google

Electoratum Saxoniæ Dn. Engelbrechtus largitur, idem fieri nequit, quin Illuſtriſſimæ Domui Miſnenſi, quæ nunc Dei gratia & benignitate Electoratui laudabiliter præeſt, abdicet atque adimat, vt iniuſtis vſurpatoribus, eosdemq; Duces Lavvenburgios ex Decretis il.is Cæſareis in poſſeſſionem auitam reducat.

2. Ottonem fuiſſe Rudolphi I. Electoris ſecundogenitum, & Wenceslaum tertiogenitum, fide non hiſtoriarum, quibus cum ludere Engelbrechtus videtur, ſed Inſtrumentorum infallibilium ita euidenter demonſtrauit Illuſtriſſima Duciſſa Mater in ſuo lucuлentiſſimo ſcripto nuper edito, vt mera malitia ſit, id negare velle, quod in oculos hominum incurrit. Habemus ergo ſiue decretionem ſiue diſpoſitionem Cæſaream pro patruo contra nepotem in generalibus Imperij Comitijs tertio repetitam.

3. At, regerit Engelbrechtus, res tum non agebatur inter patruũ & nepotem, ſed inter Electorem Saxoniæ & Ducem Lavvenburgium. En rurſum pro Illuſtriſſimis Ducibus Inferioris Saxoniæ pugnat contra poſſeſſionem ſereniſſimi Electoris nunc regnantis, & legitimam vniuerſæ familiæ Miſnicæ ſucceſſionem. Adeo nos tranſuerſos agit contradicendi ſtudium. Verum amabo te, mi Engelbrechte, vel vnum verbulum oſtende, aut minimam aliquam ſyllabulam in omnibus illis Bullis & Reſcriptis Cæſareis ſuper ſucceſſione Electoratus impetratis, vbi aduerſæ partis Lavvenburgicæ vel tantillula mentio iniiciatur. Quod maxime tamen omnium in ſententiis & decretis definitiuis requiri, ignorare non potes, vel quotidiana praxi te edocente.

4. Relinquitur ergo, vt Reſcripta illa à Cæſarib. impetrata fuiſſe dicamus pro ſola Domo Electorali Saxonica. At, inſtat rurſum Engelbrechtus, nuſquam legitur Albertus nepos contra Wenceslaum patruum controuerſiam inſtituiſſe &c. Tanto potior nobis videri debet patrui cauſa, quod eam Imperatores in iis Bullis, quibus Auream Bullam interpretantur & explicant, ad preces poſſidentis Electoris, vltro atque ſponte comprobauerint & prætulerint. Et dubitabimus adhuc, quis ſit verus Aureæ Bullæ intellectus? Aut alium quæremus, qui nobis melius ac certius mentem Legis enodet, quam ipſummet Legislatorem? Quod ſi non placet ſpeciales iſtas Bullas Domui Saxoniæ conceſſas vocare Decreta, per nos licet appelles Diſpoſitiones, aut

Reſcripta,

Digitized by Google

Reſcripta, aut Diplomata, aut alio quolibet nomine: ſusque deque habemus. Eodem enim ſemper res recidet, vt quocunque te vertas, conſtringaris, & fateri cogaris, patruum tertiogenitum ab Imperatoribus Carolo IV. ipſius Aureæ Bullæ conditore, & Wenceslao filio Auguſtis, cum conſilio & conſenſu omnium & ſingulorum Imperii Electorum, etiam poſt publicatam Auream Bullam, fuiſſe nepoti ex ſecundogenito antelatum, & quidem ex vi ac ſententia ipſius Aureæ Bullæ.

5. Et ne putemus in Domo tantum Anhaldina iſtud iuris fuiſſe, habemus in ipſa quoque Miſnica familia memorabile præiudiciũ, cuius virtute Lantgrauiatum Thuringiæ hodieque obtinet. Notum eſt ex hiſtoriis, Hermannum Lantgrauium Thuringiæ & Haſſiæ duas coniuges habuiſſe; priorem Sophiam Palatinam Saxoniæ, ex qua ſuſcepit filiam Iuttam ſiue Iuditham, Theodorico Marchioni Miſniæ deſponſam: alteram item Sophiam Duciſſam Bauariæ, ex qua ſuſtulit quatuor filios, Ludouicum primogenitum, Hermannum in flore iuuentutis exſtinctum, Henricum Electum Romanorum Imperatorẽ, & Cunradum Magnum Magiſtrum Boruſciæ. Ludouico primogenito ex Eliſabetha Regina Hungariæ, quæ in Cælitum numero relata cum Diuis colitur, nata eſt filia vnica, nomine Sophia, Henrico Duci Brabantiæ in matrimonium elocata. Defuncto Henrico Rege Romanorum, qui fratri primogenito ſucceſſerat, ſine liberis (id contigit anno Domini MCCXLVIII) ſupererat Conradus frater vltimogenitus, qui, quod laicus non eſſet, ſuccedere minime poterat. Itaque hereditatem petebant Henricus Marchio Miſniæ, nepos eius ex ſorore Iutta; & Henricus Dux Brabantiæ, pronepos eius ex nepte Sophia, Ludouici primogeniti fratris filia. Controuerſia in iudicium relata, ab ordinib. prouincialibus, (quod Imperiũ tunc vacare diceretur) pronuntiatum fuit, ſucceſſionem Henrico Miſnio vt proximiori & ſeniori agnato deberi; Siffridus Presbyter Miſnenſis in Chronic. Auctor der alten Thüringiſchen Chronick *an.* 1248. Georg Fabricius *Orig. Saxon. lib.* 6. *f.* 579. Dau. Chytræus in *Saxon. anno* 1509 *fol.* 168. Petr. Albinus in *Chronic. prouinc. Miſniæ tit.* 15 *fol.* 191. Iohannes Becherer in *Chronic. Thuring fol* 275 Peccenſtein in *Theatro Saxoni, cap.* 3. *n.* 3. Riuander in *Chronic. Thuring.* Chytræus in *Saxonia, anno* 15.9. *fol.* 168. Henninges in

Tt *Genea-*

Genealog. fol. 15. El. Reuſnerus in *Baſil. geneal. fol.* 277. Et notatu dignũ eſt, quod Auctor der Alten Thüringiſchen Chronick in *anno* 1255. ſuper vtriusque Principis fundamento profert in hæc verba: Wie nun Frau Sophia des Hertzogs von Brabandt Gemahll ſahe / das keinn Römiſch Königk war / der ein Richter vber die Landtwehre / wardt ſie vnmutig / doch wardt ſie von etlichen Fürſten getröſtet / welche ſprachẽ / der Tochter Sohn wehre näher zum Lande denn der Schweſter Sohn. So ſagten auch etliche / das Landt wehre auß Königk Heinrichs munde geſtorben / vnnd ſolcher geweſſener Landtgraff erbete billicher das Landt auff ſeiner Schweſter Sohn / dann auff ſeines Bruders Tochter Sohne. Damit wardt Marggraff Heinrich zu dem Lande getroſt. Videndus omnino Fridericus Schmidt in der Thüring. Chronick / *anno Domini* 1255. *fol.* 99 iunctis *anno* 1248. *f.* 96. *b.* & *f.* 97. *b. in fin. an.* 1254. *anno* 1559 *anno* 1261, & *ſeq.*

CAPVT XVIII.

De conſuetudine & obſeruantia Aureæ Bullæ interpretatiua, ab exemplis & actibus anteceſſis ac ſubſecutis.

1. NIhil ad nos, inquit Engelbrechtus, quid ante Auream Bullam fuerit in more & inſtitutis Germanorum Principum poſitum. Quaſi vero Carolus IV. Imperator noua lege nouos mores introduxerit, & non potius id renouarit in conſtantioremq; & meliorẽ formam reduxerit, quod erat antiquitus obſeruari præceptum, vt ſupra *lib.* 2. *c.* 14. ex ipſius Imperatoris confeſſione latius diſſeruimus.

2. Quod & ipſum Rudolphus II. Imperator, feliciſſimæ memoriæ, in venditato illo à vobis, Dn. Engelbrechte, decreto Pragenſi, anno MDCVII tam claris & diſertis verbis teſtatur, vt mirum ſit te illus patronum & aduocatum audere inficiari, & ipſi Imperatori quodammodo falſimoniæ & mendacii crimen (quod horreſcimus referendo) impingere. Id ſi noſtrum quiſpiam feciſſet, qui non pauca in illius Decretu forma & proceſſu deſideramus, nonne cœlum terræ miſturus

Digitized by Google

ſtatus fueras, vt claſſicum in nos conclamares? Sed en tibi verba ipſa Decreti, ne quid confinxiſſe videamur: Alles mit mehrberurten zu'denen Bullen / ſo wohln vielen andern der Chur vnnde Fürſten zu Sachßen Alten vnnd Neuen *documentis* vnnd vhrkunden (. darauff ſich diesfals beide Partheyen referiret vnnd beruffen / Theils auch in vnſern Keyſerlichen *archiuis* vorhanden geweſen.) getreulich *conferiren* laſſen / vnnd endlich ſo viel befunden / Waßmaſſen von vhralters, hero im Chur vnnd Fürſtl. Hauße Sachßen vor vnndt nach Keyſer Carls des vierten / Jhars im tauſent dreyhundert vnndt ſechs vndt funfftzigk zu Nurnbergk auffgerichtet. Dann auch krafft einer andern ſonderbahren / von eben demſelben Kayßer Carl / dem gantzen Hauß Sachßen zu Franckfurt am Mayen / Jhars dreyzehenhundert ſiebentzigk ſechs ertheilten Gulden Bull / desgleichē allerhandt hierauff *in familia* furgetragenen *actibus*, *diſpoſitionibus*, vnd furſehungen / das *Ius primogenituræ*, mit ſeinen darzu gehörigen *prærogatiuis fundirt*, *exercirt* vnnd herbracht ſeye.

3. Quum igitur conſuetudo in vnaquaque regione & familia ſit omnium Dignitatum origo, forma & principium; Bartolus, & ex eo Thom. Milles *de Nobilit. politic.* quæ ſolita ſeruanda eſt, alioquin præſumitur impreſſio; Georg. de Eccleſia *Conſil.* 48. *nu.* 12. *inter conſil. feud. var. Doct.* etiamſi aliæ familiæ prærogatiuam hanc forte putatiuis & fictitiis primogenitis hodie tribuant, tamen in ſucceſſione Electoratus Saxoniæ, magis ius ipſius Saxoniæ, quam diſpoſitiones, quibus aliæ familiæ vtuntur, ſpectandum eſt; Cabotius *Var. iuris diſputation. lib.* 1. *cap.* 10. Actus enim eorum voluntarii finibus ſuis coercendi, nec in perniciem tertii ſunt extendendi; Bartolus in *l. Titium aut Mæuium*, §. *altero*, *D. de Adminiſtration. tut.* quia in materia ſucceſſionis, & præſertim in cauſis feudalibus, oportet ſequi leges & conſuetudinem patriæ, vbi feuda ſita ſunt, non pacta & diſpoſitiones ſingulares; Andr. Fauinus in *Hiſtor. Nauarræ libro* 7. *fol.* 397. Petrus Olhagaræus in *Hiſt. Foxenſi, Bearnenſi & Nauarræ lib.* 4. *in Henrico Borbonio XXI. Comite Foxenſi num.* 27. *in fin.* & *cap. vlt. num.* 18.

Digitized by Google

4. Habemus autem in Domo Saxonica & leges & conſuetudinē, quibus proximior & ſenior agnatus cæteris collateralib. præfertur: neque vnquā in vniuerſo Imperio Germanico obſeruatū eſt, vt aliter ſuccederetur in Electoratibus. Contra priſci illi Germani maluerunt aliquando patruo Principatum committere, extante licet vltimi poſſeſſoris filiolo impubere, quam videri voluiſſe quidquam aduerſus leges ſeniorem agnatum ſubſtituentes peccare. Quod quamuis minime ſit probandum, arguit tamen euidenter, hanc fuiſſe generalem Imperii conſuetudinem, vt non exſtantibus deſcendentibus in linea directa, proximior & ſenior agnatus ad ſucceſſionem Principatus vocaretur.

5. Et præiudicia quidem hactenus à nobis allata ſatis aperiunt mentem ac ſententiam Aureæ Bullæ eiusdemq; Declarationum. Quia qualitas ſucceſſionis declaratur actibus ſubſequentibus; *l. ſi ventri, D. de priu. cred.* Vincemala *Conſil.* 1. *nu.* 51. *& n.* 101. *inter conſilia feud. var. Doct.* Et exemplis ſolet declarari regula, iuxta *l. nonnunquam plura, D. de priuat. delict.* Car. Ruinus ad *l.* 4. §. *Cato, n.* 351. *D. de verb. oblig.* actusq; ſeu effectus ſubſequens declarat voluntatem præcedentem, vt in cauſa primogenituræ tradunt egregie Decius *Conſil.* 336. Alciatus in *Præſumption. reg.* 2. *præſ.* 26. Iohan Peil. in *Apodixi de ſucceſſ. Iuliac. verſ.* Welche alle alſo/ ꝛc. Auctor der Gründlichen wiederlegung der Neuburgiſchen Schrifften die Vormundtſchafft vnnd Adminiſtration in der Churfürſtl. Pfaltz betreffendt/ ꝛc. *fol* 90.

6. Nec eſt melior deciſio de mundo, quam aut ipſamet Caroli Bulla Declaratoria, in qua (vt de Ruperto Palatino nil memoremus) Wenceslaum patruum Alberto nepoti præfert: aut Philippi Electoris atteſtatio, &c. Nec certior obſeruantia interpretatiua poterit allegari, quam ea, quæ cum ipſa adeo lege, de qua quæritur, nata eſt, cum qui eā tulerunt, optimi ſuorum verborum interpretes fuerint partim præſenti, partim recenti adhuc rerum geſtarum memoria.

7. Quamobrē vbi expreſſus eſt textus vel publicum teſtimoniū Electorū Imperii, vt modo dicti Philippi Palatini, &c non opus eſt ampliori ſubtiliſatione Nam contra expreſſam legem inſurgere, nihil aliud eſt, quam ex errore in errorem deduci, arg *l. ſancimus, C. ad Trebel. l. vlt. C. de legib.* Deciſiones enim, quæ ſunt in terminis, ſunt ſecurio-

res

res; Albert. Brunus in *tract. ſtatut. exclud. fœmin. art. 6. q. 2.* Betſius *de pactis famil. illuſtr. cap. 6. fol. 149.* & ibi ceſſant omnia argumenta in contrarium; Homer. in §. *æque num. 14. Inſtit. de action.* Ideoque monemur laborare, vt inueniamus deciſionem in terminis; Alexander Imolenſ. in *l. ſed & ſi quis, §. quæſitum, D. ſi quis caut* Matth. Afflictus in *vſibus feud. in princ.* quia talem inuenire eſt eius, qui per fundum vadit, & non circa ripas hæret; Homer. *d. loc.* Felinus in *c. cum ordinem, de Præſcript.*

8. Et iuxta Aureæ Bullæ diſpoſitionem Philippi teſtamentum interpretandum eſſe, quod ſecundum eam ipſe loquatur iuxta Bullas Declaratorias loquentes de re, ſuper qua ipſe diſponit, notant Accurſius & Dd. in *l. quid ergo 29. verſ. voluntatis, D. de legat. 1.* quia voluntas teſtatoris ea præſumitur quæ de iure eſſe debet, vt dicit Bald in *l. 1 C de impub & alijs ſubſtitut.* Nam idem videtur velle teſtator, quod lex vel ſtatutum, vt tenent Bartol. & Dd. in *l. heredes mei, § cum ita, D. ad SC. Trebell.* & ſe aſtringere cenſetur legi loquenti de actu, ſuper quo ipſe diſponit, vt tradit Aimo Crauetta *conſil. 186. n. 9.* Iaſon in *l. 1. D. de vulg. & pupil. n. 45.* Afflictus *Deciſion. Neapolit. deciſ. 44. no. 20.* Decius *conſil. 155. n. 3.* Did. Rodericus *de coniectur. mente defunct. lib. 2. c. 3. §. 3. n. 3.* Quid multis? ipſemet Engelbrecht. fatetur, Philippum fundare ſuam diſpoſitionem in Aurea Bulla & cæteris Bullis Declaratorijs, *numero 132. & numero 135.*

9. Vnde concluditur, veritatem rei citius à fonte ipſo poſſe exanclari, & illos Imperatores, Electores, Principes atque Ordines, qui circa ea tempora vixerunt, rectius Auream Bullam & Conſtitutiones Declaratorias intellexiſſe, quam neſcimus qui homines hodie nati, qui demum poſt ducentos quinquaginta & amplius annos verum illarum intellectum promittunt, quum interea temporis in vtraque Electorali Domo, Palatina ſcilicet & Saxonica, terna illa præiudicia contigerint. Nec diſpicere poſſumus, qua ratione tam irrefragabilibus præiudicijs contradici ſine calumnia queatur: aut vbi tandem lateant iactitata illa tot contraria exempla, quæ nec fingi, nec pingi, nec oſtendi vſquam poſſunt.

10 Maneat ergo infallibilis ille Bullarum ſenſus, etiam in poſteris Ludouici Palatini & Rudolphi Saxonis, quos eſſe hypotheticos volunt, non eam eſſe deſcendentium & lineolarum ſeriem & catenam

priuilegiatam, quam Freherus, Zeſchlinus & Engelbrechtus contendunt, ſed proximiorem & ſeniorem agnatum pro tempore, in caſu nempe tranſuerſæ ſucceſſionis, inter illos quoque accipiendum, vt infra planius faciemus.

CAPVT XIX.

De Regum Siciliæ ſucceſſione & primogenitura.

1. REuertimur ad cætera rerum iudicatarum præiudicia vnde paululum digreſſi ſumus. Quibus aut vehementer fallimur, aut generalis obſeruantia eum primis illuſtrari debet. Sequemur autem ductum ipſius Engelbrechti, quem in ſua *Diſſertatione* inſtituit, ſic tamen, vt interim pro more noſtro, quæ ille diffuſim & neglectim ſparſerat, nos in vnum caput ordine conijciamus.

2. Et primo loco occurrit ſententia Bonifacij Papæ VIII. pro Roberto patruo, Caroli Regis Siciliæ filio ſecundogenito, aduerſus Carolum Regem Hungariæ, nepotem ex primogenito in vita aui prædefuncto. Huic ſententiæ, vt partiali & ex infeſto in Imperatorem animo profectæ, ait Engelbrechtus, fere omnes eius ætatis contradixiſſe. Et ex illis omnibus vnus producitur Baldus: qui vero tantum abeſt, vt ſententiæ Pontificiæ contradixerit, vt non dubitarit ſcribere, à Bonifacij Papæ declaratione recedere, nefas & temerarium fore, *l. in antiquioribus, C. de iure deliber. col. 6.* quin imo palam falſus ſit, hæreticum eſſe de iſta quæſtione diſputare, eo quia per decretalem ſit deciſum pro patruo, teſte Decio in *l. ex hoc iure, D. de iuſt. & iure.*

3. At nos auctores habemus longe & plures & potiores, qui Papæ decretum iuſtum & legitimum eſſe pronuntiare non dubitauerunt. Et primus quidem Bartholomæus de Capua I C. Siculus pro Rege Roberto *Conſilium* ſcripſit, quem fuiſſe magni nominis, & doctrinam eius colligi ex *commentarijs ad conſtitutiones Regni Siciliæ* tradit Theſaurus *Pract. quæſtion. forenſ. quæſt. 35. num. 41.* Deinde ipſum Decretum certatim laudare & comprobare calculis ſuis, & pro patrui Roberti iuſtitia pugnare aggreſſi ſunt Doctores noſtri, quos inter clarent Bartolus, qui putatur fuiſſe Aureæ Bullæ conceptor, in *auth. poſt fratres,*

fratres, C. *de legitim. hered.* Oldradus *Conſil.* 94. vbi dicit, quod de iure præſtantior ſit opinio, quæ facit pro patruo Roberto, & *conſil.* 224. Guillermus Benedictus in *cap. Raynutius verb. in eo teſt. relinquens, num.* 199. Ioh. Dilectus Durantes *de arte teſtandi, tit. de hered. inſt. caut.* 8. *num.* 2. Franc. de Porcellinis in *tract. de duob. fratribus, part.* 3. *num.* 11. Cynus in *l. Imperialis*, § *his illud, Cod. de ſecund. nupt.* Salycetus in *d.* §. *his illud, verſ. ex dictis infertur*, Baldus in *l.* 3. & 4. C. *de ſuis & legit.* Nicol. Abbas Panormit. *Conſil.* 3. *part.* 2. Alexander Imolenſis *Conſil.* 4. *num.* 14. *lib.* 4. *Conſil.* 204. *lib.* 2. & *conſil.* 129 Raphael Cumanus in *l. cum ita*, §. *in fideicommiſſo*, D. *de legat.* 2. Phil. Decius *conſil.* 1. & *conſil.* 127. *lib.* 5. Richard. Malumbrius in *l. ſi viua matre, Cod. de bon. matern.* Guymerius in *gloſ. Pragmat. ſanct. in proœm.* § *quibus, verb. primogenito*, Nicol. Boërius in *Conſuetud. Bituricenſ. tit.* 11. § 2. Sainſonius in *Conſuetud. Turonenſ. tit.* 25. *part.* 26. *concl.* 7. Nic. Mezzius *de feud. tit. de ſubſtant. vel requiſit. feud. n.* 69. Conrad. Vecerius in *vita Henrici VII. Imperat.* Pandolphus Collenutius *lib.* 5. *Hiſt. Neapolitan.* Paul. Æmilius *lib.* 9. *Hiſt. Franc.* Eman. à Coſta in *tract. de patruo & nep. part.* 3. *num.* 50. Aluar. Valaſcus *de iure emphyt. quæſt.* 50. *num.* 10. Ant. Theſaurus *Pract. quæſt. forenſ. d. quæſt.* 35. *num.* 11. Ludou. Molin. Ieſuita *de iuſt. & iure tom.* 3. *part.* 1. *tract.* 2. *Diſput.* 632. *nu.* 5. *verſ. prædicta confirmantur*, Stephanus Paſchaſius *lib.* 4. *de Recherches de la Fance, cap.* 18. Hieron. à Cæuallos *Practic. quæſtion. commun. contra comm. tom.* 3. *q.* 762. *nu.* 187. Gregor. Meſſanenſis *de ſucceſſ. feudi, par.* 4. *quæſt.* 10. *num.* 31. Michaël Ritius *de Repub. Siciliæ lib.* 3. Tiraquellus *de iure primigen.* Cuiacius *de feud. lib.* 2. *tit.* 11. *de grad. ſucced. in feud.* Bodinus *de Republ. lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 732. Betſius *de pact. famil. illuſtr. cap.* 6. *fol.* 149. Ant. Gama *Deciſ. Luſitan. deciſ.* 174. *num.* 14. Matta Neapolit. in *tract. de iuridict. part.* 1. *cap.* 26. *num.* 21. Anton. Gabrielius *commun. concluſ. lib.* 4. *de ſucceſſ. ab inteſtat. concluſ.* 2. *fol.* 395. Ludouic. Guion. Dolanus *lib.* 5. *Diuerſar. lect. cap.* 2. Atque ideo hanc Bartoli, à quo diximus Auream Bullam fuiſſe compoſitam, pro Roberto patruo opinionem eſſe magis comunem, tradunt Alexander Imolenſ. *d. conſil.* 4. *lib.* 4. & *conſil.* 54. *lib.* 3. Decius *conſil.* 443. Matth. Afflictus in *rubr. de ſucceſ. feud. n.* 88. Cuiacius *d. tit.* 11. Cæuallos *d. q.* 762. *n.* 187. & communiter approbatam à modernis Neapolitanis, aſſerit Bartholom. Camerarius in *repet. l. Imperialis.* § *præterea Ducat. de probib. feud. alien. fol.* 409. *n.* 35.

4. At

Digitized by Google

4. At enim, quærit Dn. Engelbrechtus, quid ergo cauſæ eſſe dicamus, quod idem Robertus, Caroli fratris primogeniti filium Andream adoptare maluerit, quam vt fratri Regnum poſt mortem traderet, &c. Quæro & ego viciſſim ex eodem, quid cauſæ eſſe dicat, cur idem Robertus Andream ſecundogenitum ſibi ſucceſſorem eſſe maluerit, quã Ludouicum primogenitum, cui alias ex contraria hypotheſi Regnum iure optimo maximo debeatur? Nugas agunt ipſis Siculis gerris vaniores, qui tam puerilia nobis occentant.

5. Forte tamen conſcientiæ morſu ductus Robertus Rex in negotio Comitatus Sancti Seuerini pro nepote iudicauit? Ita quidem vult Engelbrechtus: verum qui controuerſiam illam volunt fuiſſe non de aui, ſed patris poſſeſſione, quam frater iure maioratus ſibi vindicarit, omnem nobis ſcrupulum demunt. Alioquin ex legibus Siciliæ pro patruo eſſe iudicandum, ſuperiori libro non ſemel admonuimus. & ita ſe vidiſſe ſuccedente caſu fuiſſe per Magnam Curiam Caroli V. Imperatoris in Sicilia iudicatum, ſcribit Gregorius Meſſanenſis *de ſucceſſ. feudi, q. 10. n. 23.*

6. Ex quibus manifeſtum fit, quid de iudicio Clementis VI. Papæ ſentiendum ſit, qui Ludouico Tarentino Principi Regnum Siciliæ ex cauſa proximitatis adiudicauit. Quam ſententiam Pontificiam ſcelus illius æui criminatur Engelbrechtus: ſi, vt Papæ Romano inuidiam conflet, nemo (opinamur) in Saxonia contradicturus eſt.

7. Matthæus de Afflictis, in quo tantum feſtum facit Dn. Engelbrechtus, nihil definit in *d. rubr. 24. lib. 3. Conſtitut. Sicil.* quæ eſt conſtitutio Friderici II. Imperatoris, ſed diſcrepantium Doctorum ſententias tantum recenſet. Rem vide: *Dicit hic Andr.* (inquit) *in 2. col. quod primogenitura conſideratur, quando ſucceditur patri, non quando fratri. Cui addo, quod idem conſuluit Ant. de Butr in conſ. 48. vbi expreſſe tenuit, quod vbi agitur de ſucceſſione tranſuerſali, non habet locum primogenitura inducta per repræſentationem, puta ſunt plures fratres: moritur primogenitus ſine filijs, ſuperſtite nepote ex ſecundogenito mortuo, & ſuperſtite fratre tertiogenito, nepos ex perſona ſecundogeniti fratris defuncti, qui ſi viueret, excluderet tertiogenitum. filius idemq; nepos non excludit tertiogenitum. Hoc voluit Ang. in conſil. 286. incip. factum, ſuper quo Conſilium poſtulatis &c. vbi tenet, quod nepos & frater pariter ſuccedunt in feudo prædicto fratri defuncto. Idem videtur tenere*

Ant.

Digitized by Google

Ant. in c.1. de grad. ſucceſſ. in feud. & dicit Alexand. de Imol. quod primogenitura non transmittitur ad poſteros primogeniti, niſi quando eſſet maior natu, in 1. vol. conſ. 123. in 1 col. Audiui, quod multi inſignes Doctores temporibus meis conſuluerunt pro iſta parte. Quæ poſtrema verba notentur contra Dn. Engelbrechtum. Deinde ſubiungit Afflictus ea, quæ priore parte omiſſa transſcribit idem Engelbrechtus. Tandem ijs recitatis, concludit ad hunc modum: *Non eſt meum inpræſentiarum determinare, vbi tanti patres ſunt in diſcordia, ſed determinet Rex, qui poteſtatem habet determinandi dubia occurrentia Iuriſtis.* Determinauit autem alibi, nempe in *comment. ad conſuet. feudor. in c. omnes filij. Si de feud. fuer. controuerſ. inueſt. & in cap. 1. verſ. & hoc facit, de ſucceſſ. feudi,* vbi determinat pro patruo, vt notatur in *Diſcurſu exoterico* &c. & annotauit Molinæus in *addit. ad Alexandr. conſil. 4. lib. 4. & in conſuetud. Pariſienſ.* §. 134. Arniſæus *de Republ. lib. 2. c. 2. ſect. 10. nu. 2 & num. 16.* Atq; ita euaneſcit locupletiſſimum illud, vti Engelbrechto videbatur, Afflicti non teſtimonium, vbi nihil atteſtatur, ſed nudum narratiuum. Et quæ fuerit tam ipſorum Regum, quam ipſius Afflicti, ſententia & declaratio, iam docuimus.

Capvt XX.

De Vandalorum Regum ſucceſſione & maioratu: vbi ſimul de parili aliarum gentium iure ſuccedendi.

1. Ætatis ratio in ſucceſſione Regnorum habita fuit non ſolum inter Vandalos, ſed in omnibus regionibus Septentrionalibus, vt ſcribit Procopius *lib. 3. de Bell. Vandal.* & ex eo Guyon. *lib. 5. Diuerſar. lect. cap. 2.* Bodinus *de Repub. lib. 6. c. 5. n. 732.* vbi dicit, eam legem maioribus noſtris Francis fuiſſe communem tam in Germania, quam in Gallia: vt ſcilicet repræſentatio primogenituræ neque in directa, neque in collaterali linea apud priſcos illos Germanos vſquequaque obſeruata fuerit; Steph. Paſchaſius *aux Recherches de la France lib. 2. cap. 16.* quia Germanorum legibus antiquis ſemper proximiori & ſeniori agnato ſucceſſio deferebatur; idem *lib. 4. cap. 18.* A quibus manarunt conſuetudines in Gallia, ceu apud Flandros, Picardos, Normannos, & ipſos Francos Lutetianos, vbi repræſentatio in linea directa non admittitur; Bodinus *d. lib. 6. c. 5.* Molinæus in *Conſuetud. Parij.*

Digitized by Google

2. Miror itaque Dn. Engelbrechtum ſcribere, Numidarum hoc inſtitutum eſſe, nec Germanis obtrudendum. Non enim victores à victis leges accipiunt, ſed ijs imponunt. Nec quia natura ius iſthoc alijs gentibus dictauit, proinde Germanis noſtris denegaſſe cenſenda eſt. Naturæ, inquam, communi quodam inſtinctu gentes humanę prærogatiuam ætatis vndiq; æquiorem & potiorem haberi voluerunt.

3. Et de Vandalis quidem, Germana gente, teſtantur Andr. Tiraquellus *de Iure primigen. q.* 40 *nu.* 8 & Ant. Peregrinus *conſ.* 39 *n* 18 *in fi.* dicentes, eorum ſucceſſionem iuſte ſeruari in maioratibus, in quibus filius aut maior ætate vocatur. Quibus concinit Franc. Hotomanus in *Controuerſ. de patruo & nep. cap.* 11. vbi ait, Leges eorum nominatim ætatis grandioris mentionem feciſſe, eiusq; in his cauſis rationem haberi voluiſſe, vt ea, quæ grandior eſſet, minori præferretur, nimirũ propter Regni adminiſtrationem in qua prudentiæ, vſus rerum & ætatis ratio habenda ſit. Eadem repetit *c* 31. Adde E. D. L. in *Apologia Catholica c.* 4. *n.* 4. Iuſtum Lipſium in *Monit. politic. c.* 4. *mon.* 3. *exemp* 4. Arniſæum *Politic. li.* 1. *c.* 9. *fol.* 220. Chriſtoph Beſold. *Diſput. nomicopolit lib* 1. *diſſ* 4. *n.* 10.

4. Pro quorum verbis Lex iſta Vandalorum attendi debet in ſecunda parte Aureæ Bullæ, in qua ſenior agnatus expreſſe vocatur. Verum in prima eius parte, vbi ius primigenium quæritur nulla huius ætatis ratio habetur, vt aliquoties in his libris meminimus.

5. Sic Lacædemoniorum Regnum fuiſſe primigenium aſſerit Cabotius *lib.* 1. *Var. diſp. c.* 11. & Hotoman. in *d. Controuerſ. de patruo & nep. cap.* 11. vbi Vandalos cum ijs comparat: & tamen Lacedæmoniorum Legibus, non extantibus deſcendentibus, proximiorem & ſeniorem agnatum fuiſſe nominatim vocatum ad ſucceſſionem, & ſolius ætatis maioris inter pares gradu rationem habitam, teſtatur idem Hottom. *d. cap.* 11. *& cap.* 31. & nos docuimus lib præcedenti.

6. Ruſſorum quoque ſiue Moſcouitarum Regnum, quem nos Magnum Ducatum appellamus, ex inſtituto gentis deferri primogenito, ſcribit Cromerus *lib.* 30. *de geſtis Polonor.* Sigis. Baro ab Herberſtein *lib. de reb. Moſcouit.* Cabotius *var. diſput. lib.* 1. *c.* 11. Arniſæus *de Republ. lib.* 2. *cap.* 2. *ſect.* 8. *num.* 35. & tamen in eo etiamnum hodie ſemper patruum præferri nepoti, & impuberi quidem etiam ei, cuius pater Principatum erat adeptus, ſcribit Bodinus *de Republ, lib.* 6, *cap.* 5, *num.* 731. Ludou. Guyon.

Digitized by Google

Guyon. *lib. 5. diuerſ. lect capit. 2.* Lipſius in *Monit. polit. capit. 4. mon. 3. exemp. 5.*

7. Iberis in Scythia, qui nunc Georgiani dicuntur, Rex eligebatur ſanguine propinquior; Strabo *lib. 11. Geograph.* Gramaye in *Hiſt. Aſiatic. in analect. antiquit. & conſuetud. Colchid. Alban. Iberiæ, &c. fol.* 479. Quin apud Proceres quoque & priuatos homines vnicuique agnationi ſenior per familias præerat; Strabo *d. lib.* 11. Gramaye *d. fol.* 479.

8. Conſuetudinem non abſimilem in Numidia & alijs Africæ partibus, quas Vandali occupauerant, & generatim apud Mauros fuiſſe, non negamus, & tradit Cabotius *d. c.* 11. *fol.* 66. Beſold. *d. diſſert.* 4. *n.* 11.

9. Quin hodieque in Maroci & Feſſæ Regno filios Regis ſecundum ætatis ſuccedere gradum ſibi inuicem, auctor eſt Hieron. Coneſtagius *lib. 1. & ſeq. de Portugal. & Caſtil. coniunct.* Iac. Aug. Thuanus *lib. 65. Hiſtor. fol.* 149. Eman. Meteranus *lib. 24. Hiſt. Belgic.* Beſtius *de pact. famil. illuſtr. cap.* 8. Beſoldus *d. diſſert.* 4. *n.* 11.

10. Apud Arabes, fratres in hereditate filijs præferuntur, quia natu grandiores; Alexander ab Alexandro *lib 6. Genial. dier. cap.* 10. Gramaye in *Hiſt. Aſiat. in analect. antiquit. Arab. ſect. 2. fol.* 527. Et in quadam Arabiæ parte ſeu inſula, quæ illi proxima eſt verſus meridiem, morem fuiſſe, vt in quolibet cætu (id eſt familia) ſenior alijs tanquam Rex, cui parent omnes, imperaret, ac poſt eum ſenior acciperet Principatum, memoriæ prodidit Diodorus Siculus *lib. 3. Biblioth. cap.* 13. Cardin. Palæotus *de Bono ſenect. part. 3. fol.* 264. Ioan. Boëmus Aubanus *de Morib. gent. lib. 3. cap. 25. fol.* 366.

11. Denique ne vel nouum orbem prætereamus, in Regno Mexicano patruis deferri hæreditatem, remotis nepotibus, tradit Fernand. Lopez in *hiſt. Mexic.* Gothardus Arthus *lib. 2. Hiſt. Indiæ gener. cap.* 76. Arniſæus *de Republ. lib. 2. c. 2. ſect.* 10 *n.* 23.

12. Et quanquam multa ſint, quæ in horum Regnorum ſucceſſionibus merito deſideremus ad iuſtitiæ lancem trutinari atque expendi, tamen viam nobis monſtrant, vbi proximior & ſenior agnatus in noſtro caſu ſit quærendus, inueſtigandus & inueniendus. Quo in caſu repræſentationem eſſe nullam attendendam, recte cum *Diſcurſu exoterico* cenſet doctiſſimus Beſoldus *dict. diſſert.* 4. *numero* 12.

CAPVT XXI.

De Angliæ Regum ſucceſſione & primogenitura.

1. Regnum Angliæ, quæ eſt Anglo-Saxonia, olim Britannia dicta, ſemper fuiſſe ſucceſſiuum, hereditarium & primogenium, aſtruit Pet. Rebuffus in *Declarat. feud. n.* 33. Cabotius *lib.* 1. *Var. iuris diſput. cap.* 11. Ioan. à Chokier in *Theſaur. politic. aphoriſmor. lib.* 1. *cap.* 2. *exempl.* 5. Arniſæus *de Republ. lib.* 2. *c.* 2. *ſect.* 8. *n.* 44. Ioan. Selden *Analect. Anglo-Britan. lib.* 1.

2. In quo patruum nepoti in linea tranſuerſa ſolitum præferri, teſtantur Franciſc. de Verona in *Apolog. pro Societate Ieſu in Gallia part.* 2. *cap.* 9. & Ludou. Guion. *lib.* 5. *Diuerſ. lect. cap.* 2. Quod ſi ergo patruus fuit prælatus, conſequum eſt, vt illa lex obtinuerit, quæ ex Sinitho, Betſio, &c. in *Diſcurſu exoterico* tangitur.

3. Porro de Richardi IV. Regis iuſtitia in Regni ſucceſſione, agedum, Engelbrechte, quando ita placuit, in ipſorum Anglorum arbitrium compromittamus Richardo II. Rege, cuius patrocinium Engelbrechtus ſuſcepit, per ordines Regni in generalibus comitijs abdicato, Regnum patruelis eius Henricus Dux Lancaſtriæ, vt proximior & ſenior agnatus ab Ordinibus repetijt. Neq; enim Richardus Regnũ in filium ſuum tranſmittere poterat, quod ipſe amplius nõ habebat, vt ſupra non vno loco monuimus. Qua de re ita ſcribit Thomas Walſingham in Hiſtor. Anglor. anno 1399. fol. 360. *Depoſito per Ordines Regni Richardo II. Rege, Henricus Dux Lancaſtriæ de loco ſuo ſurrexit, & ſtans erectus, vt videri poſſet à populo, & muniens ſe ſigno Crucis in facie & in pectore, inuocato Chriſti nomine, Regnum Angliæ ſic vacans cum Corona ac omnibus membris & pertinentijs vendicauit, ſub hac forma: In Dei nomine Amen. Ego Henricus de Lancaſtria, vendico Regnum iſtud cum Corona & omnibus membris illi pertinentibus, tanquam per Regium ſanginem veniens de Rege Henrico, & per iuſtitiam, quam Deus de ſua gratia mihi miſit, cum adiutorio conſanguineorum meorum & amicorum, ad recuperandum illud, quod Regnum erat in puncto perditionis ꝓpter defectum gubernationis, & legũ violentiã. Poſt quam quidem vendicationem, tam Domini Spiritales q̃ Temporales, & omnes Regni Status, cõceſſerunt vnanimiter vt Dux præfatus ſuper eos regnaret.* Vides

Lector,

Lector, Richardum fuiſſe propter tyrannidem iuſte depoſitum, & eius filio Henricum patruelem legitima ordinum ſententia in Regno antepoſitum; Lud. Guyon *lib.* 5. *Diuerſar. lect. p.* 2. vbi vocat eum Richardi fratrem ſecundogenitum. Qui poſtea eo nomine IV. Rex vnctus fuit à S. Thoma Cantuarienſi Archiepiſcopo, vt ſcribit Polyd. Vergilius *lib.* 20. *Hiſt. Angl.* & Walſingham *d. loc.*

4. Iam de Richardi Ducis Eboracenſis, qui Henrico VI. Regi ex familia Lancaſtrenſi dicam ſuper Regni iure ſcripſit, iuſtitiam cõtemplemur. Nam & eius ſeſe aduocatum Enchelbrechtus pollicetur. Genus, inquit, recta linea à Philippa filia & herede Leonelli Clarentiæ Ducis, duxit. Atqui Leonellus iſte fuit filius ſecundogenitus Edwardi III. Regis: quum Henricus VI. ex Iohanne tertiogenito deſcenderet. Ergo potior haberi iure ſuo voluit in Regni ſucceſſione. Qua in re dupliciter errat Aduocatus noſter: primum, quod fœminam maſculo; dein, quod remotiorem proximiori, contra Regni illius leges, præferendum fuiſſe cenſet. Sed rem geſtam conſideremus, vt ſcelerata huius Richardi impietas & ingratitudo omnibus innoteſcat, ne quis porro ſit, qui ſcelera illius æui (vt Aduocati noſtri verbis vtar) pro certa deciſione nobis obtrudere gliſcat.

5. Richardus Comes Cantabrigiæ. cui nupta erat Anna Mortimeria ſupradicti Leonelli neptis, ab Henrico VI. Rege propter rebellionem & crimen læſæ Maieſtatis proſcribitur; Froſſardus in *Hiſt.* Iacob. Francus in *Iehoua vindice, part.* 1. *n.* 22. Camdenus in *Britann. in deſcriptione Brigantum fol.* 590. vbi quæ hac de re ſcribit, operæ pretium eſt integra hic apponere, vt teſtem, quem Engelbrechtus pro ſe adduxit, etiam contra ſe teſtantem audiat. *Richardus*, inquit, *ſumma, ſed improuida Henrici VI. benignitate in integrum* (ex crimine læſæ Maieſtatis per patrem Richardum ſupra dictum commiſſo) *reſtitutus fuit, vt filius Richardi fratris Edvvardi Ducis Eboracenſis, & conſanguineus Edmundi Comitis Marchiæ. Iamque Dux Eboraci, Comes Marchiæ & Vltoniæ, Dominus de Wigmore, Clare, Trim, & Conaght, tantos ſpiritus aſſumpſit, vt Regnum, quod clandeſtino malis artibus, de Republica male adminiſtrata quiritando, ſeditioſos rumores & libellos famoſos diſſeminando, fœdera occulta incundo, tumultus imo & bella excitando, aliquandiu affectauerat; tandem contra Henricum VI. in ordinum conuentu publice ſuo iure poſtularet; vtiq;*

Qui filius Annæ, Mortuomariæ, ſororis & hæredis Edmundi Comitis Marchiæ, cui genus recta linea à Philippa filia & vnica hærede Leonelli Ducis Clarentiæ, filii tertij Regis Edvvardi III. & igitur liberis Ioannis Gandauenſis, qui quartus erat Edvvardi III. filius, iure optimo in Regni ſucceſſione præferendus. Cui cum reſponſum eſſet, Regni Proceres, ipſum Ducem in Regis fidē iuraſſe, Regnū Parlamentaria authoritate (quod notari velim) *Henrico Quarto & eius hæredibus delatum & confirmatū fuiſſe: Ducem aūt ipſum, qui ius à Duce Clarentiæ vendicat, digma ſeu arma Ducis Clarentiæ nunquā ſibi aſſumpſiſſe, & Henricum IV. Regnum iure ab Henrico III. repetito occupaſſe. Hæc ille facile eluſit. Iuſiurandum ſcilicet illud Regi ex iure humano factum neutiquā præſtandum, cum contra veritatem & iuſtitiā fuerit, quæ ſunt ex iure Diuino: haud opus fuiſſe authoritate Parlamentaria ad Regnum Lancaſtrenſib. deferendū, neque ipſos hoc voluiſſe, ſi quo Iure interentur: ab armis Ducis Clarentiæ, quæ ſibi Iure competerent, perinde ac à Regno vendicando conſulto eo vſque abſtinuiſſe: ius autem illud ab Henrico III. repetitum eſſe ridiculum ad iniuriam velandam, & nulli non exploſum. Hæc licet pro Eboracenſi Duce exploratiſſimi erant iuris, prudenti tamen conſilio ad imminentium periculorum remediū ita temperata res eſt, vt Henricus VI. ad vitam Regno vteretur, frueretur; Richardus Dux Eboracenſis Regni hæres & ſucceſſor deſignaretur, interpoſita cautione, vt neuter in alterius perniciem quicquam moliretur. Sed eousq; ambitio Ducem ſtatim præcipitem egit, vt dum ſpes ſuas anteire pararet, exitiabile illud bellum inter Lancaſtrenſem & Eboracenſem familiam, Alba & Rubra roſa ſymbolis diſtinctam concitarit. Quo ipſe mox ad Wackefeldiam occubuit; Henricus VI. quater captus tandem Regno & vita ſpoliatus fuit: Edvvardus Comes Marchiæ, Richardi filius Regnum obtinuit, eodemque deturbatus, denuo recuperauit (ſic Fortuna inconſtans & ludibun da attollendo & premendo ſibi ludos facit) Regij ſanguinis Principes plurimi, & proceres ſplendidiſſimi è medio ſublati, hæreditaria illa & opulenta Regum Angliæ in Gallia prouinciæ amiſſa, Hibernia neglecta & efferata, opes Regni omnino acciſa, & miſellus populus nullo non calamitatum genere obrutus, Edvvardus autem in ſolio confirmatus, & eius nominis in Regnum ſerie Quartus Richardo filio ſecundo Ducatus Eboracenſis titulum contulit, qui cum Rege fratre à Richardo tyranno patruo tenella ætate fuit extinctus.* En tibi dignum patella operculum, & meritas poenas perfidiæ atque iniuſtitiæ. Et has tamen patrocinatum ibimus?

6. Sed

6. Sed pergamus ſcelera Eboracenſium, Engelbrechti noſtri eliē tum, perſequi. Scribit E. S. Anglus *lib. 3. de Reb. geſt. Britan. fol.* 105. de Richardo illo Eboracenſi: *Nobilis ac vetus gladiator, qui iam pridem ſibi viam ad Regnum ſanguine muniuiſſet, ne horum quidem* (ſcil. nepotum ex fratre Rege) *ſorbere ſanguinem religioni habet. Immo vt id, quod animo turpiſſime propoſuerat, celerrime conſequatur, omnia diuina atque humana iura commiſcet, tribus ſe vno tempore nefandis ſceleribus polluit, matrem infamem, fratrem ſpurium, nepotes Regni & vita exhæredes facit. Ad has res conficiendas hominem audacem atque improbum Shaum ſacerdotem ſubijcit: dat huic negotium, vt in concione, cui ipſe totaque Nobilitas intereſſet, fratrem ſuum Edoardum IV. adulterio conceptum, nec iuſte natum fuiſſe, eaque cauſa imperium ipſum, nec eius iam liberos, quos in ſua tutela paruulos tenebat, iure obtinere, palam pro ſuggeſtu ad populum pronunciaret. Qua turpiſſima habita concione, Regnum ſine alio experiundi iure inuadit, pueros nepotes in cuſtodiam dat, ac non ita multo poſt ſe eorum fœdiſſima cæde cruentat.* Audiatur & Camdenus, qui in *deſcriptione Gloceſtriæ, fol.* 260 eiusdem Richardi facinora narrat his verbis: *Vltimus Gloceſtriæ Dux erat Richardus, frater Regis Edvvardi IIII. tertiogenitus, qui poſtea Richardi III. nomine Regnum, ſublatis ſcelere nepotibus, occupauit, & poſt biennium iuſto prælio cum vita amiſit: ſenſitque quod ſcelere quæſita potentia non ſit diuturna.* Et paulo poſt: *Cum ille Regni Protector iam declaratus nepotes ſuos Edvvardum V. Regem Angliæ & Richardum Ducem Eboraci tenellos in poteſtate haberet, Regnũ ſibi aucupaturus benignitate in plurimos profuſa, ſumma grauitate cum comitate ſingulari aſperſa, ſolita prudentia, iuſtitia æquabilitate, nec non ſubdolis artib. omniũ omnino animos, præcipue autem Iuriſprudentũ, ſibi conciliauit, & effecit, vt nomine Ordinũ Regni ſupplex ſibi exhiberetur libellus, quo maximopere contenderent, vt ad publicum Regni bonũ & populi ſalutem, Regnum capeſſeret,* &c. *Quare his & huiuſmodi, & atq; etiam diligenter perpenſis ipſum in Regem illo ſcripto, & vno omnium conſenſu libentes lubentesq; elegerunt, precibusq; & lachrymis proſtrati eius fidem implorantes obteſtati ſunt, vt Regna Angliæ, Frãciæ & Hiberniæ, ipſi iure hæreditario & ipſorũ Electione delata aſſumeret, & pro pietate patriæ iacẽti ſalutarem dextrã porrigeret. Omnem illi fidem, obſequium, ſtudiũ prolixe polliciti, ſi faceret. Hic libellus ſupplex ipſi exhibitus, priusquam Regnum capeſſeret, poſtea etiam in publico Ordinum Regni conuentu oblatus erat & approbatus, & eorum authoritate*

ſcitum

quæ filius Annæ, Mortuomariæ, ſororis & hæredis Edmundi Comitis Marchiæ, cui genus recta linea à Philippa filia & vnica hærede Leonelli Ducis Clarentiæ, filii tertij Regis Edvvardi III. & igitur liberis Ioannis Gandauenſis, qui quartus erat Edvvardi III. filius, iure optimo in Regni ſucceſſione præferendus. Cui cum reſponſum eſſet, Regni Proceres, ipſum Ducem in Regis fidē iuraſſe, Regnū Parlamentaria authoritate (quod notari velim) *Henrico Quarto & eius hæredibus delatum & confirmatū fuiſſe: Ducem aūt ipſum, qui ius à Duce Clarentiæ vendicat, digma ſeu arma Ducis Clarentiæ nunquā ſibi aſſumpſiſſe, & Henricum IV. Regnum iure ab Henrico III. repetito occupaſſe. Hæc ille facile eluſit. Iuſiurandum ſcilicet illud Regi ex iure humano factum neutiquā præſtandum, cum contra veritatem & iuſtitiā fuerit, quæ ſunt ex iure Diuino: haud opus fuiſſe authoritate Parlamentaria ad Regnum Lancaſtrenſib. deferendū, neque ipſos hoc voluiſſe, ſi quo Iure interentur: ab armis Ducis Clarentiæ, quæ ſibi Iure competerent, perinde ac à Regno vendicando conſulto eo vsque abſtinuiſſe: ius autem illud ab Henrico III. repetitum eſſe ridiculum ad iniuriam velandam, & nulli non exploſum. Hæc licet pro Eboracenſi Duce exploratiſſimi erant iuris, prudenti tamen conſilio ad imminentium periculorum remediū ita temperata res eſt, vt Henricus VI. ad vitam Regno vteretur, frueretur; Richardus Dux Eboracenſis Regni hæres & ſucceſſor deſignaretur, interpoſita cautione, vt neuter in alterius perniciem quicquam moliretur. Sed eouſq; ambitio Ducem ſtatim præcipitem egit, vt dum ſpes ſuas anteire pararet, exitiabile illud bellum inter Lancaſtrenſem & Eboracenſem familiam, Alba & Rubra roſæ ſymbolis diſtinctam concitarit. Quo ipſe mox ad Wackefeldiam occubuit; Henricus VI. quater captus tandem Regno & vita ſpoliatus fuit: Edvvardus Comes Marchiæ, Richardi filius Regnum obtinuit, eodemque deturbatus, denuo recuperauit* (*ſic Fortuna inconſtans & ludibunda attollendo & premendo ſibi ludos facit*) *Regij ſanguinis Principes plurimi, & proceres ſplendidiſſimi è medio ſublati, hæreditaria illa & opulenta Regum Angliæ in Gallia prouinciæ amiſſæ, Hibernia neglecta & efferata, opes Regni omnino acciſæ, & miſellus populus nullo non calamitatum genere obrutus, Edvvardus autem in ſolio confirmatus, & eius nominis in Regnum ſerie Quartus Richardo filio ſecundo Ducatus Eboracenſis titulum contulit, qui cum Rege fratre à Richardo tyranno patruo tenella ætate fuit extinctus.* En tibi dignum patella operculum, & meritas poenas perfidiæ atque iniuſtitiæ. Et has tamen patrocinatum ibimus?

6. Sed

6. Sed pergamus ſcelera Eboracenſium, Engelbrechti noſtri cli ẽ tum, perſequi. Scribit E. S. Anglus *lib. 3. de Reb. geſt. Britan. fol.* 105. de Richardo illo Eboracenſi: *Nobilis ac vetus gladiator, qui iampridem ſibi viam ad Regnum ſanguine muniuiſſet, ne horum quidem* (ſcil. nepotum ex fratre Rege) *ſorbere ſanguinem religioni habet. Immo vt id, quod animo turpiſſime propoſuerat, celerrime conſequatur, omnia diuina atque humana iura commiſcet, tribus ſe vno tempore nefandis ſceleribus polluit, matrem infamem, fratrem ſpurium, nepotes Regni & vita exhæredes facit. Ad has res conficiendas hominem audacem atque improbum Shaum ſacerdotem ſubijcit: dat huic negotium, vt in concione, cui ipſe totaque Nobilitas intereſſet, fratrem ſuum Edoardum IV. adulterio conceptum, nec iuſte natum fuiſſe, eaque cauſa imperium ipſum, nec eius iam liberos, quos in ſua tutela paruulos tenebat, iure obtinere, palam pro ſuggeſtu ad populum pronunciaret. Qua turpiſſima habita concione, Regnum ſine alio experiundi iure inuadit, pueros nepotes in cuſtodiam dat, ac non ita multo poſt ſe eorum fœdiſſima cæde cruentat.* Audiatur & Camdenus, qui in *deſcriptione Gloceſtriæ, fol.* 260 eiusdem Richardi facinora narrat his verbis: *Vltimus Gloceſtriæ Dux erat Richardus, frater Regis Edvvardi IIII. tertiogenitus, qui poſtea Richardi III. nomine Regnum, ſublatis ſcelere nepotibus, occupauit, & poſt biennium iuſto prælio cum vita amiſit: ſenſitque quod ſcelere quæſita potentia non ſit diuturna.* Et paulo poſt: *Cum ille Regni Protector iam declaratus nepotes ſuos Edvvardum V. Regem Angliæ & Richardum Ducem Eboraci tenellos in poteſtate haberet, Regnũ ſibi aucupaturus benignitate in plurimos profuſa, ſumma grauitate cum comitate ſingulari aſperſa, ſolita prudentia, iuſtitia æquabilitate, nec non ſubdolis artib. omniũ omnino animos, præcipue autem Iuriſprudentũ, ſibi conciliauit, & effecit, vt nomine Ordinũ Regni ſupplex ſibi exhiberetur libellus, quo maximopere contenderent, vt ad publicum Regni bonũ & populi ſalutem, Regnum capeſſeret,* &c. *Quare his & huiusmodi, & atq; etiam diligenter perpenſis ipſum in Regem illo ſcripto, & vno omnium conſenſu libentes lubentesq; elegerunt, precibusq; & lachrymis proſtrati eius fidem implorantes obteſtati ſunt, vt Regna Angliæ, Frãciæ & Hiberniæ, ipſi iure hereditario & ipſorũ Electione delata aſſumeret. & pro pietate patriæ iacẽti ſalutarem dextrã porrigeret. Omnem illi fidem, obſequium, ſtudiũ prolixe polliciti, ſi faceret. Hic libellus ſupplex ipſi exhibitus, priusquam Regnum capeſſeret, poſtea etiam in publico Ordinum Regni conuentu oblatus erat & approbatus, & eorum authoritate*

ſcitum

Digitized by Google

ſcitum & declaratum, iure diuino, iure naturali, Angliæ legibus & nunquam ſatis laudata conſuetudine Richardum legitima electione, conſecratione & coronatione fuiſſe & eſſe Regem Angliæ &c. indubitatum, & ad liberos ex eius corpore prognatos Regnum Angliæ &c. iure ſpectare. Vtque ex ipſo autographo loquar, authoritate Parlamenti pronunciatum & declaratum erat, omnia & ſingula in prædicta billa contenta eſſe vera & indubia, ac idem Dominus Rex de aſſenſu trium Statuum Regni, authoritate prædicta pro vero & indubio pronunciat, decernit & declarat. Hæc paulo fuſius expoſui, vt intelligatur, quid & quanta principis potentia, ſimulata virtus, Iuridicorum ſtropha, ſpes blanda, timor ſollicitus, nouarum rerum ſtudium, & ſpecioſi obtentus in prudentiſſimo ordinum Regni conuentu contra fas & ius efficere potuerint. Audiſne iſta, Clariſſime Engelbrechte, & porro tibi videbitur certa Parlamenti deciſio pro Richardo? Quæ ſi certa eſt, vicimus. Hic enim vides pro patruo contra nepotem pronunciari, decerni & declarari.

7. Verum nos ad certius Lancaſtrenſium ius in Regni ſucceſſione redeamus. De Henrico VI. Rege ita ſcribit Camdenus in deſcriptione Suthrey, fol. 214. *Chertſey monaſteriolum aliquandiu tumulus fuit ſanctiſſimi Regis Henrici VI. quem Regno deiectum Eboracenſis familia ſuſtulit, vt ſibi Regnum ſecure firmaret, & ſine vllo honore hic ſepulturæ tradidit. Verum illi poſtea Windleſoram translato, & in nouum mauſoleum illato, iuſta Regio more fecit Henricus VII. ſanctasque eius virtutes tantopere admiratus eſt (expreſſum enim erat Chriſtianæ pietatis & patientiæ exemplum) vt cum Iulio Pontifice Romano egerit de illo inter Diuos referendo.* Hic eſt ille Henricus VI. Rex, quem Enchelbrecht, poenas condignas (ſic vocat Eboracenſium parricidia) luiſſe à ſecundogeniti ſtirpe, non erubuit affirmare.

8. Immo vero, Engelbrechte, è contrario legimus Lancaſtrenſium iuſtitiam per ipſum Deum fuiſſe vindicatam. Namque Guilielmus Comes Haſtyngius, cuius opera interfectus fuerat Eduardus primogenitus dicti Regis Henrici VI. eas poenas dedit, vt ab eo ipſo, in cuius gratiam id fecerat, id eſt Richardo illo Eboracenſi, comprehenſus & capite fuerit plexus, vix dato confitendi peccata ſpacio, quemadmodum refert Polyd. Vergilius *Angl. hiſt. lib. 25 fol. 543.*

9. De cuius Eduardi martyris fratre Henrico, eiuſdem Henrici VI. Regis

Digitized by Google

VI. Regis ſecundogenito, Richemondiæ Comite, ſcribit idem Polydor. lib.26. fol.566. *Henricus Principum atque populi iuſſu Rex creatur, dictusque eſt Henricus eo nomine Septimus. Quod Dei nutu atque conſilio geſtum & prouiſum eſſe viſum eſt*,&c. Et hæc eſt certiſſima deciſio, in qua ſubſiſtimus.

Capvt XXII.

De Scotiæ Regum ſucceſſione & primogenitura.

1. Regnum Scotiæ ſemper fuiſſe ſucceſſiuum, hereditarium & primigenium, tradit Cabotius *lib.* 1. *Var. iuris diſputat. cap.* 11. Ricard. Baſinſtochius in *Hiſtoriar. notis lib.*1. *& lib.*3. *not.*2. An. Meluinus in *Gathelo ſiue de gentis Scotiæ origine*, Arniſæus *de Republ.lib.*2. *cap.*2.*ſect.* 8.*n.*46. Sed hoc extra controuerſiam eſt.

2. Ferguſius Rex laudatur à iuſto legum moderamine & iuſtitia, ab Ionſtono in *Inſcriptionibus. hiſtor. Regum Scot. fol.*1. Quemadmodum autem Lex illa, cuius meminit Buchananus *lib.* 4. *Hiſt. Scotic.* Arniſæus *de Republ.d lib.*2.*c.*2.*ſect.*3.*n.*164.*ſect.*8.*n.*46.*ſect.*10 *n* 23 Engelbrechtus *n.*86 debeat intelligi, nemo nobis melius quam ipſa liberorum Ferguſii ſucceſſio interpretabitur. Ei namque defuncto ſucceſſit frater Feritharis priuilegio ætatis. Huic rurſum Mainus nepos ſecundogenitus, præterito pronepote ex primogenito præmortuo; Buchanan.*d.lib.* 4. Ionſtonus *d fol* 1. Schoma hoc eſt:

N.

Ferguſius Rex —— Feritharis Rex ſucceſſit fratri primogenito

Ferlegus obijt viuo patruo Rege —— Mainus Rex ſucceſſit patruo, vt natu maior ſuo nepote.

N.

N

3. Ferguſii Legē multis demũ poſt ſæculis Kenethus II. Rex correxit, ſanciuitq; ꝓpius ad mentē Aureæ Bullæ, vt in Regni ſucceſſione non ſimpliciter ſenior ex Regia Domo, id eſt, maiornatu inter fratres & filios Regis ſed ordine ſucceſſiuo filius patri, aut eo nō exſtante fra-

ter vel proximior agnatus iuxta ætatem ſurrogaretur; Hector Boethus in *Hiſt. Scot. fol.* 207. Buchanan. *lib.*6 Arniſæus *Politic lib.* 1. *cap.* 9. *fol.* 220. Quamobrem & hæc Kemethi lex nobis aſſentatur magis, quam aduerſatur.

4. Sed præiudicio vincimur, quod proferunt Engelbrechtus *nu.* 117. & Beſoldus *de Reg. ſucceſſ. lib.* 1. *diſſer.* 17. *nu.* 7. nempe Balliolum ex primogenita filia nepotem licet remotiorem & iuniorem ſolenni iudicio prælatum fuiſſe Bruſio filio natæ ſecundogenitæ quantumuis proximiori & ſeniori, in linea tranſuerſa. Egregium vero præiudicium quod turpi fœdaque mercede redemptum à corrupto iudice ſeu manis compromiſſario Anglorum Rege Eduardo I. fuit. Namque Ioannes Balliolus ſententiam pro ſe à Rege obtinuit contra competitores ſuos, hac conditione, ſi ſe vellet vaſallum ligium facere Regi Angliæ, & Regnum Scotiæ iure feudali ab eo recognoſcere. Id teſtatur non modo Buchananus *lib* 8. cuius teſtimonium vt ſuſpectum Engelbrecht. immerito reijcit, ſed & illius æui ſcriptor Thom. Walſingham in *Hiſt. Angl. fol.* 59. E. S. Anglus *lib.* 3. *de reb. geſt. Britan. in Eduardo Primo*, & Ioh. Ionſtonus Eques Scotus in *Inſcript. hiſtor. Reg. Scot. anno* 1293 *fol.* 51. vbi de Iohanne Balliolo ponit hos verſus.

Aemulus imperium non æquo iudice adeptus
Cui nimium facilis dat ſoluitque fidem.

Et paulo poſt in eodem epigrammate ſequitur ſub proſopopœia ipſius RegisBallioli:

Regna nimis cupide appetii, me dira cupido
Regnaque ſeruili dat ſubigitque iugo.
Ah facilis nimium! ah ſtolidis temerarius auſis!
Et precium ſceptris exitiumque fero.

Homagium enim Ballioli hoc refertur à Thom. Walſingham in Hiſt. Anglor. fol. 59 & in Hypodigmis Neuſtriæ fol. 480. *Domine Edvvarde Rex Angliæ, ſuperior Domine Scotiæ: Ego Iohannes de Balliolo Rex Scotiæ, recognoſco me hominem veſtrum ligium de toto Regno Scotiæ, & omnibus pertinentiis, & hiis quæ ad hoc ſpectant, quod Regnum meum teneo & de iure debeo & clamito tenere hæreditarie de vobis & hæredibus veſtris Regibus Angliæ, de vita & membris & terreno honore, contra omnes homines, qui poſſunt viuere & mori.* Factum id anno Domini MCCXCII.

5. Quin

5. Quin Eduardum voluiſſe pro Bruſſio pronunciare, ſi non detrectaſſet in verba eius iurare, ſcribit Arniſæus *d. lib. 2. cap. 2 ſect. 8. n. 46.*

6. Verum corrupto huic & emercato Anglorũ Iudicio opponimus aliud Gallorũ ſanum, integrum & purum, qui pro Bruſio vt proximiore & ſeniore ſenſiſſe perhibẽtur. Cuius ẽt iuſtæ cauſæ euentus reſpondit. Quod ipsũ nõ diffitetur ipſemet Cãdenus, qui verbis ab Engelbrechto pdúct's continuo ſubnectit iſthæc: *Veruntamẽ Robertus Comitis Carrictæ filius ſua virtute ſibi Regnum tandem aſſeruit & poſteris firmauit.* Cui ſuffragatur E.S. Anglus *d. lib. 3. de reb. geſt. Brit. in Edoardo II.* ſcribens: *Qui* (Robertus Bruſſius) *ab Edoardo patre victꝰ in Galliã profugerat, mari tranſmiſſo in Scotiam reuenit, Regnũq; occupauit.* Ionſtonus in eius inſcriptione, f. 52.

Qui domitis fatis, pugnando reſtituit rem,
Ciuibus & patriam, iusque ſuum patriæ:
Cum tot acerba virum, cum tot cumulata ſuorum
Funera funeribus cerneret ante oculos,
Mens generoſa animi Fortunæ excelſior omni
Imperio ſtabili perſtitit vsque gradu.
Scotia quæ ſtatues victori iuſta tropæa?
Qui fati ac hoſtis, victor & ipſe ſui eſt.

7. Bruſius ergo Regnum iure proximitatis & ætatis occupatum ad poſteros ſuos feliciter propagauit, nec hodiernus Magnæ Britanniæ Monarcha in Scotiam alio titulo ſucceſſit, quam auito illo Bruſiano. Ingerit id palam Ionſtonus in Roberti Stuarti Regis inſcriptione anno 1371 fol. 54. hiſce luculentis verſibus:

Primus honorata lectus de gente Stuarta
Bruſſiaca ducit ſceptra genusque domo:
Amborumque genus meritis ingentibus implet,
Inque nouo priſcos ſtemmate iungit auos.

Ite nunc, qui pro Balliolorum iure tam peruicaciter certatis & Magno noſtro Regi ciusque liberis controuerſum facere Regnum Scotorum porro pergite; quod illis à Deo, legibus Regni & iure patriæ obueniſſe, Nobiliſſimus Eques Ionſtonus, vt vidimus, atteſtatur.

8. Et quid nobis falſa præiudicia obiectantur, quum in promptu ſint Regni illius Decreta poſteriora, quibus iuſta fuiſſe Ballioli ſucceſſio videtur comprobari? Namque Robertus II. Rex, comitiis

Digitized by Google

ad Sconam indictis anno MCCCLXXIIII. cum Proceribus conſtituit, vt præteritis Euphemiæ filiæ natu grandioris liberis, in Rege creando gradus ætatis obſeruarentur; Buchananus *lib. 8. hiſt. Scot.* Elias Reuſnerus in *Baſilic. genealog. p. 5 fol. 32.* Arniſæus *de Republ. lib. 2. c. 2. ſect. 8. n. 46.*

9. Et Sereniſſimo Regi, qui proximitatis iure nunc Regnũ moderatur, quũ Scotiæ cum Magna Britannia vnionẽ publicè propoſuiſſet, à Parlamento Ordinum Angliæ eſt reſponſum; *Que la Couronne d' Angleterre en cas, que le Roy vint à mourir ſans enſans, ce que Dieu ne vueille, ſe pourroit aliener & tomber en l' Eſcoſſe parce que ceſte nouuelle erection de Royaume donneroit droict ſucceſſif aux plus proches heretiers du coſté du pere du Roy, & priueroit, les legitimes ſucceſſeurs de la maiſon d' Angleterre.* referente Petro Matthæo in Hiſt. Henrici IV. Regis lib. 7. narrat. 1. n. 13. fol. 633.

CAPVT XXII.

De Hiberniæ Regum ſucceſſione, primogenitura & maioratu.

1. REgnum Hiberniæ cum ſuis Principatib. Regio iure vtentibus, fuiſſe perpetuo ſucceſſiuum & hereditariũ, adeo certis documẽtis demonſtratur, vt mirer quemquã reperiri potuiſſe, qui negare auderet. Miſſis alijs, ipſorũ Regum teſtimonia producamus. Apud Camdenũ in *Hibernia fol. 774.* Rex in literis ad Pontificẽ Rom. datis hoc vtitur titulo: *Douenaldus Oneal Rex Vltoniæ, ac totius Hiberniæ hæreditario iure verus Hæres.*

2. Circa annũ Domini MCCXL. de Regni iure concertabant Dermitius Lageniæ, & Rothericus Connactiæ Reguli. Siluester Gyraldus Cambrenſis in *Hibernia expugnant. l. 1. c. 8* hæc refert Dermicij verba ad ordines Regni: *Si Lageniã quærit, quoniam alicui Connactenſiũ aliquãdo ſubiecta fuit; ea ratione & nos Connactiã petimus, quia noſtris aliquoties cũ totius Hiberniæ ſubdita fuerat Monarchia.* Et paulo poſt: *Pro nobis itaq; contra ſuperbiam humilitas, contra iniuriam ius & æquitas, contra arrogantiã modus & modeſtia dimicabunt.* Et Richard. Stanihurſtus Dublinienſis *lib. 3. de reb. in Hibern. geſt. f. 108* eiuſdẽ Dermicij hunc narrat ſermonẽ: *Deliberatum mihi & conſtitutũ eſt, Imperiũ meũ non Lageniæ finib. ſed Hiberniæ terminis definire, de quo & pro quo decertare volo, quandoquidẽ primas, imo omnes Inſulæ partes, patris, aui, proaui iure mihi vendicare poſſum.*

3. Rur-

3. Rurſum Camdenus in Hibernia.fol.775. *Cum Shanus* (id eſt Iohannes) *Regulus Tyroëniæ fratrem Matthæum primogenitum, ex concubina quidem natum, ſed ab Henrico VIII. Rege Angliæ legitimatum, cum nepote ſuſtuliſſet, ſubditosq́; eius ſibi ſubiugaret, & eo nomine Henricus Sidneius Iuſticiarius Regni cum eo expoſtularet, reſpondit: Se certum & legitimum Coni filium & hæredem, vtiq; ex vxore legitima natum, paternam adiiſſe hæreditatem: Matthæum à matre pro filio, Cono ſubdole obtruſum, vt hæreditatem & dignitatem Onealicam interuerteret; quod licet ille pateretur, alium tamen neminem ex Onealorum familia vnquam perpeſſurum. Quod ad Diploma Henrici Regis attinet, id nihil valere, niſi certus familiæ hæres iureiurando XII. virorum authentice prius ſignificetur; quod hac in re minime factum. Ipſum etiam iure diuino & humano certum eſſe hæredem, primogenitum ſcilicet patris legitimo matrimonio progenitum, vnanimi Procerum populique conſenſu Oneal deſignatum fuiſſe patria Taniſtriæ lege, qua vir matura ætate puero, & patruus illi nepoti, cuius auus patri ſuperuixerit, præferendus, nec quicquam authoritatis in Vltonia Proceres ſibi arrogaſſe, quam maiores retroactis temporibus, vt prolatis tabulis probare poterat, iure ſuo exercuerant.* Eadem narrat Iac. Auguſtus Thuanus *Hiſtoriar.lib.40.* & Nic. Betſius *de pact. famil. illuſtr. cap.5. fol.112. & ſeqq.* Contigit hoc in Hibernia circa Domini noſtri annum MDXL.

4. Ex quibus omnibus ac ſingulis manifeſtum fit, Hiberniam non modo ſucceſſiuam, ſed & primogeniam eſſe. Siquidem de Cono ſcribit Betſius; *cum iure primogenituræ, qui in illis inſulis mos eſt, receptus*: d.cap.5. fol.115. Mos autem ille fuit, vt ſenior iuniori, & patruus nepoti in ſucceſſione aui præferretur, quemadmodum habent ſupra memorata Camdeni verba, idque vigore Legis Taniſtriæ, vt præter Betſium tradit Beſoldus *de ſucceſſ. Reg. lib.1. diſſert.7.n.5.*

5. Contra quam Legem ſi quid aliquando per vim aut factionem peccatum eſt & commiſſum, non trahi debet in exemplum. Nec alia mens eſt verborum Camdeni, quæ Engelbrecht. nobis opponit. Non enim violentis exemplis, ſed approbatis legibus de Regnorum ſucceſſione eſt iudicandum.

6. Quid autem de verbo *electionis* ſentiendum ſit compluries hinc inde admonuimus! & perſpicue in modo allata defenſione ſua explicat Ioannes ille Regni affectator, nempe eſſe tantum approbationem

Digitized by Google

confirmationemque Procerum & populi, qua publice & ſolenniter ſolet legitimus ſucceſſor inaugurari, Regnoq; fidem iurare & eandem à populo exigere.

7. At barbarus, inquit, mos eſt, Regem in ſolio ſaxeo ſub dio collocare. Sit ita, quid tum? aut quid illud ad ius primogenituræ, de qua contendimus? Num inde vis euincere, Regnum Hiberniæ fuiſſe electiuum? Eadem opera & Regnum Scotiæ electiuum concinnabis, Nam & ibi mos iſte viguit, vt Rex nouus in lapidem ſublatus in via proſtantem populo iuraret, & deinde coronaretur. Teſtantur id Thomas Walſingham in *Hiſt. Anglor.* & in *Hypodigmis Neuſtriæ fol,* 480. de Iohanne Balliolo, pro cuius primogenitura tam acriter decertat Engelbrechtus. Sic Rex Sueciæ initiandus ab Ordinibus eleuabatur in Saxum campeſtre, ciuitati Vpſalenſi proximum: quod Saxum ab incolis *Meraſtes* appellatur; Olaus Magnus *Hiſtor. Gothor. lib.* 8. & tamen Regnum Sueciæ antiquitus delatum fuiſſe per ſucceſſionem ex parentela, colligitur præter ea, quæ ſuperius deduximus, etiam ex *legibus Sueciæ & Gothiæ lib. 2. cap. 3.* vbi de nouo ſtatuitur, vt in poſterum ad thronum Regni in Suecia Rex eligatur & non amplius per ſucceſſionem aſſumatur. Sic denique Dux Carinthiæ, confirmandus à ſtatibus prouinciæ, collocabatur in Saxo marmoreo erecto haud longe ab oppido Sancti Viti in pratis late patentibus; Seb. Münſterus in *Coſmograph.* Ioan. Bohemus Auban. *de Moribus gent. lib. 3. c.* 17. Georg. Drauthius in *continuat. dier. canicular. tom. 5. colloq.* 5. Sic denique Tartarorum Chamus, cui Regnum ex ſucceſſione debetur, in campo aperto ſuper filtrum collocatur; Haytho Armenus in *lib. de Tartar. morib. c.* 14. Boëmus *lib. 2. de morib. gent. cap.* 10.

CAPVT XXIV.

De gradus prærogatiua.

1. IN *Diſcurſu exoterico* allegatur dictum Ioannis de Terra rubea, cenſentis in Regno Franciæ tranſuerſales ſuccedere iuxta gradus prærogatiuam. Eam prærogatiuam Engelbrecht. ſumendam eſſe ponit ex ordine & gradu ſtipitis, non ex proximitate perſonarum. Quam nouam iuridicinam haud ſcimus an Hallæ didicerit: certe in noſtris ſcholis & foris ignoramus.

2. Per

2. Per hanc enim formulam, *iuxta gradus prærogatiuam*, nach Sipſchaft/vel, *ſalua gradus prærogatiua*, vocatur proximior; Valaſcus *de iure emphyteut. quæſt.* 50 *num.* 37 remonetque omnem repræſentationem, quæ ex ſtipite ab Engelbrecht. infertur; Peregrinus *Conſil.* 63. *num.* 17. *lib.* 2. Valaſcus *d. quæſt.* 50. *num.* 37. Molina I C. *de Hiſpan. primig. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 16. Menochius *lib.* 4. *Præſumpt. cap.* 95. *num.* 10 Couarruuias *Pract. quæſt. cap* 38. *num.* 4. §. 4 Peralta in *l. cum ita legatur*, §. *in fideicommiſſo*, & *l. peto*, §. *fratre*, *D. de legat.* 2. Molina Ieſuita *de iuſtit. & iure tom.* 3. *part* 2 *tract.* 2. *diſput.* 629. *num.* 4. vt qui proximior ſit gradu, potior ſit & ſucceſſione; Nicol. Reuſnerus in *Not. ad Brachylog. iuris ciuil. lib.* 2. *cap.* 32. §. 2. Importat namque proximitatem contra repræſentationem, quæ tunc ceſſat; Cæuallos *Pract. quæſt. commun. contra communes tom.* 3. *quæſt.* 762. *num.* 66 & *ſeq.* Pancirolus *Conſil.* 170. *n.* 16. vt ſcilicet proximior ille ſit, qui priore gradu reperitur coniunctus ei, cui ſucceditur, Cæuallos *d. quæſt.* 762. *num.* 74. Vigelius *Reſponſor. iuris cent.* 1. *reſp* 17.

3. Et qui dicit, *ſalua gradus prærogatiua* vult vt vocati collectiue ſuccedant iuxta proximitatem gradus, excludatque ius repræſentationis; Forſterus *de ſucceſſ. ab inteſt. lib.* 3. *cap.* 33. *num.* 1. quia hæc clauſula importat, vt teſtator videatur noluiſſe nepotem ingredi locum patris, vel noluiſſe filium fratris gradu vlteriorem poſſe excluſo patruo ſuccedere; Pariſius *Conſil.* 30. *num* 58. & 37. *num.* 57. Curtius Iunior *Conſil.* 154. *n.* 9. Gabriel. Romanus *de fideicommiſſ. concluſ.* 3. *num*, 3. Mich. Craſſus in §. *fideicommiſſum, quæſt.* 11. *num.* 8 Decius *conſil.* 10. Cardin. Mantica *de coniect. lib.* 8. *tit.* 9.

Capvt XXV.

Nicolaus de Tudeſchis Abbas Panormitanus Siculus, & Alexander Tartagnus Imolenſis Italus, proximiorem & ſeniorem agnatum præferentes, ab afficta illis opinione aſſeruntur.

1. Aliquoties in vniuerſo hoc tractatu admonuimus duplex ius in Aurea Bulla ſtatui; Primogenituræ inter deſcendentes linea directa, & Maioratus inter collaterales. Priore iure nepos præfertur patruo; poſteriori patruus præfertur nepoti. Vtrumque dicit Abbas. Nam *Conſil.* 3 *dub.* 2. *lib.* 2. ex iure primogenituræ tenet pro nepote: quod

Digitized by Google

quod etiam obſeruauit Natta in *addit.ad Alexandr.conſil.* 4. *lib.* 4. in allegato vero *Conſil.* 85. *dub.* 1. *lib.* 1. in caſu maioratus conſuluit pro ſeniore: quod item notauit idem Natta *d.loc.in princ.* Et ſolet hoc Conſilium Abbatis in caſu, quando vocatur maior vel ſenior, ceu eſt noſter verbi gratia, ab omnibus vndique Doctoribus in teſtimonium citari. Sed candidus Lector, perlecto ipſo Conſilio, iudicet, ab vtra parte ſtet ſententia Abbatis, quæ nobis merito ſuo magni eſſe debet.

2. Idem iudicium eſto de Alexandri *Conſilio* 4. *lib.* 4. quod in terminis noſtris, vbi expreſſe vocatur ſenior, vniuerſum eſt poſitum, vt recte añotarunt pręſtantiſſimi interpretes, Car. Molinæus, M. Anton. Natta, Hierony. Zanchus in *Additionib.* & M. Anton. Roueſcala in *Scholijs ad Alexand.*

3. Nec obſtat nobis, quod in caſu primogenituræ cum Paulo Caſtrenſi concludat, nepotem patruo eſſe præferendum, quia hoc non eſt in controuerſia, ſed illud, an in cauſa ſenioratus nepos excludat patruum. id Alexandrum affirmare quum dicat Engelbrechtus, audiamus ipſum Imolenſem arbitrum. *Nec etiam obſtant*, inquit, *ea quæ traduntur per Paul. de Caſtr. conſil.* 164. *lib.* 2. *quia loquitur de caſu, in quo videlicet in inueſtitura vocabatur primogenitus & eius filij. vnde ex ordine ſcripturæ ibi apparebat voluiſſe poſt primogenitum vocari filios; & ibi plene proſequitur. Sed in caſu noſtro teſtator non dixit, quod vellet poſt mortem Raymundi & Petri vocari maiorem & eius filios, ſed abſolute maiores vocauit, vt ſupra declaratum.* Hæc ille; quibus an Aureæ Bullæ diſpoſitio iuxta noſtram opinionem quaſi directo explicetur, in cuius prima parte vocatur primogenitus & eius filius, in altera abſolute maior iudicet æquus Lector.

4. Porro iſtud Alexandri Conſilium pro patruo contra nepotem cuncti ſemper Doctores noſtri vnanimi conſenſu allegare & collaudare conſueuerunt; quod nimirum ſecundogenitus præferatur nepoti, filio primogeniti prædefuncti, ſi vocetur proximior & maior: quod in fideicommiſſis filius non intret locum patris, ne quidem iure repræſentationis: quod in fideicommiſſo conditionali, vocato maiore natu ex deſcendentibus alicuius, eueniente caſu, indifferenter maior natu præferatur, & minor natu excludatur, quamuis natus ſit ex maiore natu prædefuncto ante caſum contingentem; quod dicat Alexander, ſe ſemper illam opinionem fuiſſe ſecutum, tanquam melio-

ribus

ribus rationibus fundatam & tanquam magis communem; quod deniqueſecundum hanc Alexandri conſultationem fuerit iudicatum, & recte quidem fuerit iudicatum. Ita ſentiunt Decius *conſil.* 443. *col.* 4. Franc. Calderinus in *l. ſi curatorem, verb. vel aduerſarium, nu.* 75. *verſ. nihil minus, C. de in integrum reſt. min.* And. Barbatias *conſ.* 10. *n.* 32. Alciatus *conſil.* 8. *lib.* 9. Alba *conſ.* 60. *n.* 3 *& ſeq.* Menochius *conſ.* 442. *n.* 8. *& lib.* 9. Berettus *conſil.* 134. *n.* 22. *&* 29. Peregrinus *conſ.* 39. *n.* 17. *in fin.* 1. *& conſ.* 33. *n.* 15. *lib.* 2. Loffredus in *paraphra. feud. in* § *præterea Duc. in addit. verſ. non obſtat, ſi diceretur,* Cæuallos *Pract. quæſt. commun. contra commun. tom.* 1. *qu.* 197. *in princ. & tom.* 3. *quæſt.* 762. *num.* 59. Gerlac. Buxdorffius *Diſput. in Aur. Bull. th.* 85. *lit. f.* Ant. Colerus in *Diſput. de iure Imperij German. ſect.* 54. & in terminis noſtris magis propioribus, Menochius *conſil* 269. *nu.* 64. *lib.* 3. Viuius in *tract. Commun. opin. lib.* 6. *tit.* 47. *de ſuis & legit. hered. num.* 54. & idem Cæuallos *d. quæſt.* 762. *num.* 189.

Capvt XXVI.

De nominatim vocatis in Aurea Bulla.

1\. Iterum atque iterum, nec ſine tædio, nobis inculcant trinas ſuas vocationes, Deſcendentium, Fratrum & Agnatorum; ſuasque lineas primogeniales, in quibus illi plures confingunt primogenitos, quam aut Argus oculos, aut Briareus manus habuiſſe in fabulis traditur. Nec illis inuidemus ſuam ſibi facundiam: at nobis turpe eſt ſine lege diuagari, cuius hæc eſt expreſſa & ſpecificata diſpoſitio, quam & ſupra *cap.* 7. explicuimus, vt poſſidenti Electori ſuccedat filius primogenitus, aut eo prædefuncto nepos. ſi hic non fuerit, admittatur ſecundogenitus, aut eo iam mortuo, eiusdem primogenitus filius &c. Si nec filius nec nepos fuerit, frater Electoris heres eſto. Quorum nemine exſtante, vocetur agnatus, qui vltimo Electori ſit proximior, & inter pares gradu ſenior. Et quanto quæſo facilius fuiſſet Imperatoribus, iuxta horum verba diſponere, vt Electori ſuccedat primogenitus filius eiusque deſcendentes in infinitum, habita ſemper linearum & primogenitorum repræſentaria ratione, quod in alijs

aliarum familiarum Bullis à Sigismundo Cæſare factum obſeruamus, quam tot ambagibus certas perſonas ſingulatim deſignare?

2. Vrget Engelbrechtus conditionem illam, *ſi ſine liberis*. Quam nos quidem in decem Bullis ſuper Electoralium heredum ſucceſſione conceſſis, quantumuis diligentiſſime inſpectis, explorare tamen nec dum potuimus. Sit ſane ita, & illi æquipolleat, quod legitur cap. 7. *abſq; heredibus*, vt intelligatur hac phraſi, quod Græci vno verbo exprimunt, *εἰ ἄπαις*, *ſi illiberis deceſſerit*; Claud. Chifletius *de ſubſtitut. lib. 2. cap.* 13. Iacob. Pamelius in *Notis ad Tertullian. lib.* 4. *contra Marcion.* Laurent. Renatus de la Barre in *Annotat. ibid.* quid vero inde conficitur? Num, ſi primogenitus filium hæredem reliquerit, frater ſecundogenitus remoueatur? Atqui hoc non negamus. An illud, vt qui ex recta linea deſcendunt, ſemper præferantur illis, qui ex tranſuerſa linea proueniunt? Quaſi vero ignoremus hanc eſſe regulam iuris communis, quam tantum abeſt vt refutemus, vt ipſis aduerſarijs obijciamus. Concedant enim nobis neceſſe eſt, vt recta linea deſcendentium abrupta, illi, qui ex tranſuerſa ſunt, admittantur: quia oppoſitorum eadem eſt ratio. Sed in tranſuerſa linea ſunt agnati: inter quos proximior & ſenior tantummodo pro herede ſcribitur.

3. Propter formam namque conceſſionis, quæ datur filio & fratribus in linea recta deſcendenti, non intelligitur conceſſus Electoratus ſublineolis transuerſis in infinitum, ita vt excludatur ſpeciatim nominatus, qui eſt proximior & ſenior. quia lex ſolum illis prouidet, quos nominatim enumerat; And. Iſernias in *cap.* 1. *§. hoc quoque, numero* 8. *verſ. item conſtitutio, de ſucceſſ. feud.* Gul. de Perno *conſil.* 12. *verſ. quinimo, & conſil. decimonono, verſ. quinimo*, Gregorius Meſſanenſ. *de Conceſſ. feudi part.* 2. *q.* 8. *n.* 10. *& part.* 4. *quæſt.* 3. *n.* 4.

4. Falſum eſt autem, eam eſſe vocationem, quam illi confingunt & effigiant linearum deſcendentium. ſi namque ſunt fratres, ergo ſunt collaterales. ſi ſunt filij; deſcendunt illi quidem, ſed filiorum tantum tenus. Qua appellatione qui veniant, ex iure ciuili notum eſt. Vos rogamus, an putetis, in deſcendentium horum poſteris nullos aliquando tranſuerſum abituros? nullos agnatorum nomen indepturos, qui collaterales fiant proximiores & ſeniores. Sed putidum ſit hiſce immorari.

5. Ne-

5. Neque enim Aurea Bulla eſt teſtamentum, ſicut iſti contendunt, illorum ſaltem Electorum, qui condiderunt: ſed eſt generalis & pragmatica Imperij conſtitutio. Nec Bullæ Declaratoriæ in hypotheſi teſtantur, vt quidam vult, ſed in theſi ponunt, quid fieri debeat moriente ſemper vltimo Electore in perpetuum. Cæteroquin Bullæ Saxonicæ iam pridem olim exſpiraſſent, & vires ſuas amiſiſſent, extincta vniuerſa teſtatoris illius poſteritate & parentela.

6. Et quomodo illa verba, *ſi abſque heredibus*, vel vt Engelbrechti formula vtar, *ſine liberis*, ſint capienda, perſpicue nobis explicant ipſi Imperatores in Bullis Declaratorijs, vt ab aliorum ingenijs figmenta petere nihil attineat. Videtur enim in his Bullis, quod ſemel atque iterum tetigimus, eſſe duplex conceſſionis modus: vnus ex forma ſtricta, quando Elector habet filios, vt tunc non poſſit admitti, niſi heres ſanguinis & primogenitus: alius in forma larga, quando non habet filios, vt tunc veniat heres proximior & ſenior, vt hic ſit duplex forma in diuerſis caſibus ſeparatim ſecundum contingentiam caſus, vt plenius Imperatores videantur prouidere omni caſui contingenti; Guil. Pernous *Conſil.* 7. *verſ. circa tamen quaſtionem*, Gregor. Meſſanenſis *de conceß. feud. part.* 4. *quaſt.* 3. *num.* 16. & ibi Garſ. Maſtrillus in *addition.*

7. Licet enim Electoratus deferatur ex prouiſione primi acquirentis, tamen conſideratur proximitas vltimi morientis; And. Iſernias ad *capit.* 1. *de nat. ſucceſſ. feud.* Gregorius Meſſanenſis *de ſucceſſ. feud. part.* 4. *quaſt.* 9. *num.* 1. *& ſeq.* & ibi Maſtrillus in *addition.* Franciſc. Milanenſis *Deciſ.* 8. *n.* 176. *lib.* 1. Fabius de Anna in *Apoſtill. ad Milanenſ. ſingul.* 422. Riminaldus Iunior *conſil.* 108. *n.* 31. *& ſeq.*

8. Intellige tamen, licet ſit proximior defuncto, non tamen quem dici ſuccedere in Electoratu ipſi defuncto vltimo morienti, ſed primo acquiſitori ipſius Electoratus; & defertur ſucceſſio Electoratus ad ipſum proximiorem ſuccedentem ex quodam velut fideicommiſſo, virtute primæ inueſtituræ, quæ cum quadam quaſi ſubſtitutione conceſſa fuit, & ex diſpoſitione primi acquiſitoris Electoratus, ex qua tametſi (vt dictum eſt) ſuccedatur ipſius heredi & vltimo morienti grauato reſtituere Electoratum cum ſuis pertinentijs, tamen non ipſi proprie dicitur ſuccedi, ſed primo illi acquiſitori per interme-

Digitized by Google

diam perſonam aliorum, arg. *l. coheredi*, §. *cum filia, verſ. nec fideicommiſſo, D. de vulg & pupill.* Gregor. Meſſanenſ. *d. part. 4. q. 9. n. 6. & ſeqq.* Oportet tamen, quod iſte, qui ſupererit defuncto proximior, ſit heres iſtius vltimi morientis, quia ſic erit heres primi acquiſitoris Electoratus, mediante perſona ſuorum progenitorum; Iacobinus de S. Georgio in *tract. de feud.* § *praſentes, nu. 6. verſ. videbis nunc, in fin* Guerrinus Piſo in *pralud feud. cap. 46. num* 8. heres, inquimus feudalis; Rutgerus Rulandus *de Emphyt. vot. 9. num. 17. fol. 102.* Wehnerus *pract. obſeruat. lit. E. verb.* Erben/*fol.* 125. ad quem iure quidem proprio & ex prouidentia Legis, ſed diſpoſitione tamẽ primi acquirentis, feudum venit; Zaſius *de feud. part* 8. *num. 5.* Geilius *lib. 2. Obſeruat. cap.* 154. Vnde heres heredis, primi acquirentis eſt heres; *l. vl. D. de hered. inſt l. vl. C. de impub. l. ſciendum, D. de verb. ſignif.* Iſernias in *cap. 1. an agnat. verſ. moderni, & in cap. 1. in fin. de alien. feud. pat.* Ancharanus in *cap. licet, de voto* &c. Gregor. Meſſanenſ. *de ſucceſſ. feud. part. 4. num. 15. Heres* autem ab hero dicitur; Pet. Victorius in *Caſtigation. in Cicer.* Cuiacius in *Notis ad Inſtit. de hered. qualit. & differ.* Chriſtian. Becmanus *de Originib. ling. Lat. verb. Hercules*: quia proximus agnatus prædeceſſoris ſui morte, creditor eſt, imo factus eſt heres & dominus: neq; tamen quicquam ab ipſo poſſidet, ſed vi & auctoritate Bullæ & conſuetudinis Imperij poſſidet; E. D. L. *in Apolog. Cathol. cap. 2. num. 18.*

9. Obijcitur rurſum conſiderandam eſſe proximitatem Bullæ impetratoris, quando mutatur ſucceſſio de linea ad lineam, vt quemadmodum in prima linea primogeniti incipit ſucceſſio à propinquitate illius Hypothetici, ita quoq; incipere debeat, quando concipit ſecunda linea. Reſpondet Ang. Mattheacius *de legat. & fideicomm. lib. 2. c. 15. n. 16.* hanc rationem nihil vrgere, nihil conficere. Cõpertum eſt enim facta mutatione ab Vnde liberi ad Vnde cognati, ab Vnde agnati ad Vnde cognati, perpetuo obſeruari ordinẽ ſuccedendi ab inteſtato, vt ſemper proximior vltimi morientis ei ſuccedat. Quare Socinus Senior *conſ. 49. in princ. lib. 1.* nullam rationem reddi poſſe exiſtimauit, cur diuerſum ſtatuendum ſit mutata linea, quandoquidem vtrobique ſeruanda ſit ſucceſſio veluti inteſtata, quam ſeruari voluit Bullæ impetrator in magis dilectis; Socinus Iunior *conſ. 191. vol. 2.* Rol. à Valle *conſ. 100. nu. 19. & nu. 21. lib. 1.*

10. Qui-

10. Quibus ſuffragari videtur in terminis noſtris Iohan. Iulius Montenſis in *Diſcurſu vere iuridic. de ſucceſſ. Iuliacenſ. verſ hinc plane falſum eſt*, vbi dicit, vigore Aureæ Bullæ in ſucceſſionibus Electoralibus in directo limite ratione primogenituræ inter maſculos repræſentationem locum habere &c. quaſi dicat, in tranſuerſo non habere, vbi viget maioratus. Quam conſequentiam ſequens eius argumentatio arguit. Et in mente fortaſſis habuit Angelus de Fœnis in *Diſcurſu hiſt. & polit. iurid. de vera Iuliac. & Cliuenſium ſucceſſ. in fin. 1. fundam.* vbi concludit in primogenito Brandenburgio, ſi (quod ne Deus ſinat) absq; heredib. maſculis decederet, expirare ius primogenituræ fœmineum, & tranſitum fieri ad mares lineæ tranſuerſalis, licet in primogenitæ linea adhuc extarent filiæ capaces.

CAPVT XXVII.

Agnati an tantum illi ſint intelligendi, qui à primo acquirente deſcendunt, an etiam cæteri in eadem familia exiſtentes.

1. VArie ſe torquent Antagoniſtæ in agnato proximiore & ſeniore indagando. Engelbrechtus putat agnatum proximiorem & ſeniorem tum demum eſſe quærendum, vbi omnes deſcendentes à primo acquirente eſſe deſierint. Hoc enim quum alibi, tum *nu.* 131. pro regula ponit. Quod manifeſtiſſime pugnat cum omnibus iuris principiis, & cum ipſa Aurea Bulla eiusque toties repetitis Declarationibus, vbi non fruſtra inculcatur, vt ij tantum vocentur, qui ex eodem paterno ſtipite deſcendunt, hoc eſt, vt *agnati* tantum ex familia Electorali, non *gentiles*, qui ſunt forte ſuperſtites, puta in gente Auſtriaca, Bauarica, Miſnica, & Zollerana, vt eleganter agnatos à gentilib. diſtinguit doctiſsimus Sigonius *lib. 2. Emendat. cap.* 20. & in *lib. de Nominib. Romanorum.*

2. Deficientibus quidem deſcendentibus, in infinitum agnati ſuccedunt, non tamen omnes, ſed illi tantum, qui deſcendunt à communi parente, qui feudum acquiſiuit, non qui ab eius fratribus aut agnatis aliis; *tit. de ſucceſſ. fratr. vel grad. ſucceſſ.* Ant. Contius in *Method. feud. cap.* 8.

Digitized by Google

3. Quo iure Euphaes Rex Meſſeniorum, quum liberis careret, & inter agnatos de proximitate controuerteretur, permiſit Ordinibus iudicium, ſed hac conditione, ne quem alium, niſi ex Epitidibus, à Regni conquæſtore protendentibus, Regem ſumerent; Pauſanias in *Meſſen. lib.* 4. Gabriel Chappuys in *Citadelle de la Royate, cap.* 34.

4. In materia namque feudali vocabulum *Heres* tantum accipitur de deſcendentibus, non de tranſuerſalibus heredibus; Petrus Weſenbecius *Conſil.* 8. *num.* 35. & *num.* 38. Roſenthal *de feud. cap.* 12. *concl.* 14. *num.* 9. *fol.* 565. Wehnerus *pract. obſeruat. lit. E. verb.* Erben / *fol.* 136. Modeſtin. Piſtoris *Conſil.* 1. *n.* 36. *vol.* 2. Itaque niſi quis probare poſſit ſe à primo acquirente deſcendere, non eſt admittendus; Nic. Vigelius *Reſponſor. iuris cent.* 1. *reſp.* 30. Val. Forſterus *de ſucceſſ. ab inteſt. lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 5. Vincemala *Conſil.* 1. *num.* 78. & *n.* 102. *inter Conſil. feudal. var. Doctor.*

5. Proximior igitur & ſenior non poteſt intelligi de primi acquirentis agnatis: quia conceſſio feudi lineæ certæ facta, linea finita, finitur conceſſio, & res ad Dominum, vt Electoratus ad Imperium, reuertitur, excluſis aliis agnatis cognatiſue, ſecundum conceſſionis modum: textus eſt apertus *tit.* 8. *lib.* 1. *de ſucceſſ. feud. in fin.* In feudo quoque, quod habuit initium à fratribus, non ſuccedit vnus alteri, ſiue vna inueſtitura, ſiue duabus, niſi hoc fuerit dictum expreſſim, vt alter alteri ſuccedat, *tit.* 14. *lib.* 1. *de feud. Marchiæ*, & *tit.* 20. *lib.* 1. *de benefic. fratris & qualiter fr. in benef. frat. ſucced.* & *tit.* 11. *lib.* 2. *de fratrib. de nouo beneficio inueſtitis.* In quibus locis late Feudiſtæ hæc perſequuntur.

6. Idem eſt in conceſſione emphyteuſeos. Linea enim finita, emphyteuſis reuertitur ad Eccleſiam vel Dominum: puta, aliquis eſt inueſtitus pro ſe, filiis & nepotibus, ſi vel ipſe decedat absque filijs, vel ſi moriatur relictis filiis, qui deficiant, nec filios relinquant, res propter lineam finitam ex pacto iterum deuoluitur & redit ad Eccleſiam; *Nouell.* 7. § *emphyteuſin, de non alien. vel permut. rebus eccleſ.* Deficiente enim linea, deficit conceſſio: & conceſſionis cauſa ceſſante, ceſſat & ipſa conceſſio; Matth. de Afflictis in §. *moribus, numero* 3. *tit. ſi de feud.*

de feud. fuerit controuerſ. inter Dominum & agnatos. Tiraquellus *in tract. Ceſſante, cauſa verb. conceſſionis*, Forſterus *de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 3. cap. 20. nu. 3.*

7. In primigeniis quoque linea recta tendit ſucceſſio. Vnde in maioratu filii pater non ſuccedit, quia maioratus lineam deſcendentium reſpicit, ſicut feudum vel emphyteuſis, de quibus modo diximus; Baldus in *l. defuncto, C. ad S. C. Tertull.* Gregor. Lopez in *l. 4. Partit. gl. 1. tit. 13. part. 6.* Did. Rodericus *de coniect. mente defunct. lib. 2. cap. 3. §. 3. num. 45.*

8. Et ſic in Comitiis Imperii iudicatum fuiſſe refert Henricus de Seguſio Cardinal. Hoſtienſis in *Summ. lib. 3. rub. 20. de feudis §. 7.* vbi hæc eius verba: *De conſuetudine Imperij non ſuccedit, niſi filius deſcendens, imo reuertitur feudum ad Imperatorem, & ipſe confert cui vult. Sic vidi hoc, quando fui in Alemania, per Proceres iudicari.*

9. Sed libet ex te querere, Dn. Engelbrechte, quoſnam intendas agnatos primi acquirentis? Nam tempore conditæ Aureæ Bullæ, hoc eſt anno MCCCLVI. in Bohemia regnabant Lucemburgii, in Palatinatu Bauari, in Saxonia Anhaldini, in Marchionatu iidem Bauari. Iam itaque pro tuis verbis, defuncto Sigiſmundo vltimo ex deſcendentibus Iohannis primi acquirentis, agnati Lucemburgii & Brabantini in Regno Bohemiæ ſuccedere debebant. Tyrannidis ergo accuſes licet Auſtriacos, qui eos repulerunt. Exſtincto item Alberto vltimo ex deſcendentibus Bernhardi primi acquirentis, agnati Lavvenburgii, & iis non exſtantibus, Anhaldini ad Ducatum Saxoniæ vocandi erant, quos Miſnici remouerunt. eos, ſi lubet, iniuſtæ vſurpationis arceſſas, & Lavvenburgios ex vigore Aureæ Bullæ in gentilem poſſeſſionem introducas, ipſisque Anhaldinos ſubſtituas. Mortuo denique Ottone, Bauari fuiſſent indubie in Marchionatu Brandenburgiæ admittendi, præterquam eos Bohemi prius ex Lucemburgia familia, dein Norimbergii ex gente Zollerana excluſiſſent. Eis nunc tu, ſi potes, debitum ex Aurea Bulla Electoratum euindices, Palatiniſque Principibus coniunctam manum ac ſimultaneam inueſtituram offeras. Sed τοῦτο λῆρός ἐστιν.

10. Domi-

Digitized by Google

10. Dominus Freherus piæ memoriæ modeſtius hunc paragraphum ad Bauaros expreſſe, ad Lavvenburgios oblique reſtringit. At Dn. Engelbrecht. non dubitauit aſſerere, deciſionem Aureæ Bullæ & eius Declarationem latam eſſe pro componenda lite tum inter Domum Electoralem & Lavvenburgicam vertente, tanquam ſcilicet prima pars Bullarum de primogenitura ſpectet ad Domum Electoralem, altera de agnatis ad Lavvenburgicam. Verum cum hac opinione iam non tantum Clementiſsimos noſtros Principes Vinarienſes, quos impugnant, ſed & ſuos clientes Aldenburgios, quin ipſum Sereniſsimum Electorem infeſtabunt. Quicquid ſit de Bauaris, (de quibus tamen Freherus, vir ſane ſi quisquam alius harum rerum peritus, & magno Reipubl. damno denatus, ſcrupulis quibusdam inter ſermones iniectis ſeſe adhuc hæſitare paulo ante obitum ingenue faſſus erat) de Lavvenburgiis certe rem eſſe omnino falſam, iam dudũ olim Imperator Sigiſmundus Auguſtus Budæ in Hungaria pro tribunali ſedens publice decreuit, ac ſolenniter pronunciauit anno Domini MCCCCXXVI. Quod Decretum ex archiuo Saxonico refert Georg. Spalatinns Concionator Aulicus Electoralis Saxonicus in *Chronic.* vnnd Herkommen der Churfurſten vnd Furſten des Löblichen Hauſes zu Sachßen/ ꝛc. im Andern theil / & exſtat in Goldaſti Reichsſatzungen *tom. 2. fol.* 102. Et Spalatinus quidem hanc opinionem ex profeſſo oppugnat. Quem poſtea ſecuti ſunt Wolffgang. Kraulen in Stamb vnnd Ankunfft des Hochlöblichen Hauſes zu Sachßen / Petr. Albinus Secretarius Electoralis in Meißniſcher Land Chronica / *tit. 26. fol.* 212. Lud. Perſona Iuriſconſultus & Conſiliarius Electoralis in *orat. de* Witeberga, And. Knichen *de Saxon. non prouoc. priuileg. verb. Electorum, cap. 2. nu.* 41. *& ſeqq. & num.* 55. Gerlac. Buxdorffius *Diſputat. in Aur. Bullam, theſ.* 87. *lit. f.*

CAPVT

CAPVT XXVIII.

Agnatus proximior & ſenior quærendus eſt inter ipſos deſcendentes collaterales, qui hodie ſunt Illuſtriſſimi Duces Vinarienſes & Aldenburgenſes.

1. SEd demus tibi hoc, Clariſsime Engelbrechte, fingamusque Bullam, quamcunque velis, datam eſſe Friderico Bellicoſo, qui primus dignitatem Electoralem in familiam Miſnicam intulit, eiusque poſteris in perpetuum ordine primogenituræ: quid opus fuit illo paragrapho, quum nullus exſiſtere poſſet agnatus, cui ſucceſſio deberetur? non patruelis Fridericus Pacificus, nec fratres Guilielmus & Georgius Marchiones Miſniæ, & Landgrauii Thuringiæ: quia illis lex Imperii & conſuetudo feudorum obſtabant, vt ſuperiori capite oſtendimus. Non deſcendentes ab eo, qui diſpoſitum habent ordinem iuxta linearum & primogenituræ continuam prærogatiuam. Vbi ergo, amabo, proximiorem illum & ſeniorem pro tempore Ducem Saxoniæ inueniemus, quando nullus talis eſſe in rerum natura poterit? Etenim non entis nullæ ſunt qualitates, vt aiunt Philoſophi, & arguit *l. 2. c. D. de vſufruct.* Hieron. à Laurentiis in *repetit. l. emancip. C. de collat. num* 365. Pariſius *Conſil.* 25. *num.* 28. *lib.* 1. Roland. à Valle *Conſil.* 46. *num.* 23. *lib.* 2. Gregor Meſſanenſis *de conceſſ. feudi part.* 4. *quæſt.* 7. *num.* 68. Danthes Sogarius *Conſil.* 3. *num.* 4. *tom.* 5. *Conſilior. illuſtr. & celebr.* Forſterus *de ſucceſſ. ab inteſt. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 2.

2. Deſcendentibus enim omnibus non exſtantibus & ſemel ac ſimul exſtinctis, amplius reuiuiſcere non poſſunt; Forſterus *d. num.* 2. & nullum quod eſt, nullum producit effectum; *l.* 4. *§. condemnatum, D. de re iudic.* ſic etiam qualitas non poteſt eſſe ſine ſubiecto; & qualitas eius quod non eſt, dari non poteſt, arg. *l. adeo §. ſi tota, D. de acquir. rer. domin. l. ſi quis cum totum, §. ſi ancillam, D. de except. rei iud. l.* 4. *D. de locat.* Forſter. *d. cap.* 14. *num.* 3. ex quibus conſequitur, verba illa, *Quibus omnibus non exſtantibus*, non eſſe intelligenda

de tota ſtirpe paternali exſtincta, ſed tantum de interrupto ordine ſucceſſionis per exſtinctionem filiorum & fratrum.

3. Maneat ergo inuicta hæc veritas, proximiorem & ſeniorem eſſe quærendum inter ipſos Friderici primi acquirentis poſteros & deſcendentes, qui reſpectu vltimi Electoris ſine liberis morientis tranſuerſam lineam obtinebunt. Si enim Imperator ſubſtitutum eſſe voluit agnatum proximiorem & ſeniorem, filiis & fratribus non exſtantibus: ergo noluit extendere ad alios agnatos, de quibus non liqueat, & qui admitti, vt diximus, non poſſent. Vocatus enim eſſet is agnatus, qui non eſſet in rerum natura, & qui adeſſe non poterit; Sogarius *d. conſil* 3. *num.* 2. ideo pro non ſcripta eſſet habenda ſubſtitutio; *l. ſi eo tempore, D. de his quæ pro non ſcript. l.* 4. §. *in primo, C. de caduc. toll.* Salomonius in *repet. l. Gallus in pr. nu.*48. *D. de lib. & poſth.* Sogarius *d. Conſ. nu.* 4.

4. Et verba illa, *proximior & ſenior*, eſſent ſuperflua, nihilque operarentur, contra *c. ſi papa, de priuileg. lib. 6. & l. ſi quando, in pr. C. de inoffic. teſt.* Baldus in *rub. de contrah. empt. quæſt.* 9. Felinus in *cap.* 1. *verb. priuilegium, de reſcript.* Gallicius *Conſil.* 2. *num.* 154. *inter Conſil. feudavar. D.*

5. Quod cum ita ſit, & paragraphus ille, *Quibus omnibus non exſtantibus*, ſuperflueret, niſi operaretur effectum prælationis ſenioris, audacter dicimus, præponendum eſſe patruum nepoti, cum Peregrino *Conſil.* 63. *num.* 17. *lib.* 2. Vt enim hic paragr. ſtet cum aliquo effectu operatorio, *l. ſi quando, D. de legat.* 1. & vt ſeruet naturam ſuam propriam, fateri oportet, vt patruus præferatur nepoti: alioqui ſi nepotem admiſerimus, verba violari in patrui præiudicium neceſſe eſt, & præterea quod ille §. nihil operetur: Peregrin. *d. Conſil.* 63. *nu.* 17.

6. Aiunt, proximiorem & ſeniorem ſic interpretandum & ſubaudiendum eſſe, ſcilicet in linea proximiori ſeniorem; Zeſchlinus *de Tutel. Elect. legit. cap.* 8. *num.* 98. Sed talis ſubauditus intellectus in Legibus & conſtitutionibus Imperii interpretandis explodendus, arg. *l. ſed etſi pupillus, §. proſcribere, D. de inſtitut. l.* 1. §. 1. *D. de his quæ in teſt. delent.* cum ſimilibus: quia extraneæ & abſurdæ interpretationes non ſunt exaudiendæ; *l. heredes mei, §. cum ita, & l. nam abſurdum, D. de bon. lib.* Iaſon. in *l. exiſtimo, D. de verb. obligat.* Nic. Euerhardus in

Topic.

Topic. loco ab abſurdo, Peregrinus *Conſil. 65. num. 10. lib. 2.* Abſurdum autem eſt Imperatoribus vanam & inanem tautologiam affingere, quæ in legibus vitanda eſt. & quum iuxta hanc interpretationem paragraphus iſte prorſus otioſus ſit, & ſuperfluat; Accurſius *de feud. Marcb. vel Ducatus, in Vſib feud. verb. conſobrinis, παλλλογ*@ & vitioſus pleonaſmus fiat neceſſe eſt, ſi credimus Aquilæ Romano in *Rhetor. figur.*

7. Enimuero de linea proximiori intelligendum eſt vel comprehenſiue, vel extenſiue. Non comprehenſiue, quia hic ordo ſeparatus eſt, nec comprehenditur ſub diſpoſitione prioris, vt ipſimet fatentur aduerſarij. Non extenſiue, quia ſic ſequeretur abſurditas illa ſuperuacaneæ & vitioſæ ſiue tautologiæ ſiue palilogiæ.

8. Quod vt euitetur, iuxta regulam communem Bullæ ac Nouellæ iſtæ conſtitutiones, quam poteſt fieri, ſtrictiſſime accipiendæ & interpretandæ ſunt; *l. 3. §. hac verba, D. de neg. geſt. l. conſtitutionibus D. ad municipal. l. quod conſtitutum, D. de teſt. milit.* Et quod Bullæ non dicunt, nec nos dicere debemus; *l. ſi vero, §. de viro, D. ſolut. matrim. l. ſi ſeruum, §. non dixit prætor, D. de acquirend. hered.* Matth. Klock. in *Conſultat. an fratrum germ. filii &c. fol. 50* Forſterus *de ſucceſ. ab inteſt. lib. 3. cap. 16. num 7.*

9. In ſimili teſtator, quod non loquitur, voluiſſe non præſumitur; *l. quidam cum filium*, & ibi Baldus, *D. de verb. oblig. l. vni. §. ſin autem ad deficientis, C. de caduc. toll.* Decius *Conſil. 63. n. 3. & conſil. 89. nu. 2.* Pariſius *Conſil. 3. num. 8. & conſil. 39. n. 3. lib. 3.* Hieron. à Laurentiis in *repet. l. ſi emancipati, C. de collat. num. 363.* Peregrinus *conſil. 64. n. 2. lib. 2.* Cephalus *Conſil. 196. num. 12.* Et non ſufficit dicere, teſtatorem voluiſſe hoc, niſi eius voluntas tranſierit in diſpoſitionem; Baldus in *d. l. quidam*, Decius *Conſil. 105. num 5.* Iaſon *Conſil. 228. num. 10. lib. 1.* Pariſius *Conſil. 87. num. 18. lib. 2.* Laurentius *d. num. 363.* Nam omiſſum pro omiſſo habetur; *l. militis codicil. §. veteranus, D. de milit teſt.* Roland. à Valle *Conſil. 426. num. 24.* Laurentius *d. num. 363.* Quum ergo de linearum prælatione in vltimis agnatis non fuerit locutus Imperator in eo paragrapho, de illa non cenſetur voluiſſe diſponere; *l. ſeruum, §. non dicit prætor, D. de acquir. hered. l. portio, D. de public.* Crauetta *Conſilio 300, num. 6.*

9. Nullum enim ſit verbum in Bullis de proximitate linearum aut ſeniore agnato in proximiori linea, ſed ſimpliciter & indiſcriminatim de proximiore & ſeniore conſanguineo pro tempore. Quia itaque lex deficit, nec ſupplendum ſit aliquid ſine auctoritate legis; Franc. de Eccleſia *Conſil.* 13. *num.* 3. *& ſeqq. inter Conſ. feud. var. Doct.* Klock. *d. fol.* 50. ſatis eſt vt Bullæ vendicent ſibi locum ad excluſionem linearum tantum, vt admittatur proximior indifferenter, & inter pares gradu ſenior; Ang. Mattheacius *de legat. & fideicom. cap.* 9. *num.* 26.

10. Quinimmo ſi proprietatem participii, *exſtantibus*, ſpectemus, vt ſecundum regulas Grammaticorum rem definiamus, de non exſtantibus filiis & fratribus tempore obitus Electoris, & non de futuris & extituris vt interpretemur neceſſe eſt. Bulla enim concepta eſt in participio præſenti, quod exſtantibus filiis, nepotibus & fratribus, agnati tranſuerſi non ſuccedant, exſtantibus videlicet tempore mortis, vt ſi tum exſtent filii vel nepotes aut fratres, agnatis vlterioribus obſtent, eosque repellant: non exſtantes autem non obſtent; Forſterus *de ſucceſſ. ab inteſt. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 12. puta ſi Electori defuncto nec filii ſint, nec nepotes, nec fratres, vt tum & hoc in caſu proximior & ſenior agnatus vocetur.

11. Quamobrem vt omnis abſurditas euitetur, quæ ex aduerſa interpretatione, quoquo te vertas, emergit & repullulaſcit, patiamur, quæſumus, vt verba illa, *proximior & ſenior*, proprie ac naturaliter accipiantur. Aperte dicitur, *ſenior*. Aut itaque verbum hoc non ſignificabit ætate maiorem, contra ſenſum Grammaticum, quod eſt abſurdum, aut Illuſtriſſimum Principem Iohannem Erneſtum Ducem Saxoniæ, &c. Vinarienſem neceſſe eſt vocari, & per conſequens eum primogenitum (vt aduerſariorum verbo vtar) cenſeri in linea priuata ſiue collaterali, non autem Illuſtriſſimum principem Ioannem Philippum Ducem Saxoniæ, &c. Aldenburgenſem, niſi vim omnem ac proprietatem vocum in primigeniis & maioratibus ſemel in vniuerſum labefactatam velimus, & quodlibet pro lubitu fingere; Raph. Eglinus in *Genealog. Domini Ieſu Chriſti*, *numero* 84.

12. Ita-

Digitized by Google

12. Itaque cum dicatur, *proximior & ſenior*, attenta hac verborum conceptione, nonne Vinarienſis maior natu ſuccederet, excluſo Aldenburgio? Certe oportet concedere ei, vt ſuccederet & excluderet; alioquin manifeſta fieret vis & violentia verbis Bullarũ, quibus tamen ſeruire neceſſe eſt; *l. ille aut ille*, §. *cum in verbis, D. de legat.* 1. Peregrinus *Conſil.* 64. *n.* 10. *lib.* 1. Et quia impoſſibile eſt ſecundum naturam negare, quod Princeps Vinarienſis non ſit ſenior: igitur de eo ſenſit Imperator. Nam verba eorum, qui de ſucceſſione diſponunt, naturaliter, non ciuiliter ſunt accipienda; *l. vlt. Cod. de his qui ven. ætat. impetr.* & in terminis Peregrin. *dict. Conſil. numero* 11. Inſpectis ſiquidem verbis Bullarum, quæ in hac quæſtione ſucceſſoria præcipue ſpectari debent, *l. penult. D. de leg.* 1. *l. Gallus*, §. *quidam recte, D. de liber. & poſthum* vocatur expreſſe Princeps Vinarienſis; Peregrinus *Conſil.* 33. *numero* 2. *libr.* 2. Et cum verba videantur clara, omnis de voluntate Imperatorum quæſtio ceſſare videtur; *dict. l. ille aut ille*, §. *cum in verb. D. de leg.* 3. *l. continuus*, §. *cum quis, D. de verb. oblig.* Peregrin. *dict. conſil.* 33. *num.* 3.

13. Argumentum ſumitur ab ipſa notione. Nam à quo remouetur ſignificatio, remouetur etiam effectus rei; *l. Labeo*, §. *idem Tubero, D. de ſupellect. leg.* Cabetus *Practic. obſeruat. part.* 2. *deciſ.* 34. *numero* 10. & quod natura comparatum eſt, vt ſit in alio, illo non exiſtente nunquam fiet; Plotinus Philoſophus *Ennead.* 3. *lib.* 6. *capit.* 14. cuiusmodi eſt qualitas ætatis, quæ ceſſat in Aldenburgio: ideo ceſſare debet diſpoſitio ipſius Legis; *l.* 4. §. *totiens, D. de damno infect. l. non aliter D. de leg.* 3. Chaſſanæus *Conſil.* 53. argumento pacti, quod, ſi de vno loquitur, ad alterum non eſt extendendum; *l. ſi vnus*, §. *ante omnia, D. de pact.*

14. Quæ cum ita ſint, & Illuſtriſſimus Princeps Aldenburgius non ſit proximior (habet enim æquales) nec ſenior, conſequitur, quod ſucceſſio debeat tranſire ad Illuſtriſſimum Principem Vinarienſem per *l. fideicommiſſa, D. de condit. & demonſtrat.* Cabedus *Pract. obſeruad. part.* 2. *deciſ.* 34. *num.* 10.

15. Atque hic calamum figimus. Sunt enim hæc, quæ hactenus exſecuti ſumus, ſi intentionem noſtram ſpectes, nimis multa: Si

Digitized by Google

vero rei ipſius magnitudinem, nimis pauca. Diximus autem, quæ potuimus, vel potius quæ debuimus. Rectene ac vere, id eſt acu ne rem (quod dici ſolet) tetigerimus, iudicium ſit eorum,

Quos penes arbitrium eſt, & ius ac norma loquendi atque pronunciandi ſententiam. De cæteris enim οὐδὲν φροντὶς Ἱπποκλείδει.

FINIS TRACTATVS DE MAIORATV.

M. G. H.

367

Digitized by Google

368

Digitized by Google

M. G. H.

CONSILIARII SAXONICI
Vinarienſis

DISCVRSVS EXOTERICVS

DE IVRE REPRÆSENTATIONIS in Primogenitura Imperij Germanici.

Editio altera auctior & emendatior.



FRANCOFORDIÆ,
Curantibus Rulandijs, Typis IOANNIS BRINGERI
M. DC. XV.

Digitized by Google

Digitized by Google

MELCHIOR GOLDASTVS
HAIMINSFELDIVS, CONSILIARIVS SAXONICVS VINARIENSIS,
LECTORI S. P. D.

EDitus eſt ſuperiore anno tractatus Jacobi à Saa Equitis Luſitani *de Primogenitura*; & quidem ſtudio atque opera Ampliſſimorum Illuſtriſſimæ Aulæ Aldenburgenſis Conſiliariorum: ab ijsdemque paſſim in Imperio diſtributus ac diuulgatus. Nempe eum cum primis pro intentione ſua aſſerenda facere putabant. Quem vbi Illuſtriſſima Princeps ac Domina, Domina Dorothea Maria, Duciſſa Saxoniæ, Princeps Anhaldiæ, Lantgrauia Thuringiæ, Marchioniſſa Miſniæ, &c. vidua & tutrix Illuſtriſſimorum Saxoniæ Ducum Vinarienſium, ipſius Celſitudinis filiorum minorennium & pupillorum, clementiſſime nuper Vinariæ legendum mihi & cenſendum exhibuiſſet; egoque, eo perlecto, deprehendiſſem, ſcopum auctoris non modo à mente Legis patriæ, id eſt Regni Portugalliæ, verum etiam ab inſtituto & conſuetudine Imperij noſtri Germanici longius aberrare, in mandatis accepi, vt eundem tractatum, cum adiuncta mea cenſione, alicui typographo recudendum darem.

Quod à longinqua & diuturna Legatione Francofordiam, ad bibliothecam meam reuerſus, vt voluntati Principis meæ Clementiſſimæ ea, qua par & æquum eſt, promtitudine ſatisfacerem, confeſtim eram præſtiturus, ni partim Electoria Comitia, ad quæ me deſtinauerat, partim ſubincidens ille grauiſſimus & deſperatiſſimus morbus, quem ex algore brumalis frigoris, quo intenſius aliud non ſenſit ætas noſtra, crudoque illo Slauonico & Boreali victu in itinere contraxeram, me ab incœpto ſubinde reuocaſſent.

Nunc autem quum Dei Triuni munere ac beneficentia, qui optimus maximus qua corporum qua animarum vnus ac ſolus eſt medicus, cœperim conualeſcere, & viriculas corporis mei pedetentim colligere, tractatum illũ, relictis rebus omnibus, in manus reſumpſi, &, quãtum per languorẽ licuit, breuib. notis recenſui; oppoſito tractatu Ludouici Molinæ Anteceſſoris Luſitani, necnon Regij, antequam nomen Societati Ieſu dediſſet, Conſiliarij, quo Leges Luſitanicæ pariter & Caſtilianæ haud paulo ſanius explicantur. Quanquam ſi rem acutioribus & intentiorib. oculis intueamur ac conſideremus, verumque fateri non nolimus, ſententia Jacobi à Saa nihil nobis officere atque obeſſe debet: quia in linea tantum directa & deſcendenti admittere videtur repræſentationem: non item in tranſuerſa & collaterali. Quæ eadem eſt noſtra intentio, quam hoc Diſcurſu, eiuſdem Clementiſſimæ Principis iuſſui ac mandato parentes, quam potuit ſtrictiſſime adumbrauimus: non inuitas manus daturi, ſi quis meliora & certiora nos edocuerit. *Hæc enim verecunda cogitatio eius qui lites exſecratur, non eſt vituperanda*, ait Vlpianus in *l. 4. §. 1. in fin. D. de alienat. indic. mutand. cauſ. fact.* Namque in eum finem & iuſſus

iuſſus ſcripſi, & nunc etiam publico, vt veritas aut hinc elluceſcat, aut ab aliis doctioribus & peritioribus, quorum cenſuræ libens merito acquieſcam, eruatur. Nec litem facimus, ſed conficere aggreſſi ſumus: Seruii Sulpitii non tam admirabilem & prope diuinam iuris ſcientiam, quam laudabilem conſuetudinem ſecuturi, qua ſemper maluit litium controuerſias tollere, quam iudicium dictare, ſi modo per eos liceat, quibus ea res eſt in manu. Tantum volui. Vale, Lector, & nolito mihi credere, ſed veritati, tamque te hominem puta eſſe, qui legis, quam ego, qui ſcripſi; vt omiſſis litigatorib. furioſis ac pertinacibus contendamus ſimul ad ſcientiam peruenire.

Exarabam Hanouiæ, anno Chriſti nati M D C XII. menſe Auguſto, quo Illuſtriſſimus Comes ac Dominus, Dominus Philippus Ludouicus, Comes Hanouiæ & Rheineckiæ, Baro Myntzenbergæ, S. Cæſareæ Maieſtatis Conſiliarius, & Comitum Wederauianorum Decanus, in ipſo ætatis flore & ἀκμῇ morbo πυρετῷ in Legatione Anglicana contracto, nobis abreptus pientiſſimam animam Deo Patri ſuo placide reddidit. Heros ingenti animo, vultuque vere Heroico præditus; & qui in illa Legatione admirandum virtutis ſuæ ſpecimen præbuit in conciliando & pronubendo Regio illo & Electorali Palatino, Reipublicæ Chriſtianæ tam auſpicato & ſalutari matrimonio. Præterea fidem eius ſtudiumque bene & præclare de Republica merendi, Sacratiſſimus Imperator Auguſtus, Rex Galliæ, Rex Britanniæ, alii Europæ Principes iam mirari & ambire cœperant, quum ecce ſtamina orientis fortunæ inuidia Parcarum præſcidit. Ite nunc mortales, & magnis cogitationibus pectora implete. Sed quorſum me prouexit præſens luctus, ſimul

 amor

amor erga defunctum, cui hoc monumẽtum ſtatuo ſingularis gratiæ & clementiæ, qua me vivus ſemper & propemodum familiariter proſequebatur, cuiusue cauſa me Illuſtriſſimæ viduæ Regenti & Generoſæ proli devinctum manere lubens merito profiteor. Iterum vale, Lector, & hunc grati animi noſtri affectum benigniter indulge.

DISCVR-

DISCVRSVS EXOTERICVS,

DE IVRE REPRÆSENTATIONIS IN PRIMOGENITVRA IMPERII *Germanici.*

VETVS eſt quæſtio, & inter Doctores noſtros varie a-
1. gitata, an iure Primogenituræ, quam nominant, in ſucceſſione bonorum indiuiduorum, ad quæ primogenitus, ſiue maior & ſenior (quæ in hoc caſu eſſe ſynonyma, tradit Præpoſitus Alexandrinus in *c. ius naturale,* 1. *diſt. col.* 3. Lopez in *gloſ. ad Partitas, par.* 2. *tit.* 15. *l.* 2. *in pr.* Pyrrhus Angliberius in *Conſuetud. Aurelian. tit.* 1. §. 25.) vocatur, locum habeat repræſentatio inter nepotem & patruum, vlterioresue agnatos.

2. Et iure quidem Diuino non habuiſſe, Moyſes poteſt fidem facere, cuius hæc ſunt verba: *Homo cum mortuus fuerit abſque filio, ad filiam eius tranſibit hæreditas. Si filiam non habuerit, habebit ſucceſſores fratres ſuos. Quod ſi & fratres non fuerint, dabitis hæreditatem fratribus patris* (id eſt patruis) *eius. Sin autem nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his, qui ei proximi ſunt. Eritque hoc filiis Iſrael ſanctum lege perpetua*: Numer. 27. v. 8. Quam legem ita breuiter comprænendit Licinius Ruffinus in tit. de Legitim. ſucceſſ. *Homo, ſi deceſſerit, & filios non habuerit, dabitis hæreditatem proximo eorum de tribu eius.*

3. Vetuſtiſſimo etiam iure Romanorum in Duodecim Tabulis relato, nullum ſibi locum repræſentationem vindicaſſe, ſed proximiorem ſemper fuiſſe remotiori prælatum: verbi gratia, *Si fuerint defuncti frater, & alterius fratris filius, aut patruus, fratrem potiorem habitum fuiſſe,* teſtatur Iuſtinianus Imp. §. *ſi plures*, 4. *Inſtit. de legitim. agnat. ſucceſſ.* Paulus *lib.* 4. *Sentent. tit.* 8. §. 2. Licin. Ruffinus in *Collat. legum Iudaic.*

& Rom.

Digitized by Google

& Rom. d. tit. 16. de legitim. ſucceſſ. Quod ius etiam ante conditam Romam in moribus primorum Regum & vſu fuiſſe apud Latinos videtur. Siquidem Aſcanio, Æneæ Regis filio, non Iulus nepos, ſed patruus Syluius, Aſcanij frater ſecundogenitus, ſucceſſiſſe memoratur; Dionyſius Halicarnaſſ. *lib. 1. Antiquitat. Roman.* Sext. Victorinus in *lib. de Orig. vrbis Rom.* Euſebius in *Chronic.* Caſſiodorus in *Chronic.* Glareanus in *Annotat. ad lib. 1. Liuii*, Ioan. Velcurio in *Annotat. ad eundem libr. 1.* Andr. Schottus in *Not. ad Aur. Victor. de Orig. vrb. Rom.* Et verba quidem Victorini ſiue Aurelii Victoris hæc ſunt: *Aſcanius poſtquam exceſſiſſet è vita, inter Iulium filium eius, & Syluium poſthumum, qui ex Lauinia genitus erat, de obtinendo imperio orta contentio eſt, cum dubitaretur, an Æneæ filius, an nepos potior eſſet. Permiſſa diſceptatione eius ab vniuerſis Rex Syluius declaratus eſt.* Quæ verba ſumpta ſunt ex *Annalium Pontificalium lib. 4.* Cuius exempli ductum fors eſt vt Scipio Africanus ſecutus ſit, qui gen•nam germanam controuerſiam duello commiſit, & Corbo patruo victori regnum Numidiæ contra nepotem Orſuam addixit; Liuius *libr. 28. fol. 317.* Strabo *lib. 19. Coſmograph.* Cabotius *lib. 1. Var. iuris diſputat. cap. 11.* Arniſæus *lib. 1. Politic. cap. 9. fol. 121.* Sed mihi magis videtur, vt Decemuiri Legem hanc ab Lacedæmoniis acceperint, apud quos *Primus in regno habebatur, qui maximus natu eſſet ex liberis eius, qui regnans deceſſiſſet. Si is virilem ſexum non reliquiſſet, tum deligebatur, qui proximus eſſet propinquitate*, vt habet Æm. Probus ſiue is Corn. Nepos ſit, in *lib. de Vita excellent. Imperator. in Ageſilao.* cui conſentit Xenophon in *Ageſilao*, & *lib. 3. de Reb. Græcor.* & Plutarchus in *Ageſilao*.

4. Idem ius antiquo Germanorum more obtinuiſſe, ex Legũ noſtrarum reliquiis quæ circumferuntur, licebit cognoſcere. Namque Corn. Tacitus auctor eſt in lib. *de Morib. Germanor.* ſuo tempore in Germania *heredes ſucceſſoresq; ſuos cuiq; liberos fuiſſe, & ſi liberi non eſſent, proximũ gradũ in ſucceſſione fratres, patruos, auunculos obtinuiſſe.* In Legib. Wiſigothor. lib. 4. tit. 2. l. 2. *In hereditate illius, qui moritur, ſi inteſtatus deceſſerit, filij primi ſunt. Si filii deſunt, nepotibus debetur hereditas. Si nec nepotes fuerint, pronepotes ad hereditatem vocentur. Si vero, qui moritur, nec filios, nec nepotes, ſeu patrem, vel matrem relinquit, tunc auus aut auia hereditatẽ ſibimet vindicabit.* Et leg. 3. *Quando ſupradictæ perſonæ deſunt, quæ aut de*

ſuperiori

Digitized by Google

ſuperiori aut inferiori genere, diſcreto ordine, veniunt, tunc illæ perſonæ, quæ ſunt à latere conſtitutæ, (vt ſunt fratres, patrui, &c) *requirantur, vt hereditatē accipiant defuncti*, &c. Et leg. 4. *Qui gradu illis proximi fuerint, eorum obtinebunt hereditatem.* Et iterum leg. 3. *Nam illæ perſonæ, quæ ſunt à longioribus conſtitutæ, nihil ſe exiſtiment illis prioribus poſſe petere.* Sed hæc in bonis alodialibus, diuiduis ac herciſcendis obtinuerunt, & etiamnum in vſu ſunt.

5. Aliter à caſcis illis Germanis ſancitum fuit in rebus primigenialib. indiuiduis & (vt Doctores noſtri loquuntur) vinculatis ſeu ligatis; in quibus non modo proximitatis, vt iure Diuino & Romano, quo pares gradu æqualiter ad ſucceſſionem vocabantur, verum etiam ætatis ratio haberetur, vt inter eos, qui eodem in gradu verſantur, maior natu cæteris anteferretur. Legem Genſerici Vandalorum Regis & Imperatoris Africæ, refert Procopius *libr. 3. de Bell. Vandal.* in hæc verba: *Gizericus iam ſenex decedens teſtamentum condidit, in quo quum alia multa Vandilis mandaret, tum vt per manus eius Regni ſucceſſores illi propinquiori ex genere virilis prolis traderentur, & ex his qui ætate præcederent.* Cuius Legis meminit, eamque approbare non obſcure videtur Iuſtinianus Imper. in Epiſtol. ad Gilimerem Regem ſcribens: *Impie facis minimeque dignum Gizerichi teſtamento, quod Hilderichum legitimum Regem in cuſtodia teneas; quum breui poſt tempore tibi liceret ex Lege omnino ſuccedere*: &c. Ad quam epiſtolam Gilimer in hunc modum reſpondit: *Neque ego per vim Regnum accepi, neque contra meos propinquos quicquam iniuſtum perpetraui. Hilderichum enim noua quærentem in familiam noſtram, Vandilorum gens magiſtratu deiecit, neque tempus & ex lege ætatis honor in Regnum vocauit.*

6. Conſimilem Legem Cambræ Reginæ Francorum, ex Hunibaldo Fuldenſi Monacho profert Trithemius Abbas Spanheimenſis in *Compend. Annal. Franc. libr. 1.* ſi qua fides dictis eius habenda eſt; quod nimirum exſtantibus fratribus primogenitis & natu maioribus in Ducatu, non deberet eſſe locus ſecundogenitis & minoribus natu; *ne* (vt ille ait) *Regnum confunderetur.* Ex qua fortaſſis Lege Theodibaldo Rege defuncto, anno Domini DLVI. ſucceſſit Childebertus Rex eius propatruus, & huic rurſum Clotharius Rex eiusdem Theodibaldi propatruus, excluſis cæteris; Agathias *libr. 1. fol. 43.* Grego-

Digitized by Google

& Rom. d. tit. 16. *de legitim. ſucceſſ.* Quod ius etiam ante conditam Romam in moribus primorum Regum & vſu fuiſſe apud Latinos videtur. Siquidem Aſcanio, Æneæ Regis filio, non Iulus nepos, ſed patruus Syluius, Aſcanij frater ſecundogenitus, ſucceſſiſſe memoratur; Dionyſius Halicarnaſſ. *lib.* 1. *Antiquitat. Roman.* Sext. Victorinus in *lib. de Orig. vrbis Rom.* Euſebius in *Chronic.* Caſſiodorus in *Chronic.* Glareanus in *Annotat. ad lib.* 1. *Liuii*, Ioan. Velcurio in *Annotat. ad eundem libr.* 1. Andr. Schottus in *Not. ad Aur. Victor. de Orig. vrb. Rom.* Et verba quidem Victorini ſiue Aurelii Victoris hæc ſunt: *Aſcanius poſtquam exceſſiſſet è vita, inter Iulium filium eius, & Syluium poſthumum, qui ex Lauinia genitus erat, de obtinendo imperio orta contentio eſt, cum dubitaretur, an Æneæ filius, an nepos potior eſſet. Permiſſa diſceptatione eius ab vniuerſis Rex Syluius declaratus eſt.* Quæ verba ſumpta ſunt ex *Annalium Pontificalium lib.* 4. Cuius exempli ductum fors eſt vt Scipio Africanus ſecutus ſit, qui gentinam germanam controuerſiam duello commiſit, & Corbo patruo victori regnum Numidiæ contra nepotem Orſuam addixit; Liuius *libr.* 28. *fol.* 327. Strabo *lib.* 19 *Coſmograph.* Cabotius *lib.* 1. *Var. iuris diſputat. cap.* 11 Arniſæus *lib.* 1. *Politic. cap* 9. *fol.* 121. Sed mihi magis videtur, vt Decemuiri Legem hanc ab Lacedæmoniis acceperint, apud quos *Primus in regno habebatur, qui maximus natu eſſet ex liberis eius, qui regnans deceſſiſſet. Si is virilem ſexum non reliquiſſet, tum deligebatur, qui proximus eſſet propinquitate*, vt habet Æm. Probus ſiue is Corn. Nepos ſit, in *lib. de Vita excellent. Imperator. in Ageſilao.* cui conſentit Xenophon in *Ageſilao*, & *lib.* 3. *de Reb. Græcor*, & Plutarchus in *Ageſilao.*

4. Idem ius antiquo Germanorum more obtinuiſſe, ex Legũ noſtrarum reliquiis quæ circumferuntur, licebit cognoſcere. Namque Corn. Tacitus auctor eſt in lib. *de Morib. Germanor.* ſuo tempore in Germania *heredes ſucceſſoresq; ſuos cuiq; liberos fuiſſe, & ſi liberi non eſſent, proximũ gradũ in ſucceſſione fratres, patruos, auunculos obtinuiſſe.* In Legib. Wiſigothor. lib. 4. tit. 2. l. 2. *In hereditate illius, qui moritur, ſi inteſtatus deceſſerit, filij primi ſunt. Si filii deſunt, nepotibus debetur hereditas. Si nec nepotes fuerint, pronepotes ad hereditatem vocentur. Si vero, qui moritur, nec filios, nec nepotes; ſeu patrem, vel matrem relinquit, tunc auus aut auia hereditatẽ ſibimet vindicabit.* Et leg. 3. *Quando ſupradictæ perſonæ deſunt, quæ aut de*

ſuperiori

Digitized by Google

ſuperiori aut inferiori genere, diſcreto ordine, veniunt, tunc illæ perſonæ, quæ ſunt à latere conſtitutæ, (vt ſunt fratres, patrui, &c) *requirantur, vt hereditatē accipiant defuncti*, &c. Et leg. 4. *Qui gradu illis proximi fuerint, eorum obtinebunt hereditatem.* Et iterum leg. 3. *Nam illæ perſonæ, quæ ſunt à longioribus conſtitutæ, nihil ſe exiſtiment illis prioribus poſſe petere.* Sed hæc in bonis alodialibus, diuiduis ac herciſcendis obtinuerunt, & etiamnum in vſu ſunt.

5. Aliter à caſcis illis Germanis ſancitum fuit in rebus primigenialib. indiuiduis & (vt Doctores noſtri loquuntur) vinculatis ſeu ligatis; in quibus non modo proximitatis, vt iure Diuino & Romano, quo pares gradu æqualiter ad ſucceſſionem vocabantur, verum etiam ætatis ratio haberetur, vt inter eos, qui eodem in gradu verſantur, maior natu cæteris anteferretur. Legem Genſerici Vandalorum Regis & Imperatoris Africæ, refert Procopius *libr. 3. de Bell. Vandal.* in hæc verba: *Gizericus iam ſenex decedens teſtamentum condidit, in quo quum alia multa Vandilis mandaret, tum vt per manus eius Regni ſucceſſores illi propinquiori ex genere virilis prolis traderentur, & ex his qui ætate præcederent.* Cuius Legis meminit, eamque approbare non obſcure videtur Iuſtinianus Imper. in Epiſtol. ad Gilimerem Regem ſcribens: *Impie facis minimeque dignum Gizerichi teſtamento, quod Hilderichum legitimum Regem in cuſtodia teneas; quum breui poſt tempore tibi liceret ex Lege omnino ſuccedere*: &c. Ad quam epiſtolam Gilimer in hunc modum reſpondit: *Neque ego per vim Regnum accepi, neque contra meos propinquos quicquam iniuſtum perpetraui. Hilderichum enim noua quærentem in familiam noſtram, Vandilorum gens magiſtratu deiecit, neque tempus & ex lege ætatis honor in Regnum vocauit.*

6. Conſimilem Legem Cambræ Reginæ Francorum, ex Hunibaldo Fuldenſi Monacho profert Trithemius Abbas Spanheimenſis in *Compend. Annal. Franc. libr. 1.* ſi qua fides dictis eius habenda eſt; quod nimirum exſtantibus fratribus primogenitis & natu maioribus in Ducatu, non deberet eſſe locus ſecundogenitis & minoribus natu, *ne* (vt ille ait) *Regnum confunderetur.* Ex qua fortaſſis Lege Theodibaldo Rege defuncto, anno Domini DLVI. ſucceſſit Childebertus Rex eius propatruus, & huic rurſum Clotharius Rex eiuſdem Theodibaldi propatruus, excluſis cæteris; Agathias *libr. 1. fol. 43.* Grego-

Digitized by Google

rius Turonenſ. *lib.* 4. *Hiſt. Franc. cap.* 9. *in fin.* Fauſtus Monachus *in Vita B. Mauri* Venantius Fortunatus Pictauienſ. *lib.* 7. *Poëmat.* Aimoinus *lib.* 2. *de Geſt. Franc. cap.* 25. Rob. Gaguinus in *in Annal. de Regibus Franc. lib.* 1. Fauchetus I C. *lib.* 3. *Antiquit. Rag. Franc. c.* 10. *in fin.* Papyr. Maſſonus I C. *lib.* 1. *Annali. Franc. fol.* 40.

7. Iure Saxonico, quo media ferme pars Imperij Germanici hactenus vſa eſt (Thuringi ſcilicet, Haſſi, Saxones, Brandenburgij, Venedi, Sclaui, Bohemi, Sileſii, Moraui, Poloni, Lituani, Liuones, Boruſſi, Dani, Noruegi, Sueci, Ruſſi &c.) repræſentationem fuiſſe & eſſe incognitam, conſtare poteſt ex Speculo Saxon. *lib.* 1. *art.* 3. *& art.* 17. *lib.* 2. *art.* 20. Wichbildo Magdaburg. *art.* 63. *in gloſſ.* Fachſio *Different. iur. Saxon. capit.* 25. Weſenbecio ad §. 7. *Inſtit. de hæred. qual. & diff. &* §. 4. *Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* Schneidewino in *comment. ad tit. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. def. ſub rubr. de tertio ord. ſucced. collateralium, numero decimoſexto.* Quo iure proximior quidem ſemper agnatus vocatur, ſed gradu & ætate, non fictione aut repræſentatione; Freherus in *tractat. de legit. tut. curaque Elector. Palat. in Not. fol.* 23.

8. Ex hoc iure natæ ſunt Leges, quibus primogenitura non ſecundum lineas, ſed ætatem æſtimatur, Septentrionalium Germanorum, quas illi in occupatas ab ſe prouincias intulere: veluti, FRANCORVM; Ottho Friſingenſis *libro ſecundo, de geſt. Frider.* I. *Imper. capit.* 29. Cuiacius *libro primo Feudor. tit.* 9. Roſenthal in *Synopſ. feud. capit.* 7. *concluſ.* 56. *gloſſ.* 6 Betſius in *tract. de pact. famil. illuſtr. capit.* 9. *fol.* 501. VANDALORVM; Procopius *d. lib.* 3. Victor Vticenſis *libro* 2. *de Perſecut. Vandal.* Sigibertus Gemblacenſis in *Chronic.* Cabotius *lib.* 1. *Var. iuris diſput. capit.* 11. ANGLORVM; Thomas Smithus *de Republ. Anglor. libr.* 3. *capit.* 9. Baro Schenck à Tautenberg in *tit. Si de feud. defunct. controuerſ. fuer. & cap.* 1. *De fil. ex matrimon. ad morgonat.* Anton. Gabrielius *lib* 6. *Commun. concluſ. tit. de ſtatut. concluſ.* 9. Cuiacius *libro ſecundo Feudor. tit. vndecimo.* Nicol. Betſius in *dict. tract. de Pactis famil. illuſtr. capit.* 9. *fol.* 501. Vnde tandem exædificata fuerunt iura feudorum Anglicorum, quas ipſi *Littetons Tenemres*, Hotomanus *Liteltonium*, Smithus vocat *Littertonum.* SCOTORVM; Buchananus *libr.* 4. *Hiſtor. Scotbic.* Betſius in *dict. tractat.*

de Pact.

Digitized by Google

de Pact. fam. illuſtr. HIBERNORVM, præſertim eæ, quæ in *Taniſtria* (ſic Legum ſuarum volumen appellant) compræhenduntur; Thuanus *lib.* 40. *Hiſtor. ſui temporis*, Betſius *dict. tract. capit.* 5. *fol.* 114. NORMANNORVM, de quibus conſulendæ ſunt Conſuetudines Norman. *tit.* 25. *& tit.* 99. Arniſæus *Politic. lib.* 1. *cap.* 9. *fol.* 220. LONGOBARDORVM, de quibus Lucas à Penna in *l. vlt. Cod. de tyron. libr.* 12. Arniſæus *dict. cap.* 9. *fol.* 220. VILTZORVM; Aimoinus *libr.* 4. *de geſt. Franc. cap.* 110. Cabotius *lib.* 1. *Variar. iuris diſputationum, cap.* 12. vt cæteros populos nunc ponam ad compendium.

9. Sed hic ſuboritur quæſtio, quæ olim Doctores noſtros anxie vehementerque vexauit, patruuſne præferendus ſit an nepos in ſucceſſione aui? Si iura antiqua ſpectamus, conſuetudinemque gentium Germanicarum, & rationis ſimul æquitatem, indubitati iuris eſſe comperiemus, patruum haberi priorem & potiorem; & quidem iure triplici, poſſeſſionis, proximitatis & ætatis. In omni enim petitione hæreditatis, Legislatores noſtri primo ad vltimum poſſeſſorem reſpexerunt; cui qui proximior erat gradu, is cæteris omnibus agnatis; & ille inter pares gradu, qui natu erat maior, anteponebatur.

10. Iam autem quis auo poſſeſſori proximior eſt, filiuſne an nepos? Nonne filius? Etiam profecto, quippe qui vno gradu nepotem antecedat, atque eo nomine etiam excludat, quod (vt Germani dicunt) das Guth wird auß deß Vatters Munde geſtorben / id eſt bonorum poſſeſſio à manu patris habentis accipiatur: Schmidt in *Chronic. Thuringiæ, Anno* M C C L V. *folio* 99. Nam Munde / *mundium* Latine loquentibus, ſignificat poteſtatem & auctoritatem ac dominium actuale.

11. Quod ergo dici ſolet, patruum nepoti eſſe præferendum, non indiſtincte debet intelligi, ſed de eo tantũ nepote, cuius pater viuente auo, & nondum adepta poſſeſſione, mortuus eſt. Quam in rem eſt Lex notabilis Danorum, cuius verba in *Legibus prouincialibus Scaniæ lib.* 1. *capit.* 3. hæc memorantur: *Filiusfamilias in ſacris paternis conſtitutus cum vxore, ſi ſine definitione certæ quantitatis, bonis paternis addiderit bona, quæ*

 ipſe

& Rom. d. tit. 16. de legitim. ſucceſſ. Quod ius etiam ante conditam Romam in moribus primorum Regum & vſu fuiſſe apud Latinos videtur. Siquidem Aſcanio, Æneæ Regis filio, non Iulus nepos, ſed patruus Syluius, Aſcanij frater ſecundogenitus, ſucceſſiſſe memoratur; Dionyſius Halicarnaſſ. *lib.* 1. *Antiquitat. Roman.* Sext. Victorinus in *lib. de Orig. vrbis Rom.* Euſebius in *Chronic.* Caſſiodorus in *Chronic.* Glareanus in *Annotat. ad lib.* 1. *Liuii*, Ioan. Velcurio in *Annotat. ad eundem libr.* 1. Andr. Schottus in *Not. ad Aur. Victor. de Orig. vrb. Rom.* Et verba quidem Victorini ſiue Aurelii Victoris hæc ſunt: *Aſcanius poſtquam exceſſiſſet è vita, inter Julium filium eius, & Syluium poſthumum, qui ex Lauinia genitus erat, de obtinendo imperio orta contentio eſt, cum dubitaretur, an Æneæ filius, an nepos potior eſſet. Permiſſa diſceptatione eius ab vniuerſis Rex Syluius declaratus eſt.* Quæ verba ſumpta ſunt ex *Annalium Pontificalium lib.* 4. Cuius exempli ductum fors eſt vt Scipio Africanus ſecutus ſit, qui gentinam germanam controuerſiam duello commiſit, & Corbo patruo victori regnum Numidiæ contra nepotem Orſuam addixit; Liuius *libr.* 28. *fol.* 327. Strabo *lib.* 19 *Coſmograph.* Cabotius *lib.* 1. *Var. iuris diſputat. cap.* 11 Arniſæus *lib.* 1. *Politic. cap* 9. *fol.* 121. Sed mihi magis videtur, vt Decemuiri Legem hanc ab Lacedæmoniis acceperint, apud quos *Primus in regno habebatur, qui maximus natu eſſet ex liberis eius, qui regnans deceſſiſſet. Si is virilem ſexum non reliquiſſet, tum deligebatur, qui proximus eſſet propinquitate*, vt habet Æm. Probus ſiue is Corn. Nepos ſit, in *lib. de Vita excellent. Imperator. in Ageſilao.* cui conſentit Xenophon in *Ageſilao*, & *lib.* 3. *de Reb. Græcor.* & Plutarchus in *Ageſilao.*

4. Idem ius antiquo Germanorum more obtinuiſſe, ex Legũ noſtrarum reliquiis quæ circumferuntur, licebit cognoſcere. Namque Corn. Tacitus auctor eſt in lib. *de Morib. Germanor.* ſuo tempore in Germania *heredes ſucceſſoresq; ſuos cuiq; liberos fuiſſe, & ſi liberi non eſſent, proximũ gradũ in ſucceſſione fratres, patruos, auunculos obtinuiſſe.* In Legib. Wiſigothor. lib. 4. tit. 2. l. 2. *In hereditate illius, qui moritur, ſi inteſtatus deceſſerit, filij primi ſunt. Si filii deſunt, nepotibus debetur hereditas. Si nec nepotes fuerint, pronepotes ad hereditatem vocentur. Si vero, qui moritur, nec filios, nec nepotes, ſeu patrem, vel matrem relinquit, tunc auus aut auia hereditatẽ ſibimet vindicabit.* Et leg. 3. *Quando ſupradictæ perſonæ deſunt, quæ aut de ſuperiori*

Digitized by Google

ſuperiori aut inferiori genere, diſcreto ordine, veniunt, tunc illæ perſonæ, quæ ſunt à latere conſtitutæ, (vt ſunt fratres, patrui, &c) *requirantur, vt hereditatē accipiant defuncti*, &c. Et leg. 4. *Qui gradu illis proximi fuerint, eorum obtinebunt hereditatem.* Et iterum leg. 3. *Nam illæ perſonæ, quæ ſunt à longioribus conſtitutæ, nihil ſe exiſtiment illis prioribus poſſe petere.* Sed hæc in bonis alodialibus, diuiduis ac herciſcendis obtinuerunt, & etiamnum in vſu ſunt.

5. Aliter à caſcis illis Germanis ſancitum fuit in rebus primigenialib. indiuiduis & (vt Doctores noſtri loquuntur) vinculatis ſeu ligatis; in quibus non modo proximitatis, vt iure Diuino & Romano, quo pares gradu æqualiter ad ſucceſſionem vocabantur; verum etiam ætatis ratio haberetur, vt inter eos, qui eodem in gradu verſantur, maior natu cæteris anteferretur. Legem Genſerici Vandalorum Regis & Imperatoris Africæ, refert Procopius *libr. 3. de Bell. Vandal.* in hæc verba: *Gizericus iam ſenex decedens teſtamentum condidit, in quo quum alia multa Vandilis mandaret, tum vt per manus eius Regni ſucceſſores illi propinquiori ex genere virilis prolis traderentur, & ex his qui ætate præcederent.* Cuius Legis meminit, eamque approbare non obſcure videtur Iuſtinianus Imper. in Epiſtol. ad Gilimerem Regem ſcribens: *Impie facis minimeque dignum Gizerichi teſtamento, quod Hildericbum legitimum Regem in cuſtodia teneas; quum breui poſt tempore tibi liceret ex Lege omnino ſuccedere*: &c. Ad quam epiſtolam Gilimer in hunc modum reſpondit: *Neque ego per vim Regnum accepi, neque contra meos propinquos quicquam iniuſtum perpetraui. Hildericbum enim noua quærentem in familiam noſtram, Vandilorum gens magiſtratu deiecit, neque tempus & ex lege ætatis honor in Regnum vocauit.*

6. Conſimilem Legem Cambræ Reginæ Francorum, ex Hunibaldo Fuldenſi Monacho profert Trithemius Abbas Spanheimenſis in *Compend. Annal. Franc. libr. 1.* ſi qua fides dictis eius habenda eſt; quod nimirum exſtantibus fratribus primogenitis & natu maioribus in Ducatu, non deberet eſſe locus ſecundogenitis & minoribus natu, *ne* (vt ille ait) *Regnum confunderetur.* Ex qua fortaſſis Lege Theodibaldo Rege defuncto, anno Domini DLVI. ſucceſſit Childebertus Rex eius propatruus, & huic rurſum Clotharius Rex eiuſdem Theodibaldi propatruus, excluſis cæteris; Agathias *libr. 1. fol. 43.* Gregorius

de Pact. fam. illuſtr. HIBERNORVM, præſertim eæ, quæ in *Taniſtria* (ſic Legum ſuarum volumen appellant) comprǽhenduntur; Thuanus *lib.* 40. *Hiſtor. ſui temporis*, Betſius *dict. tract. capit.* 5. *fol.* 114. NORMANNORVM, de quibus conſulendæ ſunt Conſuetudines Norman. *tit.* 25. & *tit.* 99. Arniſæus *Politic. lib.* 1. *cap.* 9. *fol.* 220. LONGOBARDORVM, de quibus Lucas à Penna in *l. vlt. Cod. de tyron. libr.* 12. Arniſæus *dict. cap.* 9. *fol.* 220. VILTZORVM; Aimoinus *libr.* 4 *de geſt. Franc. cap.* 110. Cabotius *lib.* 1. *Variar. iuris diſputationum, cap.* 12. vt cæteros populos nunc ponam ad compendium.

9. Sed hìc ſuboritur quæſtio, quæ olim Doctores noſtros anxie vehementerque vexauit, patruuſne præferendus ſit an nepos in ſucceſſione aui? Si iura antiqua ſpectamus, conſuetudinemque gentium Germanicarum, & rationis ſimul æquitatem, indubitati iuris eſſe comperiemus, patruum haberi priorem & potiorem; & quidem iure triplici, poſſeſſionis, proximitatis & ætatis. In omni enim petitione hæreditatis, Legislatores noſtri primo ad vltimum poſſeſſorem reſpexerunt; cui qui proximior erat gradu, is cæteris omnibus agnatis; & ille inter pares gradu, qui natu erat maior, anteponebatur.

10. Iam autem quis auo poſſeſſori proximior eſt, filiuſne an nepos? Nonne filius? Etiam profecto, quippe qui vno gradu nepotem antecedat, atque eo nomine etiam excludat, quod (vt Germani dicunt) das Guth wird auß deß Vatters Munde geſtorben / id eſt bonorum poſſeſſio à manu patris habentis accipiatur: Schmidt in *Chronic. Thuringiæ, Anno* MCCLV. *folio* 99. Nam Munde / *mundium* Latine loquentibus, ſignificat poteſtatem & auctoritatem ac dominium actuale.

11. Quod ergo dici ſolet, patruum nepoti eſſe præferendum, non indiſtincte debet intelligi, ſed de eo tantũ nepote, cuius pater viuente auo, & nondum adepta poſſeſſione, mortuus eſt. Quam in rem eſt Lex notabilis Danorum, cuius verba in *Legibus prouincialibus Scaniæ lib.* 1. *capit.* 3. hæc memorantur: *Filiusfamilias in ſacris paternis conſtitutus cum vxore, ſi ſine definitione certæ quantitatis, bonis paternis addiderit bona, quæ*

Digitized by Google

decidit, circa Domini annum MCCCX. vt teſtantur Antonius Archiepiſc Florentinus *par.3.Chronic fol.93* Flauius Blondus *decad.2 lib.9.* Leonar. Aretinus *libr. 4. Hiſtor. Florent.* Felinus Sandeus in *Epitom. de Regib. Sicil.cap.18.in fi.* Lipſius in *Monit polit.c.4.exem.2.* præter quos in *Not.ad tract.à Saa* produximus *num.* 47. Eam Decretalem poſtea Clemens V. Papa Bonifacii ſucceſſor ratam habuit, & Decretalibus ſuis inſeruit, cuius initium eſt, *Paſtoralis* &c. Quæ eſt famoſa illa & exercitatiſſima Decretalis inter Doctores noſtros, qua de Baldi iudicium exſtat apud Decium in *l. ex hoc iure, D. de iuſtit. & iur.* Hæreticum eſſe de iſta quæſtione diſputare, eo quia per Clementinam *Paſtoralis* ſit deciſum pro filio. Quin etiam Albertus ſecundus Imperat. non obſcure decretum illud Pontificium approbaſſe videtur, dum Robertum pro legitimo ſucceſſore in Regno auito agnouit, eiq; feuda ad Imperium ſpectantia ſine vllo controuerſiæ obſtaculo ſolemniter conceſſit.

14. Adjciant etiam Legem Regiam Gothorum à Pelagio Rege & Proceribus in Hiſpania latam circiter Domini annum DCCXX. Eā refert Lucas Tudenſis in *Chronic.* & ex eo Ioan. Lupus in *lib. de Obtentione Regni Nauarræ, part. 6. §. 9.* Verba Cōſtitu ionis hæc ſunt: *Regis filius primogenitus, vel maior, ſi deeſt primus, ſi pater fuerit Catholicus, cuiuscumq; etiam minimæ, ſit ætatis, ſubſtituatur in Regnum.* Quibus verbis Molina IC. putat omnem repræſentationem nepotis in Regno excludi, in *tractat. de Hiſpan. primigen. annotat.2.* in calce operis.

15 Quæ interpretatio ſi vera eſt, quid vetat, quin etiam Friderici ſecundi Imperatoris Ordinationem de Regno Auſtriæ huc trahamus, in qua verbis tantum non geminis germanis ſtatuitur: *Succeſſores tui* (alloquitur Ducem Auſtriæ, quem in Regem eleuat) *non per electionem Prælatorum, Ducum, Comitum aut quorumlibet Nobilium eligantur in Regem, ſed ſemper maior natu ſeu ſenior ex generatione tua, ex te & ſucceſſoribus tuis legitime deſcendentes, in ipſo Regno ſuccedant*: apud Petrum de Vineis eius Cancellarium *lib. 6. Epiſtolar. c. 26.*

16. Tanta enim ſemper ætati tributa veneratio apud maiores noſtros fuit, vt maior fere eius ratio haberi cœpta ſit, quam proximitatis. Cuius rei veſtigia adhuc ſuperant in Megalopolenſium & Pomeraniæ Ducum ſucceſſione; qua de Beſius in *d. tr. de Pact. fam. illuſtr. fol. 461.* ex antiqua nimirum ſiue Vandalorum, ſiue Viltzorum Sclauorum, à quibus o-

Digitized by Google

bus originem ducere autumantur, conſuetudine: nec nõ apud Anglos Scotos, Hibernos, &c. Quam ſuccedendi conditionem Doctorum noſtrorum ſubtilitas cœpit ſpecialiter *Maioratum* indigetare, & à *Primogenitura* proprie diſcernere. Neſcio tamen, an hanc ſubtilitatem veteres illi Germani Sapientes animaduerterint, qui verbis *Primogenituræ, Maioratus* & *Senioratus* indifferenter vſi ſunt: ſeruemus tamen hanc diſtinctionem vel docendi cauſa.

17. Ratio igitur, cur nepos, cuius pater viuo auo deceſſit, excludatur à patruo, eſt, quam diximus, proximitas, qua patruus auo poſſeſſori coniunctior ſit, quam nepos. Ratio rurſum, cur nepos, cuius pater actualẽ poſſeſſionẽ adeptus fuerat, excludat patruum, eſt eadem proximitas, id eſt, vt Germanice melius exprimam, Mund vnd Sip/qua patri ſuo attinentior eſt, quam frater. Hanc rationẽ tradit Nic. Boerius, ſummæ auctoritatis IC. & olim ſacri magni Regij Conſiſtorij in Gallia Cõſiliarius ordinarius, in *Cõment. ad conſuetud. Bituricenſ. tit.* 11. §. 2. *f.* 137. *col.* 2. vbi inter cætera ſic ſcribit: *Nepos præfertur patruo, quando ius fuerat iam primogenito per mortem patris acquiſitum: ſed ſi non erat quæſitum, quia deceſſerat pater, filio & fratre ſecundogenito relictis, non præfertur.* Cuius opinioni adſtipulantur præter eos, quos ipſemet Saa *num.* 14. & nos ibi *in Not* & Tiraq. in *tract. de Primigen. q.* 40 & Roſenthal in *Synopſi feud. c.* 7. *concluſ.* 37. allegarunt, Cuiacius *lib.* 2. *Feudor. tit.* 11. Gailius, *lib.* 2. *Obſeruat. cap.* 153. Hartm. Hartmanni *lib.* 2. *Practic. feud. obſeruat.* 20. P. Friderus Mindanus in *Analyſi feudor. theſ.* 75. & alij multitudine pene innumerabiles, qui hanc opinionem dicunt eſſe communiorem & vſitatiorem.

18. Etenim res olim ita ſeſe prorſus habuit, vt maior pars Doctorum pro patruo contra nepotem ſtaret, quemadmodum ad *d. num.* 14. veriſſime annotauimus: ſed ſecta noſtrorum temporum hodie ſuperior facta eos aſſentantium multitudine vicit, vt in contrariam partem nunc pluralitatis palmam pro nepote poſſideat, ſi quem imperitis transſcriptoribus & ſecutuleis quibusuis locum in re tam graui largiendum eſſe cenſebimus. Nam vt ductorem de grege oues, ita Doctorem de grege ſcripturientes ſectari ſolent: non quod eum viam rectam tenere calleant, aut aliquam queant dictis reddere rationem, ſed vt more brutorum mancipiorum, ſine ratione, ſine vlla adeo recti aut falſi,

falſi, æqui vel iniqui penſiculatione ac meditatione, numerum faciant, nati chartis perituris nō parcere. *Quare cum ſapere*, (verba ſunt Firmiani Lactantij) *id eſt veritatem quærere, omnibus ſit innatum, ſapientiam ſibi adimunt, qui ſine vllo iudicio inuenta aliorum probant, & ab alijs pecudum more ducuntur.*

19. Habent tamen, qua ſuam pluralitatem in poſterum neoterici defendant, conſtitutionem Alphonſi Electi Imperatoris Romanorum & Regis Hiſpaniarum, quam is anno Domini MCCLI. in Hiſpania compoſuit, in vniuerſo Imperio Romano, ſi ſucceſſus voto reſpondiſſet, promulgaturus. Ea refertur in eius *Partitis*, (quo libro omne ius vſuale collegit, & quod deſiderari in veteri iure videbatur, de ſuo ſuppleuit) *part. 2. tit. 15. l. 2. in fi.* cuius verba in linguam Hiſpanicam traducta (nam Latinum exemplar videre necdum contigit) ſic habent: *Los omes ſabios è entendidos, catando pro comunal de todos, e conociendo, que particion non ſe podia fazer en los Reynos, que deſtruydos non fueſen. ſegun nueſtro Sennor Ieſu Chriſto dixo, que todo Reyno partido ſeria eſtragado, tuuieron por derecho, que el ſennorio del Reyno, no lo ouieſſe ſino el hyo mayor deſpues de la muerte de ſu padre. Y eſto vſaron ſiempre en todas las terras del mundo, do quier que el ſennorio ouieron por linaie; e maiormente en Eſpanna. E por eſcuſar muchos males, que a caecieron, e podrian aun ſer fechos puſieron, que el ſennorio de Reyno heredaſſen ſiempre a quellos, qua vinieſſen por linna derecha. E por ende eſtabliecieron, que ſi hyo varon no ouieſſe, la hya maior heredaſſe el Reyno. Ea vn mandaron, que ſi el hyo mayor murieſſe, ante que heredaſſe, ſi dexaſſe hyo, que ouieſſe de ſu muger legitima, que a quel lo ouieſſe, e non otro ninguno. Pero ſi todos eſtos falleciſſen, deue heredar el Reyno el mas propinco pariente, que ouieſſe, ſeyendo ome para ello.*

20. Ad quæ verba Gregor. Lopez, Imperatoris Caroli V. Auguſt. Conſiliarius primarius, annotat in Gloſſ. *Et ſic iſta Lex tollit illam dubitatiſſimam quæſtionem veterem, quam propter eius dubietatem Otho Imperator caſu gladiatorio dirimendam eſſe iudicauit, quod & actum eſt, & nepos filius primogeniti victoriam reportauit, vt refert Iaſon in l. maximum vitium, C. de liber. præter. col. 2. & in l. is poteſt, ff. de acquirend. hæred, col. 5. Et in omnibus maiorijs, etiam extra ſucceſſionem Regni, ita deciſum eſt in Ordinatione Taurina, l. 40. Et per iſtam legem Partita ita decidit Paul. de Caſtro in cauſa quadam cuiuſdam maioria Hiſpalenſis, vt patet ex eius Conſil. 164. vol. 1. &c.*

21. Et

21. Et diſertius ac magis perſpicue Ludou. Molina Ieſuita *tom 3. de Iuſtitia & iure, tract. 2 de maioratibus, diſput. 576. num. 5.* hanc legem interpretatur in hunc modum: *Vides ſucceſſionem in Regno, iuxta eam legem conſuetudinemq; Hiſpaniarum, eſſe per lineã deſcendentem ab vltimo poſſeſſore, ita vt maſculus præferatur fœminis, & ſemper primogenitus maſculus legitimus præferatur cæteris poſterius natis, & ſic ordine quodam. Vnde quia id, in quo ita ſuccedit, debetur primogenito, appellatum eſt Primogenium, & quia debetur maiori natu, corrupto vocabulo Hiſpane eſt appellatum Majorazgo, à maioria en nacer,* &c. *Item vides, in ea linea, mortuo filio maiori natu, relicta ſobole legitima, admitti repræſentationẽ, eiuſmodiq; nepotem maiorem natu præferri patruo, filio vltimi poſſeſſoris, etiamſi is coniunctior ſit vltimo poſſeſſori, & maior natu, quam talis nepos,* &c.

22. Quid autem dicendum, ſi pater ius primogenituræ fratri ſuo reſignauit, quod fieri poſſe, & legibus & exemplis Doctores noſtri probant? Reſpondeat idem Lopez IC. Hiſpanorum omnium periſſimus, in *gloſſ. ad Partitas, part. 2. tit. 1. l. 9.* vbi iſtam quæſtionem in terminis terminantibus ad hunc modum decidit: *Pone, quod cauetur in maioria, quod deficiente vltimo poſſeſſore veniat proximior in gradu concedentis maioriam. Eſt quidam Petrus, qui tunc eſt proximior, qui repudiat habens fratrem Sempronium, & filium Titium: quis veniet ad maioriam? an filius repudiantis, vel frater? Et videtur, quod frater; nec erit in iſto caſu locus repræſentationi, ex dictis Baldi in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat. 2. &c. Sed an poterit filius conqueri, quod in fraudem eius repudiauit pater? Et videtur quod non per l. 1. §. vtrum, ff. Si quid in fraud. patron. l. qui autem, ff. Quæ in fraud. cred.*

23. Quam eius opinionem vt magis communem & probabiliorẽ tenuerunt Baldus, Martinus Laudenſis, Beluiſanus, Præpoſitus, Aluarottus *in c. præterea De prohib. feud. alienat. per Frid.* Tiraquell. in *tract. de primigen. q. 26* & cæteri allegati à Roſenthal in *Synopſ. feud. c. 7 concl. 38. lit. g.* Ratio eſt, quia filius à patre accipere non poteſt id, quod pater amplius non habet, cuiuſue poſſeſſionem à ſe abdicauit; quum nemo plus iuris in alium tranferre poſſit, quam ipſe habeat; *l. 54.* vbi Gloſſ. *D. de reg. iur. cap. 79* vbi Dec. *de Reg. iur. in VI.* Plato in *Sympoſio.* Ratio rationis quia ſemel excluſus ſemper habetur pro excluſo; *cap. 1. §. quin etiam, tit. Epiſcopum vel Abbat. feudum dare non poſſ.* Iul. Clarus in *§. feudum*

quæſt.

*quaeſt.*80.*n.*2. Gailius *lib.*2.*Obſeruat.c.*148. Itaque quum anno Domini MCXIX. Vladiſlaus II. Rex Bohemiæ Electoratum Regni, retento tantum Marchionatu Morauiæ, fratri ſuo Primiſlao reſignaſſet, is poſtea ſceptrum, excluſo nepote Vladiſlao, in poſteros ſuos hæredes ex decreto Philippi Imperatoris & Ordinum Imperii in Comitiis Moguntinis facto quiete tranſmiſit, vt memoriæ prodiderunt Æneas Syluius, Dubrauius & Hagecius in *Chronic.Bohem.* El. Reuſnerus in *Baſil genealog.fol* 140. Idem accidit in ſtirpe Anhaltina Electorum Saxonum, vt anno Domini MCCLXXXV. fratri Ioanni, qui Electoratum Saxoniæ, retento Ducatu Lovvenburgico, ceſſerat, Albertus ſecundogenitus, excluſo nepote Ioanne, ſucceſſerit, vt videre eſt apud Henninges in *Genealog.fol.quadrageſimo tertio.* In Domo Palatina anno Domini MCCCXIX. quum Adolphus Elector poſſeſſionem fratri Rudolpho ſecundogenito tradidiſſet, eam deinceps, Rudolpho imple morte obeunte, non Rupertus nepos, dicti Adolphi primogeniti iam abdic ti filius, ſed Rudolphus tertiogenitus, vt proximior & ſenior, ex decreto Caroli IV. Imper. & Ordinum Imperii in Comitiis Norinbergenſibus, in quibus Aurea Bulla publicata fuit, obtinuiſſe legitur. Sic Ioannes primogenitus Friderici Primi Marchionis Brandenburgii, de patris voluntate Friderico fratri ſecundogenito, Anno Domini MCCCCXL. Septěuirali d gnitate ceſſit. Quæ paradigmata quatuor ſæcularium Electorum (vt cætera nunc mittam) nituntur auctoritate Legis diuinæ & exemplo Iacobi qui comparato iure primogenituræ, illud in proprios filios ſuos, & non in nepotes ex fratre Eſauo, deriuauit, *Geneſ.*25.*v.*31.

24. Hæc de linea directa deſcendentium. Nunc quæri video, quid de collateralium ſucceſſione ſentiendum ſit? Sane ſi in deſcĕdentibus repræſentatio nullum obtinet locum, multo minus eum in collateralibus inueniet, qui debent iuxta gradus prærogatiuam & ætatis ſuccedere. Ita conſtituit Fridericus II. Imp. in *Conſtitut. Regni Siciliæ, libr.*3. *conſt.*24 quæ eſt *de ſucceſſione Nobilium in feudis*, vbi ſuper collateralibus ſancit, eos ſuccedere debere, *ſeruata ſexus & ætatis prærogatiua*, hoc eſt, vt maſculus fœminæ, & maior natu minori præferatur. Sequitur enim: *maioris ætatis inter eos*, ſicut recte interpretatur & ſentit Matt. de Afflictis in *Comment. num.* 44. quum addit, dicta Conſtitutionis

Ccc verba

verba dicere, *quod maior natu inter maſculos præferatur.* Et iterum ad *librum tertium, rubric. vigeſima quarta, numero vigeſimo ſecundo*, aſſerit, *in feudo tranſuerſales ſuccedere, habita ratione gradus & maioris ætatis.* Idem in *Comment. ad cap. omnes filij, Si de feud. fuer. controuerſ. inueſt. numer.* 12. *in conſuetud. feud.* palam affirmat, in ſucceſſione primogenitorum non eſſe admittendam repræſentationem, quoties vltimus poſſeſſor tranſuerſalis eſt.

25. Cui concinit vetus Iuriſconſ. Ioannes de Terra rubea, in *tract. Contra rebelles primo, articulo primo, concluſion. octaua* inquiens: *In Regni Franciæ ſucceſſione ſucceſſio defertur primogenitis maribus ex linea recta eorum, quibus ſuccedıtur: & illa deficiente, ſuccedunt mares tranſuerſales iuxta gradus prærogatiuam.* Quin immo Iacobus à Saa fatetur ingenue, in ſucceſſionibus collateralium non habere locum ius primogenituræ, vt videre eſt *numero quadrageſimo ſeptimo*, iuncto Roſenthal in *Synopſ. feud. capit. ſeptimo, concluſion. trigeſima ſeptima.* Idem tenet Ant. de Butrio in *Conſilio quadrageſimo octauo.* quod nimirum, vbi agitur de ſuceſſione tranſuerſalium, non habeat locum primogenitura inducta per repræſentationem. Et Alexander de Imola dicit, primogenituram non tranſmitti ad poſteros primogeniti, niſi quando eſſet maior natu, *Conſilio centeſimo vigeſimo tertio, colum. prima volum. primo.* Ad cuius opinionem accedit ſæpe allegatus Afflictus, atteſtans, *audiuiſſe, quod multi inſignes Doctores temporibus ſuis conſuluerunt pro iſta parte.*

26. Finge nunc, eſſe tres fratres: quorum ſecundogenitus moritur relicto filio. Eum deinde ſequitur primogenitus, nullo hærede genito aut ſuperſtite. Vter ei ſuccedet, nepos ex ſecundogenito, an frater tertiogenitus? Et reſponſum ac deciſum eſſe video pro patruo contra nepotem. Ratio eſt, quia frater eſt proximior, quam nepos, qui eſt in tertio gradu coniunctus defuncto, quum frater ſit in ſecundo. Sic in terminis terminantibus Angelus Aretin. in *Conſilio ducenteſimo octogeſimo ſexto*, vbi ponit hunc caſum: *Puta ſunt plures fratres. moritur primogenitus ſine filiis, ſuperſtite nepote ex ſecundogenito mortuo, & ſuperſtite fratre tertiogenito. nepos ex perſona ſecundogeniti fratris defuncti, qui ſi viueret, excluderet tertiogenitum, filius idemque nepos non excludit tertiogenitum.*

17. Ca-

Digitized by Google

27. Caſus iſte in facto contigit in Domo Electorali Saxonica ſtirpis Anhaltinæ, Schema hoc eſt:

Rudolphus I. Elector Saxoniæ, obiit 1356.

Rudolphus II. Elector, obiit 1370. ἄπαις.	Otto Dux Saxoniæ, obiit 1349.	Wenceslaus Dux Saxoniæ, obiit 1388.
	Albertus Dux Saxoniæ & Lunæburgi, obiit 1385.	

Quod Schema ad hanc faciem figurauerunt Henninges in *Geneal. fol.* 171. Chytræus in *Saxon. fol.* 62. Elias Reuſnerus in *Baſilic. Genealog. fol.* 434. & 437. Quæſitum fuit, Rudolpho primogenito ſine liberis denato, vter ſuccedere deberet, Wenceslausne frater iure proximitatis & ætatis, an Albertus nepos iure repræſentationis? Et Carolus IV. Imperator, is ipſe, qui Auream Bullam condidit, quum cauſa ad eum, vt legitimum ac ſupremum iudicem, & Electores Imperii, tanquam Pares Curiæ, in Comitiis Electoralibus Francofordiæ celebratis, anno Domini MCCCLXXVI. deferretur, pro Wenceslao patruo contra Albertum nepotem pronunciauit. In quo Decreto ſiue Aurea Bulla inter cætera ſic ſtatuitur.

28. *Et ne inter hæredes & ſucceſſores ipſius, eo defuncto, ſuper iure huiuſmodi, futuris temporibus, dubitationum, quæſtionum ſeu litium quæuis materia oriatur, decernimus, ſtatuimus, & præſenti Imperiali ſancimus edicto in perpetuum valituro, quod poſt Wenceslai Saxoniæ moderni & Lunæburgenſium Ducis obitum, primogenitus eius filius; & poſt primogeniti obitum, eiuſdem primogeniti ſenior filius ex ordine genituræ; & ſic deinceps à ſeniore filio deſcendẽtes, ex ordine genituræ ſemper ſenior. Si vero primogenitus Ducis Wenceslai*

præſati deceſſerit, maſculini ſexus, Laicis duntaxat, legitimis hæredibus non relictis, ex tunc ſecundogenitus filius Wenceslai Ducis prædicti; & poſt obitum eius, ſecundogeniti filius ſenior, Laicus; & ſi ſecundogenitus ſine hæredibus legitimis maſculini ſexus, Laicis, deceſſerit, tertiogenitus dicti Wenceslai, & ſenior eius filius Laicus, poſt mortem ipſius; & deinceps per talem modum, directa linea genituræ deſcendentes ab eo, Laici duntaxat, ius, vocem, dignitatem & poteſtatem eligendi Romanorum Regem, promouendum in Imperatorem, & officium Mareſchalliæ, cum omnibus & ſingulis ſuis dominiis, honoribus, iuribus, priuilegiis, dignitatibus & pertinentiis, perpetuis temporibus obtinebunt. per ſucceſſionem hæreditariam & paternalem, vt præmittitur, ex ordine genituræ.

29. *Si vero præfatum Wenceslaum, modernum Saxoniæ & Luneburgenſium Ducem, ſine legitimis maſculini ſexus hæredibus, Laicis, de lumbis eius directa linea genituræ deſcendentibus, mori contingeret, ex tunc Principatus & Comitatus Palatinus Saxoniæ, necnon Archimareſchallia Sacri Imperii, ac ius, vox, dignitas & poteſtas eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem promouendum, ad Illuſtrem Albertum, filium Ottonis quondam Ducis Saxoniæ, Ducem Saxoniæ & Luneburgenſium modernum, patruum (*id eſt, agnatum, à *patre* deriuata vox per Germaniſmum, Vetter / ἀπὸ τοῦ Vatter / quem vulgus Feudiſtarum *Parentem* vocat: ſic è contrario in hac ipſa Bulla, vt & in Aur. Bull. capit. 7. *Nepos* late accipitur pro quouis agnato, etiam patruo & auunculo, ex Germanico, ſeu potius Gallico Neve) *dicti Wenceslai Ducis Saxoniæ & Luneburgenſium, & ad legitimos eius hæredes, maſculini ſexus, Laicos duntaxat; ita videlicet, quod poſt eiuſdem Alberti obitum, primogenitus eius filius & poſt primogeniti eius obitum, eiuſdem primogeniti ſenior filius, ex ordine genituræ; & ſic deinceps à ſeniore filio deſcendentes, ex ordine genituræ, ſemper ſenior. Si vero primogenitus Ducis Alberti præfati deceſſerit, maſculini ſexus, Laicis duntaxat, hæredibus non relictis, extunc ſecundogenitus filius Alberti Ducis prædicti; & poſt obitum eius, ſecundogeniti filius ſenior, Laicus. Et ſi ſecundogenitus ſine hæredibus legitimis, maſculini ſexus, Laicis, deceſſerit, tertiogenitus dicti Alberti, & ſenior eius filius, Laicus, poſt mortem ipſius; & deinceps per talem modum,*

directa

directa linea genituræ deſcendentes ab eo, Laici duntaxat, ius, vocem, dignitatem & poteſtatem eligendi Romanorum Regem, promouendum in Imperatorem, & officium Archimareſchalliæ, cum omnibus & ſingulis ſuis dominiis, honoribus, iuribus, priuilegiis, dignitatibus & pertinentiis, perpetuis temporibus obtinebunt per ſucceſſionem hæreditariam & paternalem, vt præmittitur, ex ordine genituræ.

30. *Quibus omnibus non extantibus, ad proximiorem hæredem, ſecundum lineam paternalem, duntaxat Laicum, ſeniorem Ducem Saxoniæ pro tempore, ac eius hæredes. ſecundum modum ſuperius expreſſatum, in perpetuum legitime deuoluentur.*

31. Idem ipſiſſimus caſus de facto quoq; euenit in Electorali Domo Palatina ſtirpis modernæ Bauaricæ. Schema hoc eſt:

Philippus Elector Palatinatus obiit 1508.

Ludouicus Elector, obijt ἄπαις 1544.	Rupertus natus 1481. obiit 1504.	Fridericus natus 1482. obijt 1556.	Wolfgangus natus 1494. obiit 1558.

Otto Henricus natus 1502. obijt 1559.	Philippus natus 1503 obijt 1548.

Quæſitum fuit, vter Ludouico primogenito ſine prole defuncto ſuccedere deberet, num Fridericus frater tertiogenitus iure proximitatis & ætatis, an Otto Henricus nepos iure repræſentationis? Et Pater Philippus Elector teſtamento ordinauit, vt Fridericus frater, Laut der Gulden Bull vnnd der Pfaltz Freyheit / hoc eſt, *iuxta tenorem Aureæ Bullæ & cæterarum Bullarum Domus Palatinæ ſpecialiter conceſſarum*, quas ipſe *Priuilegia* vocat, potior haberetur. Quæ verba quatenus ſint deciſiua & interpretatiua Legis dubiæ, docet non ineleganter Iacob. à Saa in *tract. de Primogenit. numer.* 41. per totum. Quin ipſemet Fridericus, Elector factus eo nomine Secundus, conceptis & expreſſis verbis in *Inſtrumentis Pactorum hæreditariorum Domus Palatinæ ad Rhe-*

ad Rhenum, de anno MDXLVIII. anno MDLI. & anno MDLIII. conteſtantibus & ſubſcribentibus cunctis Comitibus Palatinis Rheni, ſancte affirmat, ſe fratri ſuo primogenito in Electoratu ſucceſſiſſe, von rechts / der Billigkeit / natur vnnd vermög Guldener Bull / vnnd anderer Keiſerlichen vnnd Königlichen Satzung wegen / id eſt, *de iure, aequitate, ratione naturali, iuxta tenorem Aureæ Bullæ & aliarum Imperialium & Regiarum Ordinationum*, &c. quemadmodum videre eſt in Appendice ſcripti à Neoburgenſibus publicati ſub titulo: Kurtzer anzeig / etc. von der Churfürſtlichen Pfaltz *Adminiſtration*, &c.

32. Quibus decretis & exemplis nuper factis ne quis parum fidei conſtare ex nouitate ſibi perſuadeat, (quamquam Legislator dicatur eſſe omnium optimus ſententiæ ſuæ interpres, à quo legis dubiæ declaratio vnice petenda eſt, *c. cum veniſſent, de Iudic.* Thomas Grammaticus *Deciſ. 65. num. 77. Saa de primogen. num. 32. & num. 51.* & exempla poſt Auream Bullam facta ingerant verum eius intellectum per obſeruantiam quandam interpretatiuam, etiamſi ea alias in litera non ſatis clara & explicita foret, Alexand. *Conſil. 8. num. 7. lib. 6.* Ioan. Forſterus in *Proceſſ. iudiciar. titul. 15. fol. 752.* ex voto Camerali) placet etiam antiquitatis auctoritatem ſuffragatricem dare. Ecce tibi ſchema:

Clotharius I. Rex Francorum, i. e. Germanorum & Gallorum, obiit 564.

Charibertus Rex Franciæ obiit 573.	Sigebertus Rex Auſtraſiæ obijt 577.	Guntramnus Rex Aureliæ obijt 593.	Chilpericus Rex Galliæ obiit 587.
	Childebertus Rex Auſtraſiæ obijt 589.		

Charibertus primogenitus moriturus, præterito Guntrámno fratre tertiogenito, quo cum non bene conueniebat, Childebertum nepotem ex fratre ſecundogenito heredem inſtituit, vt ſcribunt Gregorius Turo-

Turonenſ. *lib.* 7. *Hiſt. Franc. cap.* 5. Aimoinus *lib.* 3. *de geſt. Franc. cap.* 58. Gaguinus *lib.* 2. *Annal. de Franc. Regum geſt.* At vero Guntramnus iure proximitatis & ætatis fretus Regnum præoccupauit. Cui Childebertus miſſis Legatis *mandauit, vt ſe de regno Chariberti, quod ſibi debebatur, remoueret. Reſpondit ille, ſibi magis deberi, qui frater defuncti erat, nec ſe vllo modo fraternam hereditatem alteri ceſſurum*, vt verbis referam Aimoini *d. loco.* Ad cuius verba verificanda facit, quod Andr. de Iſernia adnotauit in *Conſtit. Neapolit. tit.* 24. *lib.* 3. nempe primogenituram non habere locum, quando ſucceditur fratri, ſed cum patri ſuccedendum eſt.

33. Et hæc videtur eſſe vera, iuſta, & rationi ac naturæ conueniens primogenitura, quam priſci illi Germanorum Sapientes induxerunt. A qua receſſerunt, & contra quam peccarunt, qui ratione potius annorum, quam proximitatis prærogatiua poſſeſſiones inuolauerunt: & maioratum ſpeciatim ſic dictum cum veritate primogenituræ confuderunt. Nam in inſtitutione maioratus ſpecifice ſic dicti ſemper vocatur maior natu ſiue ſenior, quotocumque gradu ab vltimo poſſeſſore diſtet: neque in eo repræſentationem eſſe vllam omnino attendendam Doctores noſtri cenſuerunt; Decius *Conſil.* 443. *col.* 3. Mandellus *Conſil.* 60. Menochius *Conſil.* 442. *num.* 19. *& ſeqq.* Sed iure primogenituræ is habetur potior, qui poſſeſſori eſt proximior, etiamſi adhuc in vtero ſit. Itaque nemo ſapiens facile probabit factum Clodomiri Regis Francorum, qui nepotes ſuos ex fratre Clogione primogenito & actuali Regni poſſeſſore, Helenum ac Richimerum excluſit, vt de eo ſcribit Trithemius in *Compend. Annal. Francor. lib.* 1. & Reuſner. in *Baſilic. geneal. fol.* 5. Nec minus peccauit Carolus Magnus Imper. qui fratris ſui primogeniti Carolomanni Regis anno Dn. DCCLXXII. demortui filios, hereditate ad eos vt proximiores deuoluta ſpoliauit, vt memoriæ prodiderunt Einhardus eius Cancellarius in *Vita Caroli Magni*, Tulpinus Archiepiſcopus in *geſt. eiusdem*, Aldhelmus Monachus in *Annal. Franc.* Aimoinus *lib.* 4 *cap.* 68. *in fin.* Paderbonenſis Monachus in *Annal. de geſt. Caroli M. lib.* 1. *in pr.* Spangenberg. in *Chron. Sax. c.* 73. Arniſæus *lib.* 1. *Polit. c.* 9. *fol.* 220. In eundem ſcopulū impegit quoq; Hugo Marchio Brandenburgēſis, quū an. Dn. DCCCCXC. Theodoricū nepotē ex fratre primogēito Sigehardo, ab Electo-

Electoratu Brandenburgio ſemouit, quod de eo tradunt ex Abbatis Vrſpergenſis, Wolfgangi Iuſti, Krentzheimii, Laurentii Fauſti & aliorum Chronicis, Andr. Angelus in *Annalib. Marchiæ Brandenburg lib. 2. fol. 61. & fol. 67.* Elias Reuſner in *Baſilic. geneal. fol* 270. & in *Genealogiis Regum, Electorum, Ducum* &c. *Saxoniæ, fol.* 53 Qui omnes ex ſolo maioratu vel ſenioratu, hoc eſt ætatis prærogatiua, proximiores ac juſtiores heredes videntur excluſiſſe, & eam vnam rationem vſurpationi ſuæ illegitimæ prætendere poterant, contradicentibus & iuſtitiam, Deûmque hominumq; fidem implorantibus nepotibus, vt de dictis Carolomanni Regis filiis, qui vna cum matre ad Deſiderij Langobardorum Regis opem confugerant, Chronographi noſtri conteſtantur. Eam autem prætenſam fuiſſe rationem, facile colligas ex facto Caroli Calui Imp de quo Auentinus *lib.* 4. *Annal. Boior. fol.* 342. in hæc verba ſcribit: *Poſteaquam mors Ludouici Regis Germaniæ Carolo Imperatori nunciata eſt totum Orientale Regnum* (i.e. Orientalem Franciam ſiue Germaniam, cum Hungaria, Bohemia, Polonia, &c.) *quicquid fratri paruit animo inuadit, in ditionemque vel vi redigere decreuit, ad Agrippinenſem Coloniam contendit, hucque ad ſe, tanquam Auguſtum & Regum Franciæ ſeniorem & perinde iuſtum heredem, omnes Francos venire imperat*, &c. Sed eius iniquis & ſuperbis conatibus obſtiterunt filij Ludouico prognati, Carolomannus primogenitus & in Imperio Romano ſucceſſor, Carolus poſt fratrem ſine filiis defunctum Imperator, & Ludouicus Rex.

34. Etenim ius primogenij apud Germanos hanc vim habet, vt in linea recta deſcendentium ſemper filius patri poſſeſſori ſuccedat in infinitum, etiam poſthumus: in tranſuerſa autem vltimo poſſeſſori proximior agnatus, & ex pluribus æque proximis ſenior vel ætate maior ad ſucceſſionem admittatur. Ita ſancitum eſt in Lege Alphonſi Imp. *Part. 2. tit 15. lib. 2.* in Caroli IV. Imp. *Aurea Bull. cap. 7.* & *cap. 25. §. 2.* & in eiusdem *Bulla Saxonica* ſuperius relata, & in Sigiſmundi Imp. *Bulla Palatin. §. 4. & ſeqq.* & in Electoris ac Comitum Palatinorum *Diſpoſitione pacti hereditarii de anno 1553. fol. 85.*

35. Verba Aureæ Bullæ cap. 25. hæc ſunt: *Primogenitus filius ſuccedat in eis, ſibiq; ſoli ius & dominium competat: niſi forſitan mente captus, fatuus, ſeu alterius famoſi & notabilis defectus exiſteret, propter quem non deberet ſeu poſſet*

Digitized by Google

poſſet hominibus principari, in quo caſu, inhibita ſibi ſucceſſione, ſecundogenitum, ſi fuerit in ea progenie, ſeu alium SENIOREM *fratrem, vel conſanguineum laicum, qui* PATERNO STIPITI *in deſcẽdenti recta linea* PROXIMIOR *fuerit, volumus ſucceſſurum.*

36. Verba Bullæ Saxonicæ Metenſis de anno 1357. vt ea compendioſè in *Chronica* vnd Herkommen der Churfürſt vnd Fürſten deß löblichen Hauß zu Sachſen / &c. *in 2. titul.* tranſtulit Georg. Spalatinus quondam Sereniſſimi Archiprincipis Electoris Ioann. Friderici, &c. Concionator Aulicus: Daß auch hinfür nach Hertzog Rudolphs abſterben / ſein elteſter Sohn / oder da derſelbig ohn Leibserben verſtürbe / ſein ander Sohn in der Ordnung der Geburt (*ex ordine genituræ*) ein Leye oder weltlich / Churfürſt vnd Hertzog ſeyn ſolt. Da aber mehrgedachter Hertzog Rudolph der Jünger zu Sachſen on eheliche Mannsleibserben Leyen tödtlich abgieng / daß alsdann ſein elteſter Bruder / nach dem rechten Vatterſtam̃ / vñ von demſelben / an deſſelben elteſten Sohn. Da derſelbig auch ohn rechte Mañsleibserben ſterben würde / daß alsdann das Churfürſtenthumb auff den Durchleuchtigen Albrecht / Hertzog Otten etwo zu Sachſen Son / deß Jüngern Hertzogen Rudolphs Brudern Sohn / vnd deſſelben elteſten Sohn. Vnnd da derſelbige ohn Mannliche Erben verſtürbe / auff den nechſten Erben / doch ein Leyen / nach dem Vatterſtammen (*ſecundũ lineam paternalem*) gäntzlich fallen ſolte. Ecce Rudolphus I. Elector, quem pericula Comitum Palatinorum fecerunt cautum, vt diſpendiis inter poſteros ſuos, quæ ex morte Ottonis ſecundogeniti imminere videbãtur, præueniret, petiit à Carolo IV. Imperatore, quo cum ante annum Auream Bullam, Norimbergæ condiderat, vt in Comitiis apud Metenſes tum celebratis Declarationem faceret, quo ordine iuxta mentem Aureæ Bullæ filius Wenceslaus & Albertus nepos; atque vtroq; deficiente, proximus agnatus ſuccedere deberent. Nunc ergo, vtrum æquius eſſe cenſes, vt explicationem Aureæ Bullæ ex Iure Caſtellano (id eſt, Regni Caſtiliæ) afferamus, an ex ipſis rerum fundamentis? aut Conſtitutionis pragmaticæ interpretationem vel declarationem ab alio potius, quam ab ipſiſmet ſtatuentibus petemus? Sed pergamus.

Digitized by Google

37. Verba Bullæ Saxonicæ Francofurtenſis de anno 1376. *Quibus omnibus* (ſcilic. deſcendentibus in linea directa) *non extantibus, ad* PROXIMIOREM *heredem, ſecundũ lineam paternalem, duntaxat laicum,* SENIOREM *Ducem Saxoniæ* PRO TEMPORE, *ac eius heredes, ſecundum modum ſuperiùs expreſſatum, in perpetuum legitimè deuoluentur.* Quæ verba itidem ſimiliter, vt ſuperiora, in Germanicum ſermonem commutauit idem Spalatinus *in d. Chronic. Electoris & Ducum Saxoniæ, tit. 2.*

38. Verba Bullæ Palatinæ, §. 6. *Quibus omnib. non extantibus, ad* PROXIMIOREM *heredem ſecundum lineam paternalem, duntaxat laicum,* SENIOREM *Comitem Palatinum Rheni pro tempore, ac eius heredes, ſecundum eundem modum ſuperius expreſſatum, in perpetuum legitimè deuoluentur in futurum.*

39. Verba Conſtitutionis Alphonſinæ: *Pero ſi todos eſtos fallecieſſen, deue heredar el Reyno el mas propinco pariente, que ouieſſe, ſeyendo ome para ello.*

40. Verba Diſpoſitionis Palatinæ, quibus ſuperiores Bullarum clauſulæ latiùs & exemplariter ad oculum dilatantur, ſic habent in vernaculo ſermone: Würde ſich aber nach willen vnd ſchickung deß Allmechtigen begeben/daß gemelter Hertzog Hanß/Graff zu Sponheim/ſampt allen ſeinen Söhnen Layen/ ehe vnd vor vns Pfaltzgraff Friderichen Churfürſten/oder vns Hertzog Ottheinrichen/oder vns Hertzog Wolffgangen/ auch Pfaltzgraffen/mit Todt abgangen vnd verfallen weren/vñ dannoch kein Hertzog Hanſen Enckeln eins oder mehr/Layen/ mit ſampt obgedachtem Hertzog Wolffgangen/ Graffen zu Veldentz/ vnnd S. L. Pfleg Sohn Hertzog Hanſen/oder Jhrer beeder Eden einer/als Layen/ vnſer dreyer zeitliches Abſterben ohn verlaſſung eheleiblicher Mannserben/ erleben würden: Auff ſolchen Fall ſoll die Succeſſion vnd Erbſchafft vnſerer Chur vnnd anderer Fürſtenthumb am Rhein vnd zu Bayern/ ſampt allen Jhren anhangenden Dignitetẽ/ Würden/Præeminentzen/Landen/Leuten/Nutzungen/ allerdings nach Jnhalt vnd Außweiſung der Gülden Bull/Käyſer: vnd König: auch Churfürſtlicher Satzungen/Decret/Diſpoſitionen/Ordnungen/fallen vnd vererbt werden.

41. Quibus omnibus ac ſingulis paragraphis optimos interpretes & omni exceptione maiores dare pretium operæ eſſe videtur, nec pigebit

gebit adſcribere. Quos inter, familiam ducit Greg. Lopez totiens à me laudatus Sac. Cæſ. Maieſtatis Conſiliarius, qui in *gloſſ. Partitar. p. 2. tit. 15. l. 2. n. 8. q. 1. §. 2.* in hunc modum nudè & planè paragraphum Alphonſinam interpretatur: *Quid ſi aliquis diſpoſitione maioriæ vocabit filios & deſcendentes ſuos, & in eorum defectum, proximiorem ſibi conſanguineum: & ex defectu deſcendentium, maioria venit ad collaterales conſtituentis: & tunc reperitur nepos vnus fratris minoris, & alius pronepos fratris maioris, quis iſtorum præferetur? Videtur quod nepos fratris minoris, quia proximior, per textum notabilem in l. ſi libertus præterito ff. de bo. libert. in §. ſi libertus: & quia in iſto caſu pronepos fratris maioris non repræſentat perſonam patris, ex notatis per Bart. & Paulum Caſtrenſ. in auth. poſt fratres, C. de legitim. hered.*

42. Cui conſentiens Ludouic. Molina Ieſuita *tom. 3. de Iuſtit. & iure, tract. 2. de Maiorat. diſput. 576. n. 5.* ad d. §. Alphonſinam: *Vides* (inquit) *in defectum omnium deſcendentium legitimorum, ſuccedere conſanguineum legitimum in linea transuerſali, propinquiorem vltimo poſſeſſori, &c.* Et clarius adhuc *Diſput. 633. n. 5. Extinctis omnibus filiis vltimi poſſeſſoris, nepos maſculus maior natu, qui repertus fuerit, eſto ſit ex filiô minori, præfertur cæteris nepotibus, etiamſi ex filio primogenito ſint procreati, vt bene Acoſta n. 43. conſentaneè ad Bartolum, & ad pleroſq; alios, quos citat, aſſeuerat.*

43. Hanc autem proximitatem conſiderandam & ſpectandam eſſe ex tempore mortis vltimi poſſeſſoris, quo nimirum bonorum poſſeſſeſſio peti poteſt, adnotaui ad *ad tract. Iac. à Saa. n. 60.* & tenent communiter Doctores, quos citat & ſequitur Roſenthal *in Synopſ. feud. cap. 7. concl. 132.* & colligunt Interpretes Hiſpani ex conſtit. Alphonſi Imper. quæ legitur *in Partit. parte ſecunda, titulo primo, l. 9.* vbi quatuor Regni acquirendi modos præſcribit, quorum primus eſt *ſucceſſio, vt filius Regis primogenitus, aut alius conſanguineus Regi decedenti proximior,* &c. vt ibi Lopez in *gloſſ.* Verba ipſius Conſtitutionis hæc ſunt: *La I. es, quando è ſyo mayor, o alguno de los otros, que ſon mas propincos parientes à los Reyes, al tiempo de ſu finamiento.* Et hoc eſt, quod Bullæ dicunt, *proximiorem & ſeniorem pro tempore*, ſcilicet mortis vltimi poſſeſſoris, ſeu tunc ſeniorem exſiſtentem, quum hereditas per mortem poſſeſſoris deſertur.

44. Pro quibus verbis iuſte videtur Clemens VI. Pontifex Roma-

Digitized by Google

nus iudicaſſe,qui poſt necem Andreæ Regis Neapolitani, Regnum illud,quod in ſtatum priſtinum recidiſſe dicebatur,in quo erat tempore Roberti Regis, Ludouico Tarentino, vt Roberto patruo in progenie proximiori,& inſuper ſeniori pro illo tempore,addixit,atq; Ludouico Regi Hungariæ, licet Andreæ Regis fratri, tamen reſpectu Roberti propatrui remotiori & inſuper iuniori, quippe Tarentini illius propatrueli, abiudicauit, nulla habita ratione lineæ primogenialis ſeu priuilegiariæ, quam appellant, ex qua Ludouicus Rex deſcendebat; Pandulph.Collenutius *lib.5 Hiſt.Neapolitan. A.D.* 1348. Felinus Sandeus *in Epitom.Regum Sicil.cap.*21. Matth. Palmerius *in lib.de Temporib. A. D.* 1353. Thom.Fazellus *de Reb.Sicul.dec.*2.*lib.*9.*fol.*490.*n.*40.Mich.Ritius *de Reg.Sicil.lib.*3.*fol.* 624. El. Reuſnerus in *Genealog. Saxonic.fol.*97. vbi ponit hunc ſchematiſmum:

Carolus II. Rex Neapolitanus.

Carolus I. Rex Hungariæ, viuente patre mortuus —	Robertus Rex Neapolitanus obiit ἄπαις 1343. —	Philippus Princeps Tarentinus.
Carolus II. Rex Hungariæ.		Ludouicus Princeps Tarētinus natus 1319. obiit 1362.

Ludouicus Rex Hungariæ, natus 1325. obiit 1382. —	Andreas Rex Neapolitanus natus 1326. obiit ἄπαις 1343.

45. Ex quibus & cæteris, quæ vſque à me adducta & diſſertata ſunt, facile quis decernere poterit, quid de iis collateralibus, qui pari in gradu conſiſtunt, opinandum ſit. Cuiuſmodi ſunt Conſobrini ſiue pa-

true-

Digitized by Google

trueles,quos inſtar fratrum deſcendentium ſuccedere tradit Gloſſ. in Wichbild. *art.* 63. & infiniti Doctores probant, allegati à Weſenbecio *Conſil.* 84 *n.* 4. vbi affirmat, hanc eſſe communem opinionem Doctorum, quæ maxime in feudis regalibus locum habeat, quem ſequitur & probat Bertius in *tract. de Pactis famil. illuſt. fol.* 615. *in fin. & fol. ſeq.* Hinc adeo eſt, cur etiam *fratres* & *ſorores patrueles* appellentur; §. 4. *Inſtit. de grad. cognat.* & Theophilus *ibid.* Iam autem conſtat, ex lege primigenij inter fratres natu maximum cæteris omnibus anteponi. Vnde conſequens eſt, inter patrueles quoque natu maximum ad eandem conditionem reliquis fore præferendum. Hoc enim omnino vult Lex Scaniæ, relata in *Legibus prouincial. Scaniæ lib.* 3. *cap.* 4. hiſce verbis: *Inter plures æquè coniunctos & ex vna parte tantum, ſemper præfertur antiquior iuniori inter æque coniunctos: ſed ex vtraque parte agnatus, licet ſit iunior, cognato præponitur, quamuis etiam ſeniori.*

46. Sed omne dubium tollit Conſtitutio Imp. Ludouici V. Auguſt. quam de ſucceſſione patruelium in Electoratu Palatino ſanciuit, quamve poſteà Ioannes Rex Bohemiæ ac Poloniæ, & S. Rom. Imperij per totum orbem Vicarius generalis, eiuſve dehinc filius Carolus IV. Imper. ſuis reſcriptis cõfirmauerunt. Fuiſſe autem de ſucceſſione patruelium tantummodò litem, innuere videtur Geuuoldus Conſiliar. Bauaticus in *Antitheſi de Palatino Electorat. fol.* 21. vbi ſic ſcribit: *Rudolphi Ducis filios, Rudolphum, & fratrem illius, eorumque hæredes,* &c. *Semper ſcilicet ſeniorem intelligendo, quod ex Ordinatione & diſpoſitione Cæſaris Ludouici ſatis clare patet, qui fratris ſui filios, tanquam prius genitos, ſuiſmet filiis præferri voluit.* Et Freherus Conſiliar. Palatinus in *Reſponſ. de Electorat. Palat. fol.* 28. aſſerit: *Inter patrueles natu ſeniorem,* &c. *præferri voluit.* Quam mentem Ordinationis Ludouicianæ non eſſe in Aurea Bulla Carolina immutatam, ſed ſaluam atque illæſam retentam, fidem nobis facit Iohan. Caſimirus, Comes Palatinus Rheni & Adminiſtrator, &c. Illuſtriſſimæ ac feliciſſimæ memoriæ Princeps, qui in *Reſolut. in cauſa tutelæ Electoralis Palatinæ,* &c. ad Legatos quorundam Principum in hunc modum reſpondit: *Aurea namq; Bulla & Conſtitutiones Imperatoris Sigiſmundi vocant ſolummodo defuncti Electoris fratrem ſeniorem, & non omnes fratres: &, ſi nullus frater adſit, PROXIMVM SENIOREM agnatum, & non omnes agnatos, qui forſitan in eodem agnationis gradu defuncto Electori coniuncti ſunt.*

Digitized by Google

47. Cuius ſententiæ conſentaneum eſt Decretum Parlamenti Pariſienſis, quod refert Bodinus *lib.6. de Republ. cap.5.* his verbis conceptum: *Quando ſobrini aut conſobrini ſuo iure, nulla fictione, hæreditates obliquas cernere velint, tunc hæreditates diuiduas diuidendas eſſe in capita. Sin verò Regnum, Ducatus, Comitatus, aut alia feuda indiuidua ſint, tunc ſeniorem iuniori anteferendum, etiamſi iunior ſtirpem à primogenito duxerit.*

48. Atque ita in hoc caſu æqualium propinquorum in terminis terminantibus ſentit Abbas Panormitanus *Conſil.85. volum.1.* Ioh. le Cirier in *tract. de Primogen. lib.1. qu.2.* Alexander Imolenſis *Conſil.4. volu.4.* Quorum opinioni accedit Barclaius *lib.3. contra Monarchomach. cap.3. fol.122.* vbi quum in textu dixiſſet; *Ei ſoli, quem natura lege, & more patrio cæteros anteire liquido conſtiterit, imperium in ſubditos legitimum, ſine vllo ætatis, virium, conſiliive delectu, decernatur,* &c. in margine apponit hanc neceſſariam gloſſam; *Quod dico, ætatis rationem non haberi, accipe de iis, qui in eodem gradu non ſunt.* Quaſi dicat: tunc enim inter eos, qui natu maximus eſt, cæteris omnibus præferetur. Nam maiorem ætate, cæteris paribus in concurſu debere anteferri, argumento eſt *l. ſemper, in princ. D. de fur. in l. fin. D. de fid. inſtrum.* Ruinus *Conſil.19. num.1. lib.1.* Cephalus *Conſil.615. num.22. & n.144. cum ſequent.* maximè inter fratrum nepotes, vbi ad ſucceſſionem iure primogenituræ admittitur, qui tempore ſucceſſionis maior natu inuenitur: Crauetta *Conſil.677. num.9.* Addo, quod ſcribit Lud. Molina IC. lib.3 de Hiſpan. primogen. cap.1. num.1. *Si inter plures in eodem gradu exiſtentes de maioratus ſucceſſione contenditur, is qui inter eos maior natu fuerit, in eius ſucceſſione potior erit.* Et Ioann. Mariana Ieſuita lib.20. de Rebus Hiſpan. c.3. *Sint ex iuſtis nuptiis modò iuſti filii, imperiiq́; ſanctitas cum coniugii ſanctitate iungatur, in pari propinquitate è latere ſuccedentium in Regno, qui ætate, ſexu, virtutibus præſtantior eſt, ei Regnum deferatur.*

49. Pro quorum etiam dictis Philippus II. Rex Hiſpanorum in ſucceſſione Regni Luſitaniæ omnibus ſuis conſobrinis, vt natu maximus, fuiſſe prælatus, conſtantiſſima omnium Hiſtoricorum relatione proditur. Namque vt vnum atque alterum in teſtimonium citem, ſcribit Hieronymus Coneſtagius IC. Italus, lib.3. de Portugal. & Caſtellæ coniunct. *Rex Philippus allegabat,* (ſc. coram Rege Henrico & Conſilio ordinum Regni) *ex nepotibus Regis Emanuelis, qui ſupererant, ſe natu*

maximum eſſe, & legitimum: ac reliquos competitores, qui manifeſtò illum priorem eſſe animaduerterent, confugere ad fictiones & repræſentationes, quas in hoc caſu, & inter huiuſmodi perſonas, à nullo iure concedi probabat, etiam ſingulos peculiari ratione vincere: Antonium quidem natiuitate legitima; Ducißam ſexu. Reinutium proximitate, Ducem Sabaudiæ ætate Iſabellæ Imperatricis, matris ſuæ, natu maioris Beatrice Sabaudi matre. Eduardus Nonius IC. Luſitanus, in Cenſuris in libellum F. Ioſephi Teixeræ de Regum Portugal. Orig. cap. 82. *Philippus defuncto Regi proximus erat cognatus, legitimus, natu maximus, & vir.* Idem in libr. de Vera Regum Portugal. genealog. in Henrico Rege XVII. *Cum Philippus de iure ſuo certus eſſet Iuriſprudentum reſponſis, & neminem ſibi poſſe Henrici morte præferri, quod cæteris eius nepotibus ſexu & ætate potior eſſet,* &c. Ioann. Ant. Viperanus in Hiſt. de Obtenta Portugaliia, ſub perſona Legatorum Philippi: *In Regnum non morientis teſtamento, ſed propinquitatis iure ſuccedi. Regnum enim ei, quem vnum ex omnibus delectum ciuitatis Principem. & Reipubl. moderatorem, conſtituerunt ad tollenda ciuium diſſidia, quæ in noua Regis creatione ex dominandi libidine ſemper enaſcerentur, hac conditione delatum à populo, vt in demortui Regis locum, qui propinquitatis vinculis coniunctißimus illi eſſet ex legitimis natus nuptiis, ſuccederet. Quod ſi plures eundem propinquitatis gradum tenerent, mas fœmina, & maior natu minori præponeretur. Proinde Regnum eſſe, non demortui, ſed generis hæreditatem, eandemq; indiuiduam, ac iure ſanguinis adeundam: quæ non ad eum, quem Rex moriens voluerit, ſed quem illi ſanguinis cognatione proximum natura fecerit, venit. Ipſi Regi Henrico Regem Philippum omnium, qui Portugalliam ſucceßionis nomine petunt, neceßitudine proximum eſſe: interiorem quidem Philiberto, non modo quia mater eius Iſabella Semper-Auguſta Beatricem Philippi matrem ætate anteiuerit, ſed quia ipſe Rex Philippus Philiberto grandior natu ſit; Catharina vero, quod tam ſexus nobilitate & ætatis authoritate antecedat; at Reinutio, & quia maior ætate, & quia vno propinquitatis gradu propior. Nec magni momenti eſſe, quod à Catharina affertur, à ſe patrem ſuum Odoardum repræſentari, qui, ſi viueret, ipſi Henrico ſuccederet. Nam in huius Regni ſucceßione nullus nunc eſt fratrum filijs cum patruis concurſus, inter quos repræſentationis ratio haberi ſolet, quoniam hi, qui Regnum petunt, omnes conſobrini ſunt, Regis Henrici fratrum ac ſororum filii; quorum perſonas ſpectare*

Digitized by Google

ſtare oportet, non parentum, quas hic referre non poſſunt. Id quod etiam antiquiſſimis Legibus *à Gothorum temporibus ſemper in Hiſpania ſeruatum eſt. Quin, etiamſi daretur, poſſe parentes referri, certe Maria, ſi in viuis eſſet, & Catharina Odoardi filia, ſexum virilem patris nullo modo poſſent repraſentare. Non enim jus natura patitur, nec iuris rationes, qua natura vim imitantur, volunt, vt, qua vera eſſet fœmina, repraſentationis iure pro mare habeatur. Quare patrem filia non in ſexu, ſed in gradu repraſentabit. Proinde licet ipſarum pater Odoardus Iſabella Regis Philippi matri honore ſexus anteponeretur, non tamen ipſius Odoardi filia Regi Philippo ibidem anteponerentur, qua ex fœminis mares fieri nequeunt. Quod ſi nullum ius repraſentationis eſt Maria, nec à Maria quidem in Rainutium filium transfundi vllum poterit. Quamobrem Portugalia ſucceſſionem Regi Philippo iure optimo deberi, quod competitores omnes atate, inſuper alium ſexu, alium vincat propinquitate. Hac, atque huiuſmodi alia, Regis Philippi miniſtri de Regis ſui jure dicunt, eaque argumentis ductis ex natura initiis, & ex legum authoritatibus, tum praſtantiſſimorum Iuriſperitorum ſententiis confirmant. Quamobrem Henricum orant, vt quando Regis Philippi cauſam omnium excellentiſſimorum Iuriſperitorum, non ſolum Caſtellanorum, ſed etiam Portugalenſium & Italorum, atque aliarum nationum judicio, ſine vlla dubitatione optimam & aquiſſimam eſſe videt,* &c. *ipſius Regis Catholici ius recte, atque extra judicium perſpiciat,* &c. Iuſtus Lipſius in Monit. Politic. cap. 3. exempl. 11. *Ante omnia ius ſuum diſputari à Theologis & Conſultis eius fecit: iamque de eo certior, copias promouit. In limite erat Luſitania, & omnis mora noxia, tamen iterum moratur, iterumque peritos conuocat, & per Deum & Fidem obteſtatur, liberis vocibus ſenſibusque edicerent, ecquid iuris ſui eſſet. Hoc non cupere ſe modo, ſed iubere. Omnes vno ore jus affirmant. Tum denique Ferdinandus Dux Alba inuadit, & ſeptuaginta dierum ſpatio Luſitaniam totam ſubjicit:* &c.

50. Hæc vt intelligas, Lector, qui ſtemmatis Luſitani ſpeculum non habes ante oculos poſitum, en tibi eius ſchematiſmum;

EMANVEL

Digitized by Google

EMANVEL REX LVSITANIÆ obiit 1521.

Ioannes III. Rex Luſitaniæ, natus 1502 obiit 1557.

- Maria vxor Philippi Regis Hiſpaniarum, nata 1527. obiit 1545.
- Ioannes Infans Luſitaniæ, natus 1537. obiit 1554.
  - Sebaſtianus Rex Luſitaniæ in Africano bello obiit 1578.

Iſabella Infantina Luſitaniæ, nupta Carolo V. Imp. nata 1503. obiit 1539.

- Philippus Rex Hiſpaniarum.

Beatrix coniux Sabaudiæ Ducis, nata 1504. obiit 1538.

- Emanuel Philibertus Dux Sabaudiæ.
  - Carolus Emanuel Dux Sabaudię.

Ludouicus Dux Pacenſis, &c. obiit 1555.

- Antonius nothus, electus Rex Portugalliæ anno 1580.

Henricus Rex Luſitaniæ ex Cardinali factus obiit ἄπαις 1580.

Eduardus Infans Portugalię obiit 1540.

- Maria nupta Alexandro Farneſio Duci Parmenſi, obiit 1577.
  - Rainutius Farneſius Dux Parmenſis.
- Catharina vxor Ioannis Ducis Brachantiæ ſiue Brigantiæ.

Ex his de Regni ſucceſſione inter ſe coram Henrico Rege auunculo litigabant Philippus Rex Hiſpaniarum & Catharina Brachantiæ Ducisſa. Hi enim duo ex conſobrinis ſoli tum ſuperabant. Quorum Philippus prærogatiuam ætatis; Catharina è contrario ius repræſentationis prætendebat.

51. Si nunc Iacobus à Saa I C. Luſitanus reſurgat, & animaduerteret, Regem Henricum inter nepotes non pro repræſentatione, ſed pro ætate & proximitate iudicium dare; ſi audiret potentiſſimum Hiſpaniarum Moderatorem, negantem, inter patrueles vllum eſſe locum repræſentationi; ſi legeret omnes Iureconſultos, Hiſpanos, Italos, ipſos adeo Luſitanos, ſpreta ſua auctoritate, aduerſus repræſenta-

 tionem

tionem ſeu tranſmiſſionem pro ætatis prærogatiua & proximitatis reſpondiſſe; ſi eundem Regem videret ad ſolium Regium Luſitaniæ ex ſolo Senioratus iure conſcendiſſe, hoc eſt, tanquam natu maximum omnibus ſuis fratribus & ſororibus patruelibus eſſe prælatum; quid, quæſo, dicturum aut facturum putas? Nonne illico ad pœnitentiæ ſacellum confugeret & metu pœnæ ductus Tractatum iſtum aut diſcerperet, aut perpetuis Vulcani ignibus deuoueret? Et eſſe tamen non miraris, qui adhuc ei factum velint, ſcriptumque tam improbabile & tot prudentium virorum teſtimonio falſum, quantum in ſe eſt, ſummis opibus atque induſtriis omnibus perſuadere conentur, recte omnino ſe habere, & non modo ad inſtar Legis diuinæ ac naturalis, verum etiam ad normam atque amuſſim Legis mentalis Luſitanicæ inſtitutum eſſe. Quod quam verum ſit, ex iis, quæ hucuſque à nobis allata ſunt, aut vehementer animi fallor, aut ſatis fit perſpicuum. Et ſi parum tibi adhuc eſt apud me fidei, quod in hoc Diſcurſu ſubitaneo & extemporali delinquit, meam vicem Ludou. Molina Ieſuita ſupplebit, quem tractatui à Saa oppoſuimus.

52. Relinquitur ergo & concluditur, Iacobum à Saa non explicaſſe Ioannis Primi Regis Luſitaniæ Legem Mentalem, quæ proximiorem & ætate prouectiorem ſiue ſeniorem vocat ad ſucceſſionem in Regno & Principatibus primigenialibus, (quæ *Mentalis* ideo dicta fuit, quod iam ante, quam in ſcriptis compræhenderetur & promulgaretur, omnium mentibus & memoriæ pro re certiſſima, legeque recepta, infixum impreſſumque erat id, quod in ea ſtatuitur, vt traditur in *tract. de Iure ſucceſſ. Regia in regn. Luſitaniæ, deque legit. Regis Antonij ſucceſſ. &c. folio trigeſimo quarto*,) ſed Legem Taurinam, ſeu ius nouellum Caſtellanum, quod Luſitani cane peius & angue, non minus atque ipſos Caſtellanos, ſemper oderunt: quod Henricus Rex Luſitaniæ, poſtremus è ſtirpe Lotharingia ſiue Limburgia, viuus ac ſanus damnauit: quod Philippus potentiſſimus Caſtellæ ſiue Caſtiliæ Rex in ſucceſſione Regni Luſitaniæ ſuopte exemplo, & Iuriſperitorum reſponſis, & prolixa Legatorum ſuorum oratione, nullum eſſe in Luſitania euicit: quod denique in nullis vmquam aliis Hiſpaniarum Regnis, præter Caſtiliam & Legionem, receptum fuiſſe aſſeueratur, non modo à Luſitania, ſed Arragonia quoq;

Nauar-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Nauarra & Sicilia repulſum. Quid ergo dicemus? num Hiſpaniſationis arguemus Sereniſſimas, Illuſtriſſimas, Illuſtres, & Generoſas quaſdam familias, quæ ab hinc annis quaſi triginta, aut præter propter, ius illud Caſtellanum, antehac ſimplicitati Germanorum incognitum, in familiis ſuis ſtabiliuerunt? Minime vero gentium, ſed ſuum cuique pulchrum eſſe non illibenter patiemur, haut ſecus ac ſi in Aulis ſuis veſtitum Hiſpanicum geſtari perpetuo ordinaſſent; modo interim & noſtrum nobis ſinant antiquum obtinere, moresq; & inſtituta maiorum noſtrorum vere Francicos ac Germanos colere. Et quanquam

Non noſtrum inter eos tantas componere lites,

tamen illud poſſumus ſimplici verbo, animo incorrupto, & ſalua cõſcientia dicere, quod Ioannem Lupum IC. Hiſpanum & Conſiliariũ Regium dixiſſe teſtatur Menochius *li.* 3. *Conſil.* 250. *num.* 113. Legem XL. Taurinam, quæ repræſentationem collateralium contra ius commune, contra gentium omnium conſuetudinem, contra ſtatuta Regnorum, & pacta familiarum illuſtrium, &c. introduxit, eſſe Legem iniuſtam, iniquam & minime approbandam.

53. Id quod poſſem & argumentis ab æquitate naturali petitis, & ſufficientibus Legum auctoritatibus, & communioribus ac receptioribus Iuriſprudentum ſententijs teſtatum facere, atque ita eſſe vero vincere, ſi mihi concederetur ampliſſimum de tota hac materia Commentarium diſtinctim & capitulatim inde vſque à primo oro o [illegible] μέθοδον exhibere. Quod & facturus fueram, ni partim temp[illegible] anguſtia, partim negotiis herilibus & Ducalibus præpeditus vix, ac ne vix quidem, liceret hunc Diſcurſum ἐξωτερίζειν. Quem ego ὡς ἐν σκιᾷ & quaſi per ſatyram, vnius bidui labore, tum vt tuum iudicium, Lector beneuole, ſuper opinatione mea periclitarer, tum vt mandato ac iuſſui, cui refragari nefas eſt, ſatisfacerem, deproperaui.

54. Quod reliquum eſt, ſicubi à veritatis tramite aberraui, (qui homo ſum, nec humani quidquam à me alienum puto) te per ſacroſanctum Themidis & Aſtrææ numen veneror, candide & amice Lector, vt eius me erroris ſine aliqua præconcepta partialitate humaniter ac benigne ſubmoneas, quemadmodum inter bonos, honeſtos & modeſtos fas eſt bene, honeſte & modeſte agier; & ſimul conteſtor,

me

me tuum tibi & ſuum vniuerſis ſanius ſapientibus iudicium in omnibus liberum ac ſaluum velle. Vos vero, Iudices, & quicumq; ad clau͜s conſiliorum ſedetis,

Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere Diuos.

NOTA.

Pag. 49. lin. 22. nonnulla typothetæ incuria ſunt tranſpoſita, quæ ſic legenda ſunt : *Superiorem Panhyperſebaſto ſummo, & Protoueſtiario Imperatoris aui ipſius, Magnum huncce domeſticum, puta Cantacuzenum.* &c.

Digitized by Google